This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

http://books.google.com

Digitized by Google

l. lat. 617

Digitized by Google

<36620153540012

<36620153540012

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

CALLIGRAPHIA ROMANA.

Sive

THESAVRVS LINGVÆ LATINÆ:

In quo omnes Phraſes, & Formulæ elegantiores, quotquot exſtant in tribus Linguæ Romanæ Claſſicis Authoribus:

M. ACCIO PLAUTO Sarſinate,
P. TERENTIO Afro,
M. TULLIO CICERONE Arpinate;

In gratiam & uſum Philologiæ ſtudioſorum per certos Titulos LOCORUM COMMUNIUM colliguntur, ac diſponuntur.

Studio & Operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.



Bayerische Staatsbibliothek MÜNCHEN

NEAPOLI NEMETVM

Impenſis IONÆ ROSÆ Librarij Francofurtenſis,

Excudebat Heinricus Starckius.

ANNO ∞ IↃ CXVI.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

Nobilitate generis, pietate, ac ſtudio florentiſſimis
Adoleſcentibus Frr.

CHRISTOPHORO à GROROD.
PHILIPPO à GROROD.

Magnifici, & Ampliſſimi viri
Dn. IOH. BERNHARDI à GROROD
Electoralis Palatinatûs Præfecti in VTZBERO
& VMBSTAT &c.

Ad omnia ſumma natis Filiis:
Diſcipulis meis exoptatiſſimis,
Novam hanc & copioſam Calligraphiam
Linguæ Latinæ

DONO. DICO. COMMENDO.
PAREVS.

DVO potiſſimùm ſunt, uti opinor, Adoleſcentes lectiſſimi, quæ hominem doctum reddunt, & litteratum: LECTIO inquam, & AUDITIO: quæ individuo quaſi quodam nexu cohærere mihi videntur, ita tamen, ut non æquabiliter ab omnibus promiſcuè requirenda eſſe cenſeā. Nam Audi-

tionem tyronibus propriè deſtinandam, ſummèque commendandam eſſe, nemo ſanus inficiabitur. Provectioribus verò, & jam in arte, linguarumque cognitione nonnihil exercitatis, utramque, ſi quidem ita res & occaſio ferat, ſedulò conjungendam eſſe, prudentiorum omnium conſentientem opinionem eſſe autumo: hac tamen lege & conditione, ut quæcumque audita ſunt, atque lecta, fideliter memoriæ templo infigantur, & tamquam in ærario quodam tutiſſimo reponantur, indeque ad Vſum, qui laborum omnium Cynoſura eſt, & Helice, depromantur. Atque hinc eſt, quòd Veteres VSVM Muſarum Parentem, MNEMOSYNEN verò earundem Matrem ſapienter ſtatuerunt: quippe cùm neutra ſine alterius ope conſiſtere queat. Quoniam verò memoria quamplurimis ſæpe incommodis labefactari, atque debilitari ſolet, prudenter omninò ab ſtudioſis adoleſcentibus, quorum meſſis adhuc in herbâ eſt, EXCERPTA omnium eorum, quæ vel ab aliis audiviſſent, vel ipſi obſervatione laudabili digna legiſſent, conſcribenda cenſuerunt. Sic enim graviſſimè ſcribit Seneca Epiſt. 84. *Nos apes debemus imitari, & quæcumque ex diverſâ lectione congeſſimus, ſeparare. Melius enim diſtincta ſervantur. Deinde adhibitâ ingenii noſtri curâ & facultate in unum ſaporem varia illa libamenta confundere: ut etiamſi apparuerit, unde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm unde ſumtum eſt, appareat: quod in corpore noſtro videmus ſine ullâ operâ noſtrâ facere Naturam.* Idem ſenſit Plutarchus de Aud. Poetis. *Sicut inter paſcendum Apis florem, Capra germen, Sus radicem, alia beſtia ſemen, fructumve captant: ita legendis Poematis, alius hiſtoriam decerpit: alius ELEGANTIAE, & APPARATVI VERBORVM inhæret: alius*

verò

verò quæ de moribus utiliter ſunt dicta : *conſectatur*. Huiuſmodi Excerpta Græci olim ἐκλογὰς, ſive χρηστομαθείας, itemque σημειώσεις & παρεκβολὰς appellarunt. Latini vel *Adverſaria*, vel *Commentarios* nominare voluerunt. Artifices LOCOS COMMVNES vocarunt. Optimè: meâ ſententiâ. Nam ut omnia naturæ tacito ſuo inſtincto quodam in proprium ſuum locum feruntur; eâdem prorſus ratione, quæcunque ex quotidianâ hominum converſatione, aſſiduâque bonorum Auctorum lectione elicimus ea in Commentarios, ſive Locos Communes, tamquam in centrum, & locum proprium coniicimus, unde poſtmodum ſingula, ſi opus ſit, eruere iterum valeamus.

Non placet aliquibus viris doctis hæc ratio, ſcio. Sed profectò illi Excerptorum contemtores, pravam conſuetudinem Athenienſium mihi imitari videntur, qui ab eo tempore, quo Hyperbolus, abiectiſſimus nebulo, oſtraciſmo Alcibiadis fabricâ eſt condemnatus, neminem, cuius auctoritas urbi eſſet ſuſpecta, eo genere pœnæ, & exilii damnare voluerunt. Certè enim ingentem utilitatem huius ſtudii nondum pervidere illi potuerunt, qui operam iſtam excerpendi ſuſque deque habere ſolent. Quomodo enim ad ELOQVENTIÆ ſtudium (ut de hoc primùm dicam) longè præcellentiſſimum, quiſquam aſpirare poterit? quomodo dicendo tenere hominum cœtus, mentes allicere, voluntates impellere quò velit, unde autem velit, deducere valebit, niſi talem ſibi promum condum adornarit, illoque ſemper ſit inſtructus? Quomodo afflictos, iratos, crudeles, oratione ſuâ excitabit, delinibit, manſuetos reddet, niſi arma idonea ad eam rem ſibi conquiſiverit?

Sæpè equidem mirari ſoleo, quin & quandoque

Digitized by Google

deplorare non deſino, tot juvenes ſtudioſos inveniri, qui gravatim in hoc amœniſſimo florum fragrantiſſimorum Hortulo ſpatia faciant, ac potius ludo, ac joco, tempus conſumere ament ἐν ταῖς λέσχαις, ſive etiam popinis, quàm in hoc Muſarum ampliſſimo campo ſe & ætatem ſuam firmare. Quid ni enim? Antigonus Rex Syriæ dicere ſolitus erat, ſe à libris accipere, quod à nullo amicorum reſcire poſſet. Verius id ego pronunciari poſſe credo de Excerptis, ſive Locis Communibus: illos videlicet ea nobiſcum communicare, quæ non ab amicis modò, verùm etiam ab ipſis libris nullo modo reſcire poſſumus. Tametſi enim Memoria multa complecti ſoleat, & debeat: non tamen illa omnia ita repetere poſſumus, uti quidem ante παράπτωμα τῶν πρωτοπλάστων parentum facultas illa ab Deo nobis conceſſa fuerat. Abiit illud tempus: mutata eſt hæc ratio. Quin potius ſic ſibi mecum perſuadebunt omnes Muſarum Myſtæ, Excerptorum Titulis adnotatis, ſummâque induſtriâ auctis, ceu imaginibus cereis nos torpentem ac languentem memoriam adjuvare, excitare, irritareque poſſe: ut omnia, de quibus dicere animus geſtiat, animo prius percurſa, & propè decantata habeamus; varia exempla, tàm veterum, quàm recentiorum adducamus: agenda, vel fugienda, dicenda, tacendave percalleamus: futura præſagiamus, cauſas rerum teneamus, maliſq; imminentibus præteritorum recordatione occurramus: de quibus omnibus copioſè & abundanter loqui valeamus. Nam ut in tabernâ medicamentariâ capſulæ ſingulæ in ſingulis locis, è quibus varia medicamenta depromi poſſunt, ſunt collocatæ: non aliter ſtudioſus ex ejuſmodi Titulis ſua verba juxta & res aufert, quas etſi adhuc diffuſas, & diſſipatas reperit: ita tamen dilata-

dilatare & explicare eas poteſt, ut auditores nihil illis inſtructius, nihil ornatius comprehendant. Antiſthenes olim cuidam ploranti librum amiſſum, in quem quicquid didiciſſet, retulerat, ita ſuggeſſit: Atqui iſta oportuit animo commendare, non chartis. Verè quidem. Sed quæſo te, num Memoria tibi tam firma, tam conſtans, ut quævis tibi audienti, legentive tàm ſubitò expromat? Vſque adeò profectò labilis illa eſt, ut omnia continere, divinitatis potius ſit, quàm mortalitatis: quemadmodum ſcitè loquitur *Imp. Iuſtinianus Conſtit. Tanta. §. 18. de confirm. digeſt. quæ inſerta Codici de Vet. Iur. enucleand.*

Conſideremus omnium Artium latifundia, & deprehendemus, nullam earum adminiculis iſtis carere facile poſſe. Hæc namque ſi deſint, adminiſtratorem Reipublicæ moroſiorem nullum, Theologum, Medicum, Philoſophum ineptiorem neminem, jure merito dicas. Proinde ſummi illi viri, Ariſtoteles, Plato, Xenophon ὁμοθυμαδὸν juvenes adhortari conſueverunt, ut contra ſenectutis infirmitatem, & memoriæ inconſtantiam, in herbeſcente ſuâ ætate, eiuſmodi Commentarios Verborum, & Rerum ſibi conficiant. Non alio certè fine Ciceronem legimus integrum ſibi Procemiorum librum ex variis Oratoribus concinnaſſe, quibus in Eloquentiæ ſuæ ſtudio commodè uti poſſet. Hortenſius Orator ſummus Theſes quaſdam, & Quæſtiones generales pro teſtibus & contra teſtes ſibi collegit. Eâdem diligentiâ Valerius Maximus variorum exemplorum theſaurum comportavit. Idem factitarunt Athenæus, ac Stobæus: & infiniti alii ex veteribus. Commemorarem quoque è recentioribus viros magnos, qui ſolo hoc Excerptorum ſtudio ad ſummum Eruditionis faſtigium

Digitized by Google

conſcenderunt, niſi in oculis omnium litteratorum quotidie jam verſarentur. Neq; ſane eſt, quod delicatuli multi ſibi abblandiantur in eo, dum lucubrationes virorum doctorum ſibi præſtò eſſe clamitant: eòque tædiosâ illâ diligentiâ nihil opus eſſe ſibi præpoſterè perſuadent. Quis enim illum hominem non monſtrum putet, qui alienis pedibus incedit, aut alienis oculis videt? Quis illum, qui ſpem & fiduciam rerum ſuarum in alio collocat, non dicat ſtultè plane agere? Similes prorſus mihi videntur Æſopico ruſtico, qui ſegetes ſuas demetendas amicorum fidelitati credidit: aut ſtolido illi Calviſio Sabino, qui effœtis & exoletis viribus, non proprio, ſed ſervorum robore armatus, in Campum Martium prodire auſus fuit. Quanto laudabilior Perſarum fuit conſuetudo? qui probro ſibi eſſe putarunt, ſi ferinâ veſcerentur carne, quam paterfamilias in proprio ſaltu non confeciſſet. Quapropter Plato in ſuâ Republicâ ſapienter hoc Edictum tulit, ne quis ex alieno puteo prius aquam hauriret, quàm Magiſtratui probaſſet, ſe diligenter operam navaſſe, ut ſibi in ædibus ſuis puteus foderetur, nec ſe id ullis ſumtibus impetrare potuiſſe. Nimirum rectè ab Ariſtotele pronunciatum eſt: τὸ ἴδιον ἐςὶν ἀγαπητότατον. Et Achilles Tatius inquit: τὰ αὐτοφυῆ ἔχει τὴν ἡδονήν. Nam quemadmodum illi, qui feram aliquam in campo ſpatioſo inſectantur, multò plus delectationis percipiunt, quàm ſi ex Perſarum aut Romanorum conſuetudine in Amphitheatris amœniſſimis & ornatiſſimis, explicatis veſtibus, tabulis & ſignis propalam collocatis venarentur: ita etiam qui Locorum Communium ſylvam, proprio Marte, quod ajunt, adſtruunt, ita ut divitiæ, atque ornamenta eorum ingeniorum per quædam involucra atque inte-

integumenta perſpiciantur, ſibi melius conſulunt, quàm ſi iis, quæ alieno ſudore parata ſunt, fruerentur. Neque verò eadem eſt ratio ſtudiorum noſtrorum, quæ ſtirpium aut plantarum. Hæ etenim translatæ, & in alienam arborem inſitæ, uberiores ſæpè fructus proferunt, quàm forte naturali in loco protuliſſent: illa autem privatâ magis, quàm alienâ, domeſticâ, quàm externâ ope exſplendeſcunt. Nemo utique tam inſulſus erit, qui in alieno potius domicilio, ubi lites, iræ, odia, vindictæ vigent, quàm in proprio, tranquillè vivere eligat: ubi propriâ ſuâ ſupellectile ad omnem uſum liberrimè inſtructus eſſe poſſit.

Non mirabimini, Nobiliſſimi Adoleſcentes, me tanto conatu commendare vobis Electorum, ſive ἐκλογῶν curam, quam ab omni ævo quiſque litteratorum ſibi ſemper quàm commendatiſſimam habuit. Proprio equidem exemplo edoctus affirmare vobis poſſum, quantum hæc diligentia à primis annis mihi adjumenti attulerit.

Vt autem omnes ſanos in hoc, ad ſententiam meam accedere video, hujuſmodi χρηστομαθείας ad litterarum telam feliciter pertexendam, eſſe perquàm neceſſarias: ita paucos video, qui idem conſilium in iis fructuosè adornandis ſequi ſoleant. Ego verò ſalvis omnium aliorum judiciis, quid ipſe heic ſtudioſis adoleſcentibus conſulere ſoleam, breviſſimè & ſimpliciſſimè enarrabo.

Non hìc requirimus ambitioſam pompam, ceu multos curioſulos factitare ſcimus: neque ſubtiliorem aliquam methodum Dialecticam attendendam eſſe arbitramur: ſed ſufficere judicamus, ſi Tituli quidam generaliores conficiantur, ſub quibus quaſi per Sa-

turam ſine ullâ compoſitionis illecebrâ, aut verborum delectu, exiliter, aridè, conciſè, ac minutè adnotari poſſint ea, quę quiſque ex uſu ſuo olim futura perſentiſcere queat.

Omnis autem hæc ratio privati ſcrutinii (ut Apuleiano utar vocabulo) verſatur, vel in eruendis verbis: vel obſervatione Rerum. Hoc ſeu filum Ariadnæ in perturbato ſtudiorum ſuorum labyrintho, ſequi neceſſe eſt omnes Muſarum candidatos. De Rebus poſterius dicam Verborum obſervatio etſi levis videri poteſt, tamen ad omnem ſqualorem fœditatemque, quæ vel Silenos Alcibiadis exſuperet, abiici non poteſt, cùm omnes Eloquentiæ cincinni ex iis contexti ſint, & rerum ipſarum momenta inde pondus non exiguum ſortiantur. Vt enim Muſicæ occultæ (inquit fax illa Germaniæ *Melanchthon*) ita mutæ atque infantis doctrinæ nulla eſt gratia.

In Verbis igitur conſideratio ſuſcipi debet, vel Grammatica, vel Rhetorica. Grammatica ἐπιτήρησις vel eſt ſimplex vel conjuncta. Simplex verborum ἐξεργασία verſatur in eruēdâ ſignificatione vocabulorum ſingulorum: eâque vel propriâ vel translatâ. Vbi diligenter notandum, quæ quibus attribui ſoleant: ac ſicubi inſolentior aliquis ſenſus ijs indatur, non inſuper habendus is humanitatis ſtudioſo. Atq; huic curæ peculiaris libellus aſſignandus, quem LEXICON appellare licet. Conjunctionem vocabulorum vulgò è Græco φράσιν nominant: Latini *Formulas.* Huic quoque obſervationi certum dabimus libellum: in quo ſub Titulis ſynonymis, omnes Elegantiæ ex præſtantiſſimis Authoribus conſignari debent. Dedimus iſtius καλλιγραφίας Linguæ Latinæ luculentum ſpecimen: quod vobis, adeòque omnibus philologiæ &

Elo-

Digitized by Google

Eloquentiæ ſtudioſis nunc jam magnoperè commendamus. Rhetoricum ſtudium occupabitur in enotandis ijs Formulis, quæ ad partes Orationis ſive exornandas, ſive amplificandas, pertinere videbuntur. Atque hæc cura facilior eſt, neque tantum apparatum deſiderat. Oſtenderem hoc exemplis, niſi vivâ id potius voce, quàm ſcripto explicandum judicarem.

De Excerptis Realibus idem ſentiendum. Tituli quoque univerſaliores conficiendi ex omnibus diſciplinis, tam Theoreticis, quàm Practicis: in quibus ea, quæ ſub aciem oculorum & mentis ſeſe nobis ingerunt, conſignari debent: hoc tamen ordine, ut axiomata ſive Theſes, & πορίσματα primo loco ponantur, dehinc exempla ſubijciantur. Vbi non poſtrema cura quoq; eſſe debet ANTIQUITATIS, ſive Conſuetudinis omnium populorum. Huic verò ſtudio non quatuor, quinque, ſex, ſeptem Volumina comparanda dixerim, ſed Vnicum duntaxat: in quo unus quisque, quod ſuo inſtituto maximè conſentaneum viſum fuerit, excerpet. *Non eſt quod mireris,* (inquit Seneca Epiſt. 108.) *ex eadem materiâ ſuis quemq; ſtudiis apta colligere. In eodem prato Bos herbam quærit, Canis leporem, Ciconia lacertum.* Sæpè mirari ſubit vulgi errorem: quando quidam anxiè admodùm in hoc ſtudio Adverſariorum verſantes, omnium diſciplinarum præcepta, & Canones adnotare ſatagunt. Quam quidem curioſitatem rectè ut opinor, Agellius in familiari quodam ſuo reprehendit lib 14. cap. 6. à quo cùm forte librum, ex multis, & variis ac remotis lectionibus elaboratum, accepiſſet, & ſine arbitris diligentius evolviſſet: *Proh Iupiter!* inquit, *Quæ miracula? Quo nomine fuerit, qui primus Grammaticus appellatus eſt, quot fuerint Pythagoræ*

gora nobiles, quot Hippocrata, & cuiusmodi Homerus fuiſſe dicat in Vlyſſis domo Σειρῆνες, quam ob cauſam Telemachus cubans iunctim ſibi cubantem Piſiſtratum non manu attigerit, ſed pedis ictu excitarit: & quæ inibi ſequuntur alia vaniſſimæ curioſitatis argumenta. Talia negligi facile poſſunt: *quæ*, ut Seneca ait de brev. vitæ cap. 13. *ſive contineas, nihil tacitam conſcientiam iuvant, ſive proferas, non doctior videberis, ſed moleſtior*. Cæſaris Auguſti exemplum hîc imitandum puto, qui teſte Tranquillo, *in evolvendis utriuſque linguæ Authoribus nihil æquè ſectabatur, quàm exempla, & præcepta publicè & privatim ſalubria: eaque ad verbum excepta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum, provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent*. Eandem hanc rationem ſequuti ſumus in volumine noſtro, quod PHILOSOPHIAM COMICAM inſcripſimus: ac propediem cum ſtudioſis Antiquitatis, & Philoſophiæ communicaturi ſumus. Igitur jam hæc de Excerptis ſtrictim à nobis propoſita, ſufficere poſſunt, quorum πρᾶξιν ipſam in triplici noſtro FLORILEGIO luculentè propoſuimus.

Vobis verò, Diſcipuli ſuaviſſimi, ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΙΑΝ noſtram, Linguæ Romanæ uberrimum quaſi quoddam Cornu-copiæ, propriè donare ac conſecrare viſum fuit, ut hac ratione publicè mei erga vos Amoris hoc documentum proſtaret: atque ita in Eloquentiæ ſtudio, cui operam ſedulam nunc datis, paratam aliquam dicendi copiam, ac varietatem orationis haberetis. Agite igitur, Iuvenes nobiliſſimi, & Magnifici veſtri parentis veſtigia inſiſtite, qui ſuo exemplo ad veræ Virtutis, & Honoris templum vos

pari

Digitized by Google

…eſſu vult incedere: adeòque litteratæ Nobilita-…us flos eſtis illibatus, omne punctum cum ſum-…miliæ veſtræ Ornamento quondam reportare. …, Facite. Sic voveo in Deo, cuius benedictio …alis pariter ac corporalis vos cumulatiſſimè … Neapoli Nemétum. ANNO CHRISTI … Iↄ CXVI. Kall. Martij.

SENECA Epiſt. II.

Non prodeſt cibus, nec corpori accedit, qui ſtatim ſumtus emittitur.

ANDR. SCHOTTUS Lib. 2. Obſerv. Hum. cap. 58.

Ad hanc ferè formam concinnari exoptem SYNONYMA, *ſeu Polyonyma Linguæ Latinæ, locis Authorum breviter adſcriptis.*

LECTO-

Digitized by Google

LECTORI PHILOLOGO Salutem.

MEMINISSE *te credo, Lector benevole, quas ſpes tibi fecerim annis abhinc aliquot, quando primitùs in lucem darem M. Accij Plauti Comœdias, noſtrâ curâ elaboratas. Nimirum triplex* FLORILEGIUM *continuare inſtitueram ex Authore illo profundæ Latinitatis primipilari. Partem unam nunc nuper accepiſti,* LEXICON PLAUTINUM. *Alteram* PHRASEOLOGIAM *indigitavimus. Eccillam iam nunc tibi cum maximo fœnore. Neq; enim Plauti inibi continentur duntaxat purioris ſermonis floſculi: verùm etiam Afri Comici: nec non diſertiſſimi Romuli nepotum M. Tullij Ciceronis. Laudabilis ſcil. Antiquitatis Triga hæc eſt. Deſiderabis tertium ſtudij noſtri penſum* PHILOSOPHIAM. *Hîc ego aliquantulam moram deprecor. Vulgi veriverbium eſt:* Sat citò, ſi ſat benè. *& Comicus noſter:* Incipere multò eſt, *inquit,* quàm patrare facilius. *Neque enim nonum adhuc preſſi in annum.*

Cæterùm, quod monendus mihi eras: in præſenti Calligraphiâ ſæpiùs offendes Vindicationes meas in Plautum, contra punctiones Friderici Taubmanni: *quas ne in ſequiorem partem interprete-*

ris

Digitized by Google

ris, etiam atq; etiam rogo. Neque enim exiſtimare te velim, immemorem me fuiſſe illius Homerici: οὐχ ὅσιον φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι. *Notum quippe æquis iniquiſq; eſſe cupio, non poſt doctiſſimi viri mortem hanc mihi ſcribendi fiduciam natam eſſe, ſed iam paratam Editionem morte illius præventam. Fuit is, dum viveret, Amicus noſter haud è multis: quod ex quadam eius epiſtolâ ad me, tibi nullo negotio, uti confido, perſuadere potero: Illam ego nullo alio fine tibi legendam hîc exhibebo, quàm ut pÿſſimis eius Manibus aliquod redhoſtimentum Felicis Memoriæ, & gratæ Recordationis Monumentum palàm heic ſtatuam. Sic igitur ille ad me.*

Quæ in Plautum molitus es, Vir CL. vidi ante menſem, & gratulor hunc animum tibi, qui hodie paucorum, tui præſertim loci & ordinis. Gratulor etiam, te ibi copiam habere poſſe doctiſſimorum, & in his ſtudiis ſubactiſſimorum hominum, qui te juvare omni modo poterunt. Perluſtravi obiter, & multa præclara inibi, & emendata abs te, & explicata vidi, &, ut minas tuas video, præclariùs id fiet in Opere illo, quod aut edidiſti, aut propediem editurus es. Deus tibi det illud abſolvere bono iuventutis! Hac æſtate mea editio, cuius me pudet pigetq; (quod & publicè ſum profeſſus) iterùm ſub prælum vocabitur: quod te ſcire volui.

volui. Salve mi eruditiſſime Paree, & tecum ille compar tuus Rhodius. VVittebergæ 17. Martii 1610.

Hunc Amicum quis follis ſcævior mihi in noviſſimâ Plauti editione inſtarit, cur laborem? Socratis Oraculum nonne veriſſimum? Οὐ πάνυ ῥᾴδιόν ἐστιν εὑρεῖν ἔργον, ἐφ' ᾧ οὐκ ἄν τις αἰτίαν ἔχοι. χαλεπὸν γὰρ οὕτω τι ποιῆσαι, ὥστε μηδὲν ἁμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ καὶ ἀναμαρτήτως τι ποιήσαντας μὴ ἀγνώμονι κρητῇ περιτυχεῖν. *Certè* Nulli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur, *effatum Plinij eſt. Sed hæc hactenus.*

Illud quoq; etiam præterire nolui, quibus editionibus uſus ſim, ut noris. In PLAUTINIS *ſecutus ſum Editionem meam, non illam quidem primorem, de quâ idem pronuncio, quod Taubmannus de ſuâ, eius me pigere, & tædere: ſed alteram, quam ſub acumine ſtyli adhucdum habeo: & cum tempore publicabo.* TERENTIANA *itidem ex illâ Editione deſumſimus, quam edere unà cum Plauto deliberatũ nobis eſt.* CICERONIS *exemplũ adhibui, quod mihi in manibus tum fuit, Pariſiis olim excuſum ab* Roberto Stephano *in octavâ formâ. Anno 1543. Quod ſi Gulielmianum, à Clariſſimo viro* Jano Grutero *foràs datum fuiſſet, utiq; illud unicè-unica norma mihi eſſe potuiſſet. Tantum eſt. Vale Lector Philologe: meisque cuicuimodi laboribus favere perge.*

Pareus.

Digitized by Google

THESAVRVS LINGVAE LATINÆ.

E tribus Claſſicis Authoribus M. Accio Plauto: P. Terentio Afro: M. Tullio Cicerone congeſtus.

A

Abalienandi, Abducendi.

Wenden/ Abwendig machen/ Abführen/ Abſondern/ Feind ſehlig machen/ Verſtoſſen/ Wegführen.

S*I vlla à me abalienatur, atque abducitur.* Pſeud. 1. 1. v. 93.

Hanc alienam ab ſe videt. Hecyr. 1. 2. v. 83.

Ea res diſiunxit illum ab illâ. Hecyr. 1. 2. v. 85.

Ita nos abalienavit. So gar hatt er vns verſtoſſen. Heaut. 5. 2. v. 26.

Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? Phorm. 3. 3. v. 12.

Nec iſtuc in animum inducas tuum, alienum eſſe te. id eſt, te non eſſe meum filium. Heaut. 5. 4. v. 5.

Hic animus partim uxoris miſericordiâ
Devictus, partim victus huius iniuriâ;
Paullatim elapſu' eſt Bacchidi, atque tranſtulit
Amorem. Hecyr. 1. 2. v. 92. v. 93. 94.

Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum? Phorm. 3. 3. v. 15.

Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. ibid. 3. 3. v. 18.

Abducere cognationem à conſuetudine, Tuſc.156.a

Aciem mentis a conſuetudine oculorum abducere. de Nat.54. b

Animum à cogitationibus abducere. de Fin.145.a

Animum à ſolicitudine abducere. Epiſt.48.a

Animos à defenſione abducere. de Orat.136 a

Aliquem à meretricio quaſtu abducere. pro Qu. 15. b & in Ant. 169.a

Se ab angoribus & moleſtiis abducere. Epiſt.70.a

Seruum ab aliquo abducere. pro Deiot.149.b

Diſcipulum à doctore abducere. de Orat.112. a

A religione ad quaſtum abducere. de D.99. b

Odoror quàm ſagaciſſimè, quò iudices deduci oratione facillimè poſſe videantur. Or.125.b

Vt is qui audit, ad fletum, miſericordiamque deducatur. de Orat. 125. b

Illud quod eò, quò intendas, ferat, deducatq́ᵹ, cognoſcendum eſt. de Or.96 a

Eloquentiâ deducimus perterritos à timore; & conſolamur afflictos. de N.56.a

Voluntatem impellere quò velis: vnde autem velis deducere. de Orat.87. a

Quem nulla conditio pecuniæ ab ſummâ integritate continentiaq́ᵹ deduxerit. Qu.Fr.291.a

De prauitate animi deducere aliquem. Qu. de F.211.a

Quod inſtituit referre de religione, ab eo deduci non poteſt. Epiſt. 2. b

Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus, &c. Epi. 236.a

De ſententiâ deduci aliquem. At.25.a

De fide deducere aliquem. in Ver.71.a

De animi lenitate deducere. in C.110. b

A mente conſilioq́ᵹ deduci aliquem, in V. 27. b. *pro*: amentem, aut dementem fieri.

Cùm ipſa res animum auditoris à nobis alienat. Ad Heren. lib. 1.p.7.

Non alienos animos habemus. De Amicit.*p.195.*

Alienatus eſt à Collegâ noſtro Metello. De Amicit.*p.211.*

Voluptates ſæpe maiores partes animi à virtute detorquent. Off. lib.1.p.78.

Agros vectigales pop. Romani abalienare. contra Rullum p.118.

Vectiga-

Vectigalibus abalienatis, ſocijs vexatis. Ibid. p. 131.
At verò Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea. Phil. 11. p. 353.
Totum ſe à te abalienavit Dolabella. Ad Attic. lib. 14. p. 456.
Qui vos, quos favendo retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. Epiſt. ad Fam. lib. 1. pag. 16.
Qui à Senatu hominem clariſſimum abalienauerunt. Epiſt. ad Fam. lib. 1. p. 19.

Abbreviandi. *Vide* Brevitatis.

Abdendi. Abſcondendi. Includendi. *Vide Titulo*, Occultandi.

Aberrandi. *Vide etiam* Erroris.

Fehlen/ Verfehlen/ Irre gehen.

PVer aberravit inter homines à patre. Men. Prol. v. 31.
Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. Offic. lib. 1. p. 54.
Vereor ne nihil coniecturâ aberrem. Ad Attic. lib. 14. p. 462.
Animus aberrat à ſententiâ, ſuſpenſus curis maiorib. Phil. 7. p. 476.
Abeſſe non poteſt, quin: Tantum abeſt vt: Tantum abeſt ne. Elegantes formulas efficiunt, quas vulgus ignorat. Diſcantur itaque ex Cicerone. Idem valent quod: *Alienum & disiunctum eſſe, abhorrere, aberrare. Ger.* Es fehlet ſich nicht / Es wirt kaum fehlen. *Galli ſic efferunt:* Il ne s'en faut gueres.
Abeſſe non poteſt, quin eiuſdem hominis ſit probos improbare, qui improbos probet. Orat. 220. a
Prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. At. 180. a
Aberis non longè, quin hoc à me diſcerni velit. At. 143. b
Tantum abeſt vt libertatis inimicos ornem, vt effici nō poſſit, quin eos tam oderim, quàm Rempublicam diligo. in A. 231. a
Tantum abeſt vt aliquam bonam gratiam mihi quæſiſſe videar vt multas etiam ſimultates intelligam me ſuſcepiſſe. pro Clu. 17. b
Tantum abeſt vt id conſentaneum eſſet, vt maxime etiam repugnarat. A. 8. b

Digitized by Google

Is enim qui occultus & rectus dicitur, tantum abeſt vt ſe indicet, perficiet etiam vt dolere alterius improbe facto videatur. de Fin.76.a

Tantum abeſt vt malum mors ſit, vt verear ne homini nihil ſit non malum aliud certè, ſed nihil bonum aliud potius. Tuſc. 164.b

At Philoſophia quidem tantum abeſt, vt perinde ac de hominum vita eſt merita, laudetur, à pleriſque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tuſc.164.b

Tantum abeſt vt ſcribi contra nos nolimus, vt id etiam maximè optemus. Tuſc.173.b

Tantum abeſt vt hæc beſtiarum cauſſa parata ſint, vt ipſas beſtias hominum cauſſa generatas eſſe videamus. de N.58.a

Tantum abeſt vt amicitiæ propter indigentiam colantur, vt ij qui opibus & copiis, maximè virtute præditi, in qua plurimum eſt præſidij, minimè alterius indigeant, liberaliſſimi ſint & beneficentiſſimi. de Am.106.a

Tantum abeſt, ne (quod ij, qui hoc aut magiſtrorum inopia, aut ingenij tarditate, aut laboris fugâ non ſunt aſſecuti, ſolent dicere) eneruetur oratio compoſitione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis eſſe poſſit. Or.219.b

Itaque tantum abfuit, vt inflammares animos noſtros, ſomnum iſto loco vix tenebamus. de Clar.190.b

Tantum porro aberat, vt binos ſcriberent, vix ſingulos confecerunt. Att.211.a

Dixerim me vel plurima vincula tecum ſummæ coniunctionis optare, & ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt, vt ego ex eo quo adſtricti ſumus, laxari aliquid velim. Att.89.b

Qui altiore animo ſunt, totos ſe ad ſtudia doctrinæ conferunt: qui in vita tantum abeſt, vt voluptates conſectentur, etiam curas, ſolicitudines, vigilias ſuſcipiunt. de Fin.138.b

---

Abducendi. *Vide* Abalienandi.

Abeundi. Abſcedendi. Abſentiæ. Diſcedendi. Eundi. Exeundi. Itineris. Migrandi. Proficiſcendi.

Weichen.

Weichen / Abweichen / Abtretten / Außtretten / Verkriechen / Wandern / Weggehn / Heraußgehn / Heraußfallen / Scheiden / Abſcheiden / Heimgehn / Von dannen gehen / Zu hauß ſich begeben / Abweſend ſein / Verreiſen / Außgehn / Verrucken / Fortgehn / Hinaußmachen / Außlauffen / Außfallen. Durchwandern / Herfürtretten.

N*Vnquid vis?* Formula eſt diſcedentis apud Plautum ſæpius repetita: etiam Terentio vſurpata. Amph. 3. v. 45. *Vide Lexicon Plautinum.* Horat. 1. 1. Satyr. 9. v. 6. Terent. Eun. 2. 3. v. 48. *Rogo numquid velit.*

Abiſtâ non pedem diſcedit. Aſin. 3. 3. v. 13.

Ne quoquam pedem efferat. Capt. 2. 3. v. 96.

Quò illum nunc proripuiſſe foras ex ædibus dicam? Capt. 3. 4. v. 1.

Migrare certum eſt iam ê fano fòras, Curc. 2. 1. v. 1.

Ego abſceſſi ſilens, paulùm ab illis. Epid. 2. 7. v. 53.

Num oculis conceſſi tuis. Pro, *ab oculis.* Epid. 5. 2. v. 16.

Duc te ab ædibus. Pack dich von hauß. Bacch. 4. 2. v. 11.

Abire ab aliquo per bonam gratiam. Mitt guttem willen ſcheiden. Mil. 4. 3. v. 32.

Nimis diu abſtineo manu. Moſt. 1. 3. v. 133. *Abſtinere manu* eſt, *non accedere ad aliquem. Contrarium eſt:* Adire manum: *pro, ad aliquem aggredi.*

Iam ego me recipiam domum. Perſ. 3. 3. v. 4.

Age illuc abſcede procul è conſpectu meo. Gehe mir auß dem geſicht. Perſ. 4. 2. v. 6.

Abire hinc non properas grandi gradu. Truc. 2. 2. v. 31.

Ceſſo hinc me aboliri. Truc. 2. 7. v. 68.

Concede huc à foribus. Men. 1. 2. v. 48.

Seſe commodùm huc advorterat in plateam noſtram. Eunuch. 2. 3. v. 48.

Non domo exſulo nunc. Eunuch. 3. 5. v. 63.

Ab eâ ſeſe revellere. Hec. 4. 1. v. 30.

Iam vt limen exirem. Wie ich zur Thür hinauß gieng. *Hecyr.* 3. 3. v. 18.

A fratre quæ egreſſa eſt meo: id eſt, ex ędibus fratris. Phor. 5. 1. v. 5.

Quod ſiſit, ut me excutiam, atque egrediar domo, id reſtat. Phorm. 4. 1. v. 20.

Digitized by Google

Quã me propter exanimatum citius eduxi foras. Jch hab mich bald hinauß gemacht. Hecyr.3.3.v.4.

Foras ſimul omnes proruunt ſe. Sie lauffen alle hinauß. Eunuch.5.5.v.51.

Homo ipſe nuſquam eſt. Man kan jhn nirgends finden. Eunuch.3.4.v.5.

Iter hac habui. Eunuch.5.9.

Evénit ſenibus ambobus ſimuliter, illi in Lemnum, ut eſſet, noſtro in Ciciliam ad hoſpitem antiquum. Phorm.1.2.v.15.

Pergam quó cœpi hoc iter. Hecyr.1.2.v.119.

Ain' tu tibi hoc incommodum eveniſſe iter? Hecyr.3.4.v.11.

Illé autem bonus vir nuſquam apparet. Eunuch.4.3.v.17.

Profectò hoc verèdicunt: ſi abſis uſpiam, aut ubi ſi ceſſes evenire ea ſatius eſt, quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat irata, quàm illa, quæ parentes propitij: uxor ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut amari. Adelph.1.1.v.3.4.5.6.7.

Præterquàm tui carendum quòd erat. Heaut.2.4.v.20.

Modò me intrò ut corripui timidus. Hecyr.3.3.v.5.

Audi ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus. de Fin.84.b *Vbi obſervetur formula:* longè abire: *Latini, quod alio modo dicitur,* alte repetere, *aut ut Barbari dicunt*, petere aut ſumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere.

Quaſi vero mihi difficile ſit, quamvis multos nominatim proferre, ne longius abeam, vel tribuleis, vel vicinos meos. pro Sext. Roſc.25.b

Vt ne longius abeam, declarat iſta aſcriptio eſſe aliquid. pro Cæcin.303.b

Non longè abieris: num ius civile veſtrum ex libris cognoſci poteſt? Ep.104.b

Etſi hoc fortaſſe non poterit ſic abire. de Fin.125.b. *Vbi peculiaris formula notanda, pro quâ vulgus dicit:* Hoc non ſic tranſibit: tu plus audies.

Ad ſummum non poſſunt iſthac ſic abire. Att.221.b

Mirabar, ſi hoc ſic abiret. Terent. in And.

Non hoc tibi ſic abibit. in Catil.

Videte quò deſcendam, iudices. pro Font.276.a

Viri boni, cùm experiundi poteſtas non eſt, timide & pedetentim huc deſcendunt. pro Qu.9.a

Subito nunc mutata voluntate ad aſcenſandum deſcẽdere. in V. 53.a

Non

Non qui odio inimicitiarum ad accuſandum, ſed qui ſtudio accuſandi ad inimicitias deſcenderent. pro Muræn.137.a

Sic conſtitueris iudicẽ non deſcenſurum quenquam ad hanc accuſationem fuiſſe, cui vtrum vellet, liceret. pro Cæl.37.b

Quanto minus eſt ad iuris ciuilis per diſcendi occupationem deſcendendum. de Or.107.a

Si nihil in Lepido ſit, deſcenſurum ad extrema. &c. Epiſt.166.a

Alterutram ad conditionem deſcendere vult Cæſar, vt &c. Epi. 118.b

Ad omnem animi remiſſionem ludumq; deſcendere. in V.96.a

Conſenſus populi Ro. iam deſcendit in cauſſam. in A.125.a

Deſcendere in aliquod certamen. Tuſc.118. b

Deſcendere in magnam dimicationem vitæ. ad Her.27.b

Cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adijt? cur tantas regiones Barbarorum pedibus obijt? de Finib. 145.a

Cùm obierit Legatus Ægyptum & Syriam. de Som.127.

Vt noſtras villas obire, & mecum lecticula concurſare poſſis. Epiſt. 95.b

Cui noſtrûm non licet fundos ſuos obire, aut res ruſticas inuiſere? de Or.126.b

Obire omnes provincias. contra Rull.73.a

Quò facilius & noſtras obire domos, & ipſe à ſuis coli poſſet. pro Cæl.41.a

Ego Siciliam totam L. diebus obij. in V.133.b

Altera nota eſt, cùm tribuatur rebus aut negotijs quæ exequimur aut peragimus.

Quantum cæteris ad res ſuas obeundas conceditur temporis. pro Arch.189.a

Cùm neque privatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus. pro Pomp.14. a

Obire negotia. pro Pomp.10.b

Qui tantum modò reciperet, quantum videret ſe obire poſſe. Qu. de Pet.121. a

Id enim, etſi erat deliberationis, tamen obire non potui. id eſt, mare tranſire. At.128. b

Tantum reſtitiſſet vrbis, quantum flamma obire non potuiſſet. in Catil.16.b

Vrgere illi vt loco nos moverent. Qu.Fr.308.a

Movere aliquem ſenatu. pro Clu:42.b

Digitized by Google

Poſtquam ille Canuſio moverat. At.134.b

Sed moveri poſſeſſionibus, amiciſſimis ſedibus ac diis penatibus, negant oportere. contra Rull.77.a

Vi veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat. Offic. 67.a

Nec te moveas iſtinc tam infirmâ valetudine. Ep.77.b

Movere caſtra ex aliquo loco, & vaſa colligere. in V.209.a

Ac vero Diogenes liberius, vt Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, ſi quid ſibi opus eſſet: Nunc quidem paululum à Sole abſis: officiebat videlicet aprica[illegible]i. Tuſc.246.b

Grues loca calidiora petentes, m[illegible]e tranſmittunt. de Nat.51.a

Crotonem petamus. At.154.a

Per Macedoniam Cyzicum pete[illegible]mus. Ep.235.a

Naves Rhodum petentes vidi. O[illegible]62.a

Iter à Vibone Brunduſium petere contendi. pro Plan.279.b

Dyrrachium petere contendi. pro Plan.280.a

Si potuiſſemus, quò contendimus, pervenire. Or.206.a

Tarſum veni, inde ad Amanum contendi. At.79.a

Mihi dubium non eſt, quin Brunduſium contendam. Att.127.a

Plato Ægyptum peragravit. de Fin.145.a

Agros & nemora peragrare. de Ar.249.a

Cùm quidam omnes provincias ſe peragraſſe gloriaretur. de Or. 132.b

Arabes autem, & Phryges, & Cilices, campos & montes hyeme & æſtate peragrantes. de Diuin.100.a

Ægyptum peragrare, luſtrare, pedibus obire. de Fin.145.a

Et ob eam cauſam urbe relictâ, rura peragrantes, ſæpe ſoli ſumus. Off.52.b

Eloquentia omnes peragrauit inſulas: & peregrinata tota Aſia eſt. de Clar.169.a

Poſſum omnes latebras ſuſpicionum peragrare dicendo. pro Cor. 48.b

Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, ſenſus, menteſque pertractare. de Or.104.a

Maria pedibus peragrare, claſſibus montes. Or.88.a

Fama de interitu Clodij fines imperij Rom. iam peragrauit. pro Mil.420.b

Cn. Pompeij res geſtæ omnes gentes cum clariſſimâ victoriâ terrâ mariq; peragrarunt. pro Cor.57.b

In his locis, quæ à Brunduſio abſunt propius quàm tu, biduum aut triduum,

Digitized by Google

triduum, nihil auditur novi, Att.232.a

Tu illam manum mihi cura vt praſtes, quoniam propius abes. Att.lib.1.p.5.

Propius à morte abeſſe. de Senect 93.a

Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu, & divina progenie, hoc melius ea cernebat. Tuſc.153.b

Cùm cœlum diſceſſiſſe viſum eſt, atque in eo animaduerſi globi. de D.100.a.b.

Marſico bello cœlum diſceſſit. h. e. ut vulgus: Cœlum ſe aperuit. de Diu.121.a

Ita tenec terræ fremitus, cœli diſceſſus, &c. terrebunt. de Diuin. 128.a

Cœlum diſceſſu meo diſceſſit à ſeſe. de Cla.190.a

Qui cùm terra diſceſſiſſet, magnis quibuſdam imbribus in illum hiatum deſcendit. Offic.59.b

Is magnitudine timoris à conſtantia, atque à ſeipſo diſceſſit. de D. 132.a *A ſe diſcedere, pro:* immutari; & ſui diſſimilem fieri, *ſæpe vſurpatur.* Vulgò dicitur: *in ectaſin incidit.*

Modò audivi quartanam à te diſceſſiſſe. At.122.b

Si iſtius hac tanta iniuria impunita diſceſſerit. in Verr.215.b

Mihi placebat ſi firmior eſſes, vt te Leucadem deportares, &c. Epiſt.256.b

Studium nihil prodeſt perveniendi aliquò, niſi illud, quod eo, quò intendas, ferat, deducatq;, cognoris. de Or.96.a

Hoc tibi antea explicandum eſt, quàm illuc proficiſcare, quò te dicis intendere. de Or.114.a

Si iſte quò intendit, in Manliana caſtra pervenerit. in C. 101.b

Vt eò, quò intendit, maturè cum exercitu perveniat. pro Mur. 128.b

Ego dum naves, &c. parantur, excurro in Pompeianum. At. 168.b & 231.b

Fortaſſe excurremus menſe Septembri legati ad Piſonem. Att. 1.b

Excurrat aliquis, qui hoc tantum malum filio ſuo nuntiet. in Ver.89.b

Mandavi vtriq; vt ante ad me excurrerent, vt tibi obviam prodire poſſem. Ep.35.b

Sic, *Excurro in fines hoſtium & agros, id eſt,* depopulor. **Ein auſſfall thun/ Streiffen**, vnde *Excurſiones.*

Habent propinquam provinciam, quò facile excurrunt. in Verrem.110.a

Carthago excurrere ex Africâ, & imminere populo Rom. videtur. contra Rull.83.b

Via illa excurſionibus Barbarorum eſt infeſta. de Pro.60.b

Nam qui volunt pœnam in aliqua ſubterfugere aut calamitatem, eò ſolum vertunt: hoc eſt, ſedem & locum mutant. pro Cæc. 304 a

Hanc ante amittere non potuiſſent, quàm huius ſolum ciuitatis mutatione vertiſſent. pro Cornelio.

Vertere ſolum exilij causâ. pro Qu. 10.a

Quò vertendi, hoc eſt, mutandi, *ſoli causâ venerant.* pro Dom. 229.a

Paulò poſt eſſe ferunt nunciatum Simonidi, vt prodiret. de Orat. 141 a

Scio te in publicum non prodire. At.125.b

Cauendum eſt etiam, præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentiâ prodeas. Off.28.b

Vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo. Off.26.a

Citat præco voce maxima Legatos Æmonenſes, procedit vnus Aſclepiades: prodeant. pro Flac.153.a

Teſtes vna ex domo prodeant. pro Flac.150.b

Prodire in aciem. Ep.79.a

Si hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit. I.V.65.b

Prodire obviam alicui. pro Mur.240.b

An ego tibi obviam non prodirem Ep.39. a *Vide Tit.* Obviandi.

Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or. 219. a

Eloquentia ſerò prodijt in lucem. de Cla,168. a

Nec ita multum provectus, reiectus ſum. in A.354.a

Atque etiam homines agreſtes inani ſpe ad aquas vſque Puteolanas provehuntur. in A.216. a

Nihil ergò adiuvat procedere & progredi in virtute, quo minus miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit. de Fin.120 b

Qui naturâ doctrinaq; longe ad virtutem proceſſerunt. de Finib. 111. a

Qui proceſſerit aliquantulum ad virtutis aditum, nihilominus in miſeriâ eſt, quàm ille, qui nihil proceſſit. de Fin.100.a

In fugam ſe conferre. pro Cæc.198. a

Aliquò ſe conferre. de Or.162. b. Ep. 1990.b.

Iter aliquò conferre. Ep.174. a

Iter

Digitized by Google

Iter aliquo verſus conferre. At.10.b. *Vulgo* vertere, *aut* convertere ſe aliò, Viam ſuam vertere aliò.

Cùm autem anno poſt è Siciliâ me recepiſſem. Brut.p.616.

Ego me de Cumano movi ante diem. Jch hab mich vor tag vfgemacht.Ep.Att.l.4 p.121.

A rectâ conſcientiâ non tranſverſum unguem diſcedere. Nicht eines fingers/ oder haar breit abweichen. Ep. Att. l. 13.p. 410.

Tranſverſum digitum diſcedere. Acad.l.2 p.32.

A ſenis latere nunquam diſcederem. de Attic.p.183.

In veſtr a tecta diſcedite. In Catil. p.205.

Qui ſimulac pedem limine extulerat. Cœl.104.

Abigendi. Amoliendi. Amovendi. Arcendi. Depellendi.Deiiciendi.Deturbandi. Expellendi. Extrudendi. Fugandi.Reſiſtendi.

Außſtoſſen / Wegjagen/ Abſchaffen/ Hinaußwerffen/ Ablehnen/ Außjagen/ Verſtoſſen/ Verjagen/ Abwerffen/ Vmbſtoſſen/ Vmbreiſſen.

A*num foras extrudit.* Aul.prol.v.38.

Quin tu mihi adornas ad fugam viaticum. Epid. 5. 1. v.9.

Iurgio tandem uxorem abegi à januâ. Men.1. 2.v.18.

Protelat virum. h. e. longè abigit. Merc.Arg.2.v.12.

Simul autem pleniſſimè eos, qui adverſum eunt, ciſpellito. Merc. 1.2,v.5.

Iam hinc olim invitam domo extruſit ab ſeſe. Merc. 2.3. ver. 22.

Sarcinam imponam ſeni. Jch will den alten abſchaffen. Moſt. 1.2.v.28.

Vbi odium occaperit, illam extrudet. Ciſt.2.1.v.53.

Vti properes noſtra amoliri omnia. Pſeud 2.v.67.

Libidinem, odium, invidiam, metum, cupiditatesq; omnes amovere. Pro Aulo Cluent.p. 73.

Exigam herclè ego te, ex hac decuriâ. Perſ.1.3.verſ.63.

Ego

Ego cum meis dictis malis his foribus atque hac repuli, reieci hominem. Bacch.4.3.v.19.

An legibus daturum pœnas dices, ſi illam ejecerit ſcil. *domo:* Phorm.4.3.v.21.

Vno ore auctores fuêre, ut præcipitem hanc daret: id eſt, eiiceret, expelleret. Ibid.v.20.

Eò amantem invitum Pamphilum extrudit pater. Hecyr. 1. 2. v. 98.

Quod ſi ſciſſem, illa hìc maneret potius, tu hinc iſſes foras. Du hetteſt hinauß gemüßt. Hecyr 2.1.v.25.

Tyndaritani ſtatuam iſtius deturbarunt. in V.221.a

Cùm parietes diſturbabas. Par.119 a

Quid ſi cæmentum bonum non haberem, deturbarem ædificium. Quint.Fr.328. b

Deturbare aliquem de poſſeſſione. Parad.121.a

De fortunis omnibus P. Quintius deturbandus eſt. pro Quint. 8.a

Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P.99.a

Deturbari ſpe & poſſeſſione. Ep.198.b

Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes, novos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacere. Ep.61. b

Quæro qui ſint iſti optimates, qui me exturbent, cùm ipſi domi maneant. At.134 a

Cùm Senatum à gubernaculis deieciſſes, populum è navi exturbaſſes. pro Dom.218.a

Exturbare homines è poſſeſſionibus. pro Syl.180.b

Exturbari & expelli ex agris. contra Rul.82. a

Exturbare aliquem bonis patriis. in V. 118. a

Miſerum eſt, exturbari fortunis omnibus. pro Qu.17.b

Exturbari domo, & expelli domo. pro Clu 20.b

Conſules ex Italiâ profugiſſe, cunctum Senatum, totam Italiam eſſe effuſam. pro Deiot.145.b

Magno timore perculſa ciuitas tota ad te ſe cum coniugibus & liberis effundebat. ad Att.274.a.

Antonij immanem & fœdam crudelitatem è iugulis noſtris, membris & viſceribus avertit. Phil.14.p.541.

Cuius acerrimum impetum cohibere potuit. Phil.14 p. 541.

Ab aris & focis ferrum flammaq; depellit. Sest.p. 45.

De manibus veſtris effugit. Pro Sext. Roſc. p.42.

EX

Ex urbe aliquem repellere. Auß der ſtadt jagen. pro L. Flacc. pag. 264.

Ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruiſſet. Seſt. p. 9.

Magni animi eſt, quem de ſuſceptâ causâ nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum poſſit depellere. Ligar. p. 302.

Ita avocatur à Mutinâ, ut ab urbe tanquam peſtiferâ flammâ arceatur. Phil. 6. p. 431.

Ut poſſeſſores ſuis ſedibus pellantur. Offic. lib. 2. p. 96.

Ut avaritia pellatur etiam minima ſuſpicio. Offic. lib. 2. p. 96.

Quæ magis arceat homines ab improbitate omni. Paradox. 3. p. 229.

Abliguriendi. Abſumendi. Conſumendi. Dilapidandi. Ganei. Heluandi. Intemperantiæ. Libidinis. Luxuriæ. Luxus. Patrimonij. Prodigalitatis. Profuſionis.

Vide etiam Sumtuum.

Verſchwenden / Verſchwelgen / Verzehren / Verthuen / Verfreſſen / Verpauſiren / Schwelgen / Gut verpraſſen / Durchjagen.

Nemo illorum explere tartaream ingluuiem poteſt. Aul. ſc. Feram velis. p. 31.

Tuis ſceleſtis falſidicis fallaciis delaceraviſti, deartuaviſtiq; opes. Capt. 5. v. 13.

Rem confregit filius. Trin. 1. 2. v. 71. Horat. lib. 1. Sat. 2. v. 62. *Rem patris oblimare.* Sein gut verfeihlen.

Comedere rem. Sein gut verfreſſen. Trin. 2. 4. v. 15.

Luxuria ſumptus ſuppeditare ut poſſis. Aſin. 4. 2. v. 10.

Rem omnem abſente patre abſumit. Moſt. Arg. v. 2.

Contruncare cibum. Stich. 4. 1. v. 48.

Is rem paternam me adiutrice perdidit. Trin. Prol. v. 13.

Itidem patria abligurierit bona. Eun. 2. 2. v. 4.

Quid te futurum cenſes, quàm aſſiduè exedent? Heaut. 3. 1. v. 53.

Dies noctesq; bibite, græcamini, amicas emittite libertate, paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter. Moſt. 1. 1. v. 61.

Haud intermiſſum eſt bibi, ſcorta duci, græcari, fidicinas, tibicinas ducere

ducere. Moſt.4.2.v.43.

Amare validè capi hîc meretricem: illicò res exulatum ad illam ibat clam patris. Mercat.Prol.v.42.

Lacerari valde ſuam rem. Ibid. v.48.

Per nos quidem hercle egebit, qui ſuum prodegerit. Merc.5.4.ver. 63.

Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quàm ſi prohibuerit palàm.

Trahere, exhaurire me, quod qui rem ab ſe, domum
Ratione peſſumâ, atque lenonis optumâ:
Omni quod modo, quoi iuvenis ipſe parſerit:
Ne videret funditare ac perdere. Merc.Prol.v.56. & ſeqq.

Pergite quomodo occapiſtis, bibite, pergræcamini, Eſte, effercite vos, ſaginam cædite. Moſt.1.1 v.61.

Dies noctesque eſtur, bibitur, nec quiſquam parſimoniam adhibet: ſagina planè eſt. Moſt.1.3.v.79. *Vide Lexicon Plautinum* Sagina.

Lepidam & ſuavem aliquam cantionem occipite comœdicam, vbi perpruriſcamus, vſque ex vnguiculis. Stich.5.5.v.19.

Argentum οἴχεται: periit, evanuit. Vide Lexicon Plautinum: Argentum. Trin.2.4.v.17.

Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi animum vt expleret ſuum. And.1.2.v.17.

Animo morem geſſero. And.4.v.17.

Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus. Adelph. 4.7.v.42.

Id illa vniuerſum abripiet, haud exiſtimans, quanto labore partum. Phor.1.1.v.11.13.

Dilapidare argentum. Phor.5.8.v.4.

Et tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam. Heau.3.1.v.66.

Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati Heaut.3.1.v.56.

Priuſquam dilapidet noſtras triginta minas. Phor.5.8 v.4.

Vtinam tam aliquid facilè invenire poſſis, Phædria, hæc quàm peribit. Eunuch.2.1.v.4.

Rei minùs temperans. Phorm.1.5.

Itidem patria qui abligurierat bona. Eunuch. 2. 2.v.4.

Sane hercle homo voluptati obſequens fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum hæredem adjuvant: ſibi verò hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, bene. Hecyr.3.5.v.9.

Illius animum, qui nunc luxuriâ & laſciviâ diffluit. Heaut. 5.1. 1v.36.

M.An-

M. Antonius publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia. Octa.329.b

Cùm omnem pecuniam ex ærario exhauſiſſetis. contra Rullum 86.

Exhaurire ſentinam urbis. At.18.a

Si exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa ſentina reipub. in C.99.b

Ærarium exhaurire, remp. compilare. in Vat.29.b

Immanes quæſtus, quos M. Antonij tota exhauſit domus. in Ant. 169.a

Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, vt tibi neceſſe eſſet vomere. in Ant.172.b

Vno mehercule Catilina exhauſto, releuata mihi videtur reſpub. in C.205.b

An temperantem eum dices, qui ſe in aliqua libidine continuerit, in aliquâ effuderit? Par.116.a

Plures iam pavones confeci, quàm tu pullos columbinos. Epiſt. 138.a

Qui ſuam rem non minus ſtrenuê, quàm poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentauit. Poſt.206.a

Res iam univerſas profundam. Att.22.a

Pecunias profundere in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut nullam ſint relicturi omnino. Off.44.b

Profuſis ſumptibus vivere. pro Q. 7.b

Quanti & quàm profuſi ſumptus. pro Clu.25.a

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt. in Catil.106.a

C. Cæſar patrimonium ſuum effudit. Quanquam non ſumus uſi eo verbo, quo decuit: non enim effudit, ſed in ſalutem reip. collocavit. in A.24.a

Effundere patrimonium. Off.44.a

Quis tam profuſus ac perditus nepos ſic diſſolutus fuiſſet? pro Qu. 7.a

Privata luxuria, profuſa epula. pro Mur.141.b

Profuſa luxuries. pro Cæl.46.b

Conſumere Matrimonium. Contra Rull.p.94.

Veteres illorum, illibatasq; divitias in profundiſſimum ſuarum libidinum gurgitem profundit. Seſt.p.47.

Vt bona ſolus comeſſet. Seſt.p.54.

Digitized by Google

Qui quaſi meâ culpâ bona perdidit. Seſt. p. 55.

An tu comediſti? tu meo periculo gurges, & vorago patrimonij heluabare. Seſt. p. 55.

Effundit patrimonium, ne fœnore trucidetur. Cœl. 108.

Num ærarium exhauſerit, & rempub. compilarit. in Vat. p. 76.

Libidines totum diſſipaverunt. de Orat. 12. p. 410.

Profuſis ſumptibus vivere. pro Quint. p. 54.

Sperat ſe poſſe, quod adeptus eſt, per luxuriam effundere, atque conſumere. pro Sext. Roſc. p. 38.

Domum per hoſpitium exhaurire & exinanire. in Verr. p. 533.

Perfregit ac proſtrauit omnia cupiditate, ac furore, vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. pro Aul. Cl. pag. 9.

Verùm fac me multis debere, & in his Plancio, utrum igitur me conturbare oportet? pro Plancio p. 323. *Hoc enim propriè eſt* conturbare & Decoquere fortunas ſuas *apud Ciceronem: quod docuit Budæus in ff. prioribus pag. 363. & pag. 347. vbi explicat locum* Ciceronis de Finib. lib. 2. p. 137. *Nolim enim mihi fingere ἀσώτους, vt ſoletis, qui in menſem vomant, & de conuiniis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent: qui ſolem (vt aiunt) nec occidentem vmquam viderint nec orientem, qui conſumtis patrimonijs egeant.* Plautus *noſter vocat*, Lacerare ſuam rem. *Vide locum paulò ante.*

Pecuniam profundere. pro Aul. Cluent. p. 31.

A maioribus noſtris poſſeſſiones relictas diſperdere, & diſſipare. Contra Rull. p. 92.

Patrimonia ſua profuderunt, fortunas ſuas abligurierunt. in Luc. Cat. p. 183.

Exhauſiſti ærarium. Piſ. p. 193. & pro Seſtio p. 52. *Ærarium exhauriri videbatur. Vide* Ærarij.

Omnes fortunis privavit. Piſ. p. 195.

Summas frangit infirmatq́ opes. Rab. p. 274.

Per eaſdem tabulas innumerabilem pecuniam diſſipaviſti. Phil. 2. p. 532.

Quonam modo illa tam multa, quàm paucis non dico menſibus, ſed diebus effudit? Phil. 2. p. 363.

Oceans mediusfidius vir videtur tot res tam diſſipatas, tam diſtantibus in locis poſitas, tam cito abſorbere potuiſſe. Phil. 2. 4. 363.

Nolite mirari has tam celeriter eſſe conſumta: non modò unius patrimo-

patrimonium, ſed vrbes, & regna celeriter tanta nequitia devorare potuiſſet. Phil. 1. 364.
Patrimonium ſuum effudit. Phil. 2. p. 385.
Portenti ſimile videbatur, tantam pecuniam tam brevi tempore perdi potuiſſe. Phil. 5. p. 410.
Pecunia publica diſſipata eſt, atque effuſa. Phil. 6. p. 629.
In Conſulatu pecuniam publicam maximam diſſipavit. Phil. 7. p. 441.
Fortunas noſtras diſſipat. Phil. 8. p. 448.
Non poſſunt non prodigè vivere, cùm effundunt ſua. Philip. 11. p. 482.
In luſtris, popinis, aleâ, vino, tempus ætatis omne conſumpſit. Phil. 13. 518.
Intemperans ſum in eius rei cupiditate. Epiſt. Att. lib. 13. p. 416.
Caueant intemperantiam meminerint verecundiæ. 1. Offic. p. 19.
Profundere pecunias. Offi. 2. p. 86.
Quæ brevi tempore maximas copias exhaurire poſſint. Paradox. 6. p. 237.

Abſolvendi. Ceſſandi. Concludendi. Deſiſtendi. Exitûs. Finiendi. Finis. Extremitatis. Deſinendi.

Enden / Volbringen / Verfertigen / Volführen / Außmachen / Zu ende bringen / Vergehn / Auffhören / Außgehn.

Poſtquam opus meum, vt volui, omne perpetravi, hoſtibus fugatis. Pſeud. 5. v. 54.
Aliquando oſculandi melius eſt, vxor, pauſam fieri. Rud. 4. 6. v. 1.
Finem ſtatuere orationi. Hecyr. 1. 2. v. 21.
De illo iam finem faciam dicendi, mihi peccandi cùm ipſe de ſe finem non facit. Phorm. prol. v. 23. 24.
Hominem iſtum impuriſſimum quàm primùm abſolvito te. Fertiget jhn ab. Adelph. 2. 4. v. 17.
Defunctus iam ſum. Ich hab die Sach zum Ende gebracht. Phorm. 5. 3.
Cupio in hac re iam defungier. Phorm. 5. 8.
Tranſegi: id eſt, rem ad finem perduxi. Phorm. 5. 3. v. 16.

Digitized by Google

Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater: id eſt, terminum, metam. Andr. 1.1. v. 120.
Qui deſidia & luxuria plenus eſt, Cic. in Salluſtium 552.

In quâ ego nactus locum reſecandæ libidinis, & coercendæ iuventutis. Ep. Att. l. 1. p. 36.

Libidine furere, de Nat. Deor. l. 1. p. 19.

Tradere ſe libidinibus conſtringendis. de Fin. l. 1. p. 115.

Libidini parêre, de Fin. l. 2. p. 53.

Potiùs quàm ea Appij Claudij libidini, qui tùm ſummo erat in imperio

Digitized by Google

perio dederetur. de Fin.l.2.p.156.

Libidinis veſtigia in aliquo videre. de Fato p.277.

Libidines à mente ſemotas & diſcluſas putat. Tuſc. l.1.p.327.

Qui ſe totos libidinibus dediſſent. Tuſc.l.1. p.324.

Quid nam egiſſet ille qui in ſacrificiū cogitatam libidinem intulit. de leg.l. .p.435.

Qui violaſſent ingenuam. Heren.l.4.p.83.

Quis non frangeret eorum libidines, & niſi illi ipſi, qui eas frangere deberent. de leg.l.3.p.361.

Effrenati libidine feruntur. Tuſc l.3.p.380.

Libidines adverſari. Tuſc.l.3.p.383.

Vacare omni libidine. Tuſc.l.4.p.144.

Libidinibus inflammatum eſſe. Tuſc.l.3.p.458.

A libidine aliquem avocare. Tuſc,l.5.p.487.

Quinta Pallantis, quæ patrem dicitur interemiſſe virginitatem ſuam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. de Nat.D.l.3.p.140.

Hoc natura commune omnium animantium, ut habeant libidinem procreandi. Off.1.p.23.

Hæc ætas à libidinibus arcenda eſt. Off.1. p. 40.

Nō habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ, patentem, atque adeo expoſitam cupiditati atq; voluptatibus. pro Quint.p.34.

Veneri & Libero reliquū tempus deberi arbitratur. in Ver. p.498.

Excitetur Verres, denudetur à pectore, ut Cicatrices populus aſpiciat, & mulierum morſu veſtigia libidinis atque nequitiæ. in Verr.p.500.

Omnes impuritates in domo pudicâ quotidie ſuſciperes vino luſtriſq; confectus. Phil.2.340.

Meretricem in matronarum cœtum adducere. de Finib.lib.2.pag. 131.

Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. pro Roſc.p.101.

Vetus eſt de ſcurrâ, multò faciliùs divitem, quàm patremfamilias fieri poſſe. pro Quint.p.20.

Ædium. Ædificij. Aperiendi. Claudendi.

Thür / Zuſchlieſſen / Behauſung / Hauß einfallen / verſchlieſſen / Verriegelen / Aufthuen / Verleihen /

Auf-

Digitized by Google

Aufbawen / Pochen / Klopfen / Aufſchlieſſen / Aufbawen / Aufzimmeren / Den baw außmachen / Das hauß gantz erhalten.

Occlude ædes. Aul. 2.3.v.7.

Non videor mihi ſarcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant, quin cùm fundamento perierint. Moſt. 1.2.v.62.

Occluſa mille clavibus ſibi reſerant. Aul. ſc. Feram. v. 41.

Peſſulum oſtio obdo. Eunuch. 3.5.v.56.

Oſtium obſerva intus. Eunuch. 4.6.v.25.

Anus foribus obdit peſſulum. Heaut. 2.2.v.37.

Crepuit à Glycerio oſtium. Andr. 4.1.

Fores crepuêre ab eâ. Eunuch. 5.8.

Quid eſt, quòd tàm à nobis graviter crepuêre fores? Heaut. 3.3.

Sed quid crepuerunt fores? hinc à me quiſnam egreditur? Heaut. 1.1. Vide Philoſoph. Plaut. Tit. *Ædium:*

Oſtium concrepuit. Hecyr. 4.1.

Oſtium concrepuit abs te: vide quis egreditur. Phorm. 5.5.

Sanè quia verò hæ mihi patent ſemper fores. Eunuch 1.2.

Operuêre oſtium. **Sie haben zugemacht.** Heauton. 5.1.

Iámne operuit hoſtium? **hat ſie ſchon die Thür zugethan?** Phor. 5.3.

Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus, ne tu iſtas faxo calcibus ſæpè inſultabis fruſtra. Eunuch. 2.2. v. 53. 54.

Quiſnam pepulit tam graviter fores? Adelph. 3.3.

Túne has pepuliſti fores? Adelph. 4.5.

Heus, heus, Æſchinus ego ſum, aperite aliquis actutum oſtium. Adelp. 4.4.

Fores effregit, atque in ædeis irruit alienas. Adelp. 1.2.

Fores effregit: reſtituentur. ibid.

Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium. Hecyr. 3.4.

Me cenſen' potuiſſe omnia intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſeſe ipſi egerint? Phorm. 5.6.

Quid has metuis fores? Phorm. 5.1.

Poſtulo, ut mihi tua domus te præſente abſente pateat. Eunuch. 5.9.

Solus Sannio ſervat domi. **Er iſt allein daheim geblieben.** Eunuch. 4.7.

Exſulo domo nunc: **Ich darff nicht heim gehen.** Eunuch. 3.5.

A tuo

Digitized by Google

A me neſcio quis exit: concede hinc domum. Heaut. 3. 1.
Eſt mihi in ultimis conclave ædibus quoddam retro. Heaut. 5. 1. v. 29.
Aut quidem cum uxore hac ipſum prohibebo domo. Phorm. 2. 2.
A fratre quæ egreſſa eſt meo, id eſt, domo fratris. Phorm. 5. 1. *vide Lex. Litt. A.*
Meum virum abs te exire video. Phorm. 5. 3.
Harum qui eſt dominus ædium. Phorm. 5. 1.
Rectà domum ſumus profecti. **Wir ſeynd ſtracks heimgangen.** Phorm. 5. 6.
Nam illũ eunuchum *aliquò concluſiſſem.* **Ich wolt jhn jergends verſpertt haben.** Eunuch. 4. 3.
Aperite aliquis actutum oſtium. Adelph. 4. 4.
Te rogo ne gravere exædificare id opus, quod inſtituiſti. de Orat. 98. a
Navis publicè gratis coactis fabris operisq́ imperatis exædificari atq́ effici potuit. in Verr. 145. a
In noſtris ſedibus exædificatum templum licentiæ. de Legibus 178. a
Ne exædificatum quidem hunc mundum divino conſilio exiſtimo. Acad. 31. a
Cùm L. Octavius, C. Aurelius, Coſſ. ædes ſacras locaviſſent, neq́ potuiſſent omnia ſarta tecta erigere, neque ij prætores, quibus erat negotium datum, C. Sacerdos & M. Cæſius: factum eſt Senatuſconſultum, quibus de ſartis tectis cognitum & iudicatum non eſſet. I. V. 103. a
Quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartam tectam deberet tradere. ibid.
Monumentum illa amplitudine, illo opere, quamvis ſartum tectum integrumq́ eſſet, &c. ibid.
Venit ipſe in ædem Caſtoris: conſiderat templum, videt undique tectum pulcherrimè laqueatum: præterea cætera nova atque integra. Ibid.
In ſartis tectis dominari. I. V. 104. a
Quorum quidem omnia commoda, omnesq́ facultates, quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum, locorumque communium tueri poſſint, conſiſtunt in his vectigalibus, quæ, &c. Ep. 208. b
Debetis quoque mihi proſpicere, qui hoc imperij domicilium nu-

mini

mini deorum conſecratum, ſartum tectum ab omni periculo conſervavi. Antequam 194. a

Hoc mihi da, ut M. Curium ſartum tectum, ut aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia ſincerum integrumq; conſerues. Ep. 221. b

Cum Marius ædes Orata vendidiſſet, neq; ſervire quandam partem in mancipij lege dixiſſet. Or. 99. b

Ædes Sergio ſerviebant, ſed hoc in mancipio Marius non dixerat. Off. 65 a

Quæ optima conditione ſunt libera, meliore iure ſunt, quàm ſerva, capite hoc omnia quæ ſerviebant, non ſervient ſoluta meliore in in cauſa ſunt, quam obligata, eodem capite obligata omnia, ſi modo Syllana ſunt, liberantur, immunia commodiore conditione ſunt, quàm illa quæ penſitant. contra Rullum. 89. a

Aqua iure conſtituto, & ſervitute illi fundo impoſita. Qu. Frat. 319. b

Ædes locare. in Verr. p. 211.

Non dubitavit ædificium extruere ex alieno. Mil. 281.

Quod præclarum ædificaſſet in Palatio, & plenam dignitatis domum. Off. lib. 1. p. 88.

Ægritudinis. Ærumnæ. Affligendi. Angoris. Calamitatis. Cruciatûs. Damni. Detrimenti. Doloris. Exitij. Iacturæ. Incommodi. Luctûs. Miſeriæ. Mœroris. Moleſtiæ. Perniciei. Perturbationis. Triſtitiæ.

Schmertzen / Wehthun / Schmertzen abwenden / Trawrigkeit / Schaden / Trawrig ſein / Bekümmernus / Betrübt / Vnglück / Vbelſtand / Ertragen / Außſtehen / Auß dem ſinn ſchlagen / Bekümmern / Verdruß / Vnluſt / Trübſeligkeit / Vberdrüßig / Vberläſtig / Beſchwerlich / Angefochten werden / Creutz / Geplagt ſein / Plag / Vn-

Digitized by Google

Vntergang/ Verderben/ Vbel Zurichten/ Elend/ Elendiglich.

E*Go illud ſcio, quàm doluerit cordi meo.* Amph. 3.2. verſ. 41.

Pietas oculis dolorem prohibet. Aſin.5.1.v.4.

Malum mœrorem metui, ne immixtim bibam. Aulul. 2. 3. v.12.

Quando ego quod feci, id factum in Amphitruone obſuit. Amph. 3.2.v.12.

Optimi omnes noſtrates pro claris factis, diris aguntur malis. Fata iſtæc me premunt, pertolerarem vim tantam cladesq́ exantlarem impatibiles. Amph. ſc. DI voſtram.v.20.

Miſeris affici modis. Aul.Arg.v.2.

Sum miſer, & miſerè penditur, cui tanta mala mœſtitudoq́ obtigit. Aul.4. 0.v.2.

Perij! ita mihi ad metum mala res ex ſeſe plurima agglutinant. Aul.4.10.v.71.

Vis hæc eſt & trahi & tradi ſimul. Capt.3.5.v.92.

Amor clandeſtinus malus eſt, damnum eſt merum. Curc. 1. 1. v.47.

Neq́ quicquam nobis pariant ex ſe incommodi. Moſt.2.1.v.70.

Contrahere frontem. Amph.Prol.v.25.

Quam video æquè eſſe mœſtam, ut quaſi dies ſi dicta ſit. Aſin. 5.1. v.11.

Hic homo ſi ſinapi victitet, non cenſeam tam triſtem eſſe poſſe. Truc.2.2.v.60.

Vt eſt vultu triſti ſenex! Moſt.3.2.v.127.

Tu magnum malum habebis. Amph.2.2.v.89.

Vbi manum inijcit, benignè ibi onerat aliquam zamiam. Aul. 2. 2.v.120.

Innoxium abs te irrides. Aul.2.2.v.44.

Pacem ab Æſculapio petas, ne ſortè tibi eveniat magnum malum. Curc.2.2.v.2.

Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem. Epid. 4. 2.2.36.

Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine. Epid. 5. 1. verſ. 3. *hoc eſt, cur triſtis eſt? Sic* Amphitr. Prolog. 2. verſ. 52. & Rud.2.2. verſ. 12. Contrahere frontem, & Conſultare

frontem,

Digitized by Google

frontem: uti quidam legũt *Bacchidibus*. *Petronius*. Quid me ſpectatis conſtrictâ fronte Catones? *Martial. lib.* 10. Adſtrictam frontem dixit. *Propertius*: Adſtrictum patrem. *Cornelius* Adductum: *hoc eſt*: *ſerenum*, *tetricum*, *ac ſuperciliosum*. *Apuleius*: ſenili triſtitiæ ſtratam gerens frontem. *Dixerunt etiam veteres*, frontem caligantem: *ut Sophocl.* συννεφὴς πρόσωπον. *Contrarium eſt*: Exporrigere frontem Explicare frontem, *pro*, *Animum remittere*, *& hilaritati ſe dare*.

Vbi malè affictamur, ibi nos durare poſſe negamus. Aſin.5.2.v.58. *Vide Lexicon* Durare. *& Philoſoph.* Fulloniæ. *Vide etiam paulò pòſt in phraſi*: Bibere paulùm.

Nunquam quicquàm meo animo fuit ægrius. Amph.32.v.29.

Iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Curc.2.1.v.9.

Occiſa eſt hæc res. Es iſt verlohren. Men.3.2.v.46. *Alias dicitur* Actum eſt. Pſeud.5. 2.v.8. Capt.3.4.v.7. *vide etiam Lexicon Plaut. Tit.* Proverbia.

Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis. Mil. 1.2.v.68. *Vbi tamen MS. codd. habent*: Nimis miſeriam. *Vide Lex. Pl.* Parum: *&* Synt. Inſol.

Qui magis DIS inimicis natus, quàm tu, atq; iratis? Mil. 2.3.v.43. *Proverbiale de homine invenuſto, ac miſero, cui nihil benè ſuccedit. Sic Perſius*: DIs iratis genióque ſiniſtro. *Horat. Serm.* 2 3. Iratus natus paries DIs, atque Poetis. *Dicitur etiam*: Genio adverſo aliquid agere. *Quia hæc fuit opinio, DIs iratis nihil feliciter geri. Contraria ſunt*: DIs ſecundis. DIs hominibúsq; plaudentibus: *Atque adeò felicem denotare volentes, & venuſtum dicebant*: Ipſi naſcenti Deos riſiſſe. Ipſum placido lumine, vel numine vidiſſe, *aut aſpexiſſe*. *Virg.* 1. *Æneid.* haud credo, inviſus cæleſtibus auras vitales carpis. *Dicebantur quoque* DI bonum naſcenti omen ſternutaſſe.

Poſtquàm abs te abijt, animo malè factum eſt huic repentè miſeræ. Mil.4.8.v.21.

Mala bilis cruciat me, atq; exagitat. Merc. *ſc.* Syra non. v. 27.

Diſcrucior animi. Aul.1.2.v.26.

Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, atq; impetus emicare. Aul.4.3.v.3.& 4.

Pietas, pater, ab oculis dolorem prohibet. Aſin. 5.1. v.4. *Sic Terentius* Phorm.5.9. Quod tuo viro oculi doleant. *Sic enim* oculi dolere *ſignificarunt ijs, qui rem pulchram & iucundam cernerent, quâ tamen frui non poſſent. Alexander ille magnus de viſis Per-*

ctis Perſis cùm captivas ſpectaret, corporis formâ & magnitudine præſtantes, per iocum inquit: ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων, αἱ περσίδες. *Plura exempla vide apud.* P. Victorium. *lib. 2. Variarum Lect. cap. 5.*

Amovi à foribus magnam moleſtiam. Amph. 1. 2. v. 2.

Vno labore abſolvere ærumnas duas. Amphit. 1. 2. v. 26.

Miſeram odio enecavit. Aſin. 5. 2. v. 71.

Vt ſenex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet. Caſ. 5. 2. v. 44. Sic Aul. 2. 3. v. 12. *Nam ecaſtor malum mœrorem metuo ne miſtum bibam.* Egregia formula, quâ uti ſolent boni ſcriptores, cùm de malo & infortunio ut potione aliquâ loquuntur. Eodẽ quidam trahunt illud Plauti Rud. 3. 6. v. 46. *Sic ago, ſemel bibo:* Vbi Lipſius malit legere: *Sic mel bibo.* Huc quoque pertinent illâ. Aſin. 5. 2. v. 58. *Non queo durare. PA. Si non didiciſti fullonicam, non eſt mirandum.* Et Men. 5. 1. v. 42. Quæſo hercle, mulier, ſi ſcis, monſtra quid bibam, Tuam quî poſſim perpeti petulantiam. *Eadem tranſlatione uſus Salvator noſter, quando dixit:* Quis poteſt poculum hoc bibere quod ego bibo?

Quin edepol egomet clamore defatigabor. Epid. 4. 2. v. 95.

Multiplex ærumna me exercitam habet. Epid. 4. 1. v. 3.

Non herus, ſed actor mihi cor odio ſauciat. Bacch. 2. 2. v. 35.

Moleſtum eſſe alicui. Moſt. 3. 1. v. 57. Moleſtus ne ſis. v. 72.

Mihi odioſus ne ſis, Men. 5. 2. 37.

Moleſtus nunc iam ne ſit mihi. Pſeud. 11. v. 116.

Nolo tibi moleſtos eſſe nos. Pſeud. 2. 4. v. 24.

Malam rem multaſq; ærumnas dant. Pſeud. 3. 1. v. 4.

Eius me impietas malè habet. Rud. 1. 3. v. 16.

Nullus ſum. Aſin. 5. 2. v. 72.

Atque ut te dignam mala malam ætatem exigas. Aul. 1. 1. v. 4.

Heu occidi! Aul. 3. 4. v. 45.

Me ex plurimis miſerijs exemerunt. Capt. 5. 1. v. 3.

Qui amat ſi eget miſerâ afficitur ærumnâ. Curc. 1. 2. ver. 53.

Adiungere alicui miſeriam. Caſ. 3. 2. v. 6.

Si quid eſt homini miſeriarum, quod miſereſcat ex animo. Epid. 4. 1. v. 1.

Qui aut Nocti, aut Dijs, aut Soli, aut Lunæ miſerias narrant ſuas. Merc. prolog. v. 4. 5.

Ecaſtor lege durâ vivunt mulieres, multóque iniquiore miſeriâ, quàm viri. Merc. 4. 6. v. 1. & 2.

Tentari omnibus modis. Aul.3.4.v.3.

Tantum gemiti, & mala mœſtitia hic dies mihi obtulit. Aul. 4. 9. v. 11.

E luctu retraham hilaritatem. Aul.*ſc.* Grave eſt.v.5.

O ſpes, ô cor luctum depuluerans. Aul.*ſc.* Grave eſt.v. 25.

Ego tuo mœrore maceror, maceſco, conſeneſco. & tabeſco miſer. Capt. 1.2.v.24.

Alienus cùm eius incommoda tàm ægrè feras. Capt.1.2.37.

Mœrores mihi antevertunt gaudijs. Capt.4.2.60.

Ex corpore eximam omnes maculas mœrorum tibi. Capt. 4.2. v. 61.

Satis iam dolui ex animo, & curâ me ſat, & lachrymis maceravi: Capt.5.1.v.8.

Valetudo decreſcit, labor accreſcit. Curc.2.1.v.4.

Noli, obſecro, lachrymis tuis mihi exercitum imperare. Ciſt. 1. 1. v.60.

Excrucior, mea Gymnaſium, malè mihi eſt, malè maceror. Ciſt. 1.1. v. 6.

Doleo ab amico, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Ciſt. 1. 1. v.62.

Sed ego meâ culpâ & ſtultitiâ peius miſera maceror. Ciſt. 1. 1. v.78.

Subducunt Lembum, capitibus caſantibus. Bacch. 2. 3. v. 71.

In pectore mihi eſt morbus. Bacch.5.1.v.24.

Ita mali mœroris montem maximum adportum, modò conſpicatus ſum. Moſt.2.1.v.5.

Triſtis incedit, pectus ardet, hæreo, quaſſat caput. Moſt. 3. 4. v.15. *Hoc eſt:* diſcrucior animi maximo angore. *Formulam hanc in ſummo dolore uſitatam fuiſſe docet Cicero his Poeta verbis:* Nunc demum mî animus ardet: *quibus è contrario reſpondere cenſet illa geſtientis lætitiâ:* Tantâ lætitiâ auctus ſum, ut mihi non conſtem.

Ita amburet miſero ei corculum Carbunculus. Moſtell. 4. 2. v. 70.

Abſtraxit hominem in maximam malam crucem. Men. Prol. 66.

Malam crucem dabo tibi. Aſin.5.2.v.91.

Peregrinum Spartanum: id nunc his cerebrum uritur. Men. 3. 5. v.35.

Heu

Heu quantas eſt ærumnas paſſus Euclio? Aul.*ſc.* Grave eſt.v.32.
Dij voluêre nos hanc ærumnam exequi. Capt.2.1.v.1.
Sed hæc res mihi in pectore & corde dura eſt. Men.3.2.v.9.
Hoc me facinus miſerum macerat, meũ cor, corpusq; cruciat. Mil. 3.1.v.21.
Deluctari cum Antæo. Perſ.1.1.v.4.
Mœrore angeor. Stich.1.1.v.47.
Præ mœrore adeò miſer, atq; ægritudine conſenui. Stich. 2.1. v.62.
Adimit animam mihi ægritudo, Trin.4.3.v.84.
Non poſſum bibere, ita animo malè eſt. Truc.2.4.v.14.
Quanquam mihi iſtud erit moleſtum, triduum, & damnum dabit. Ciſt.1.1.v.108.
Iſthic captio eſt. Moſt.5.2.v. 23. *h. e.* in eâ re detrimentum patior.
Ne mihi damnum in Epidamno ducis. Men.2.1.v.43.
Me in magnum coniecisti malum. Merc.*ſc.* Syra non.v.8.
Vt nos iureiurando malo quærunt rem. Pſeud.1. 2.v.62.
Populi ſtrenui damno mihi ſunt. Pſeud.4.7.v.28.
Nunc id demùm lepidum eſt triparcos homines, vetulos, avidos, benè admordere. Perſ.2.5.v.14.
Deferre alicui exitium. Rud.Prol.v.69.
Nunc nobis propè adeſt exitium. Aul.2.3.p.9.
Actum hodie de me eſt. Pſeud.1... p.83.
Exhibeat mihi hic negotium. Rud, 2. 5. verſu 16. & verſ. 2. 6.72.
Heus vos, num moleſtia eſt? Rud.3.5. v.50.
Nunquid moleſtum mihi erit? Rud.3. 5. v. 52.
Hæ res vitæ ſaturant: hæ mihi dividiæ & ſenio ſunt. Stich.1. 1. v.48.25. *vide Lex. Plaut.*
Vt nos ex hac ærumnâ eximat miſeras. Rud. 1.4. v. 38.
Vnum te obſecro, ut te huius commiſereſcat mulieris. Rud. 4.4. v.46.
Quis vivit me mortalis miſerior? Rud.2.6.v.36.
Quaſi palus pectus tundar. Rud.4.8.v.3.
Multas tecum miſerias multavi. Stich.3.1.v.19.
Si ecaſtor hic homo ſinapi victitet: h. e. *ſi ſit tetricus, triſtis.* Truc. 2.2.v.60. Proverb.
Opperiar ut ſciam, nunquid nam hæc turba triſtitiæ afferat. Andr. 1.4. v.7.

Digitized by Google

Oratio hæc me miſeram exanimavit. Andr.1.5.v.15.
Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. Andr.2.6.v.16.
Nunc miſera in mœrore eſt. Andr.4.2.v.10.
Omitte verò tuam triſtitiam. Adelph.4.v.3.
Peccando detrimenti nihil fieri poſſit. Hecyr.2.1.v.37.
Niſi me animus fallit, haud multùm aberit à me infortunium. Heaut.4.2.v.1.
Metuo lenonem, ne quid mali ſuo ſuat capiti. Phorm.3.2.v.6.
Laborat à dolore. Andr.1.5.v.33.
Nunc miſera capit dolorem. And.4.3.v.4.
Cur me excrucio, cur me macero? Andr.1.5.v.15.
Cur meam ſenectutem huius ſollicito amentiâ. Andr.5.3.v.16.
Si obiurges illum, vitæ qui exitium tulit, quid facias illi, qui dederit damnum aut malum? And.1.1.v.11.
Ad hæc mala hoc mihi accidit etiam. And.1.3.v.10.
Renunciabo ut pro hoc malo mihi det malum. And.1.5.v.20.
Incommoditas huc omnis redit. Andr.3.5.v.35.
Iocularium in malum inſciens penè incidi. And.4.4.v.43.
Dabit hæc mihi magnum malum. Eunuch.1.3.v.2.
Na ille haud ſcit, hoc paulùm lucri, quantùm ei damni apportet. Heaut.4.4.v.25.
Ita me Dij amabunt, ut nunc Menedemi vicem miſeret me, tantum deveniſſe ad eum mali! Heaut.4.5.v.1.2.
Quot incommoditates hac re accipies. Heaut.5.1.v.59.
Profectò niſi caves, tu homo aliquid gnato conficies mali. Heaut.5.3.v.1.
Malè me habens. Eunuch 4.2.v.6.
Ita me comparem non perpeti meretricum contumelias. Eunuch.2.1.v.2.
Calamitas intervenit. Hecyr.Prol.1.v.2.
Eam oppreſſit calamitas, eam calamitatem veſtra intelligentia ſedabit. Hecyr.Prol.v.30.
Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini unquam oblata. Hecyr.3.1.v.1.
Expedire ſe ex ærumnis. Hecyr.3.1.v.8.
Non vides quantum mali ex ea re excites. Heaut.5.3.v.10.
Si tetigiſſes ferres infortunium. Adelph.1.v.2.24.
Animi ſeſe angebat, Heaut.Arg.v.3.
Dolore repentè invaſit. Hecyr.3.2.v.21.

Digitized by Google

At non quotidiana cura hac angeret animum. Phorm. 1.3.v.8.
Antipho me excruciat animi. Phor. 1.4.v.10.
Quid minus utile fuit, quàm hoc ulcus tangere? Phorm. 4. 4. v. 10.
Diſcrucior animi, membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quit. Adelph. 4. 4. v. 1. 4. 5.
Et mihi & tibi & illis dempſeris triſtitiam. Adelph. 5.3.v.33.
Hac, ita ut liberali eſſe ingenio decet, prudens, modeſta. Hecyr. 1. 2.v.89.
Nequeo mearum rerum initium vitam invenire idoneum.
Vnde exordiar narrare, qua nec opinanti accidunt,
Partim qua perſpexi his oculis, partim qua accepi auribus.
Qua me propter exanimatum citius eduxi foràs. Hec. 3. 3. v. 1. 2. 3. 4.
In metum venit ſolitudo. Hecyr. 3.3.v.45.
Hac res me malè habet. Hecyr. 4.2.v.3.
Inieci ſcrupulum. Ich hab ihm angſtgemacht. Phor. 5.8.v.61.
Vbi ſuam exprimeret miſeriam ex animo. Eunuch. 31.v.16.
Quo illam mihi lenirent miſeriam. Heaut. 11.v.70.
Miſeriam ego omnem capio. Adelph. 5.4.v.22.
Perij! quid ego egi? in quod me conieci malum? Hecyr. 1.2. v.57.
Omnibus modis miſer. Hecyr. 4.4.v.79.
Domum revertor mœſtus, atque animo ferè perturbato, atq; incerto pra agritudine. Heaut. 1.1.v.65.
Luctum alicui parare. Hecyr. 2.1.v.13.
Tot me impediunt cura, qua meum animum diverſe trahunt. And. 4.1.v.26.
Negotij ſi odium ceperat. Eunuch. 3.1.v.14.
Verùm ego haud minùs agere patior id, quod neſcio. Heaut. 5. 2. v.5.
Immeritò agritudo hac oritur mi abs te. Hecyr. 2.1.v.26.
Moleſtiam afferre alicui. Hecyr. 3.2.v.5.
Obtundis. Phorm. 3.2.v.30.
Hanc meo excruciem modo. Eun. 5.3.v 11.
Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum, nimisq; inhumanè. Heaut. 5.5.v.8.
Si fit, pereo funditùs. And. 1.5.v.8.
Vereor, ne iſthac fortitudo in nervum erumpat denique. Phorm. 2.2.v.11.

Num illi moleſta quippiam hæ ſunt nuptiæ? Andr. 2. 6.
Multúm moleſtus certé ei fuero. Andr. 4. 1.
Cur me enecas? ibid.
Tantum laborem capere ob talem filium? id eſt, moleſtiam? Andr. 5. 2.
Ne te afflictes, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas, & illas, quas habet, rectè feras. Eunuch 1. 1.
Vbi quid in animo eſt moleſtiæ. Eunuch. 4. 2.
Qui me rogitando obtundat, enicet. Eunuch. 3. 5.
Satis diu hoc iam ſaxum volvo. Eunuch. 5. 9.
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere, ubi me excarnifices. Heaut. 4. 5.
Ah, ſi pergis, abiero. Adelph. 1. 2.
An ego toties de eadem re audiam? ibid.
Ne me obtundas hac de re ſæpius. ibid.
Æſchinus odioſé ceſſat. Adelph. 4. 2.
Et mihi & tibi demſeris moleſtiam. Adelph. 5. 3.
Nunquam tu tuo odio vinces me: id eſt, non te audiam, etſi millies me voces. Phorm. 5. 6.
Enecas: id eſt, moleſtus mihi es. ibid.
Si porró eſſe odioſi pergitis: Phorm. 5. 7.
Tundendo atque odio denique effecit ſenex. Hecyr. 1. 2.
Te dij deæq; perduint cum iſto odio Laches. ibid.
Moleſtiam alicui afferre. Hecyr 3. 2.
Odioſum: id eſt: moleſtum. Hecyr. 3. 4. & 4. 3.
Magis id adeó, mihi ut incommodet, quám ut obſequatur gnatæ. And. 1. 1.
Orationem ſperat inveniſſe ſe, quâ differat te: id eſt, *moleſtiâ afficiat.* Andr. 2. 4.
Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc vide: &c. Hecyr. 3. 4.
Hoc mî unum ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum. Hecyr. 4. 1.
Omnibus modis miſer ſum. Hecyr. 4. 4.
Hem quó redactus ſum? omnes noti me atque amici deſerunt. Eunuch. 2. 2.
At tibi dij dignum factis exitium duint. Andr. 4. 1.
Me aut herum peſſumdabunt. Andr. 1. 3. & Phorm. 1. 4.
An cuiquam eſt uſus homini, ſe ut cruciet? quæſo quid de te tantum meruiſti? Heaut. 1. 1.

Crucior

Crucior, bolum tantum mihi ereptum è faucibus. Heaut.4.1.
Enimverò Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum; nimisq́; inhumané. Heaut.5.5.
Cùm videam miſerum hunc tàm excruciarier ejus abitu. Heaut. 3.1.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? cur meam ſenectam huius ſollicito amentiâ? an pro huius ego ut peccatis ſupplicium ſufferam. Andr.5.3.
Tùm Antipho me excruciat animi. Phorm.1.4.
Etiam nunc me hujus quærere cauſſâ in malo jubeas crucem? Phorm.3.3.
Illis crucibus, meretricibus, *quæ nos ſemper omnibus cruciant modis, referam gratiam.* Eunuch.2.3.
Hunc jam oportet in cruciatum hinc abripi. Andr.4.5.
Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus, illum lacerarem modis! ſublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, ut cerebro diſpergat viam: &c. Adelph.3.2.
Opperiar, ut ſciam, num quiddam hæc turba triſtitiæ adferat. And.1.4.
Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. Andr.1.6.
Nihil propter hanc rem: ſcil. triſtis eſt. ibid.
Noli te macerare. Andr.4.2.
Proptereaq́; nunc miſera in mœrore eſt. ibid.
Si nulla huic ægritudo gaudio interceſſerit. Andr. 5.5.
Dies adimit ægritudinem. Heauton.3.1.
Ne te afflictes. Eunuch.1.1.
Domum revertor mœſtus atque animo ferè perturbato atq; incerto præ ægritudine. Heaut.1.1.
Pro ſe quiſq; ſedulò faciebat, quo illam mihi lenirent miſeriam. ibidem.
Mihi quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. ibid.
Nulla res mihi poſthac poteſt iam intervenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat. Heaut.4.2.
Neſcio quid triſtem video. Adelph.1.1.
Omitte triſtitiam tuam. Adelp.2.4.
Nam & illi animum jàm relevabis, quæ dolore ac miſeriâ tabeſcit. Adelph.4.3.
Filio luctum paras. Hecyr.2.1.
Vide, quám immeritó ægritudo hæc oritur mî abs te. ibid.
Non te pro his curaſſe rebus, ne quid ægré eſſet mihi? ibid.

Digitized by Google

Ita eam oppreſſit calamitas. ibid.

Eam calamitatem veſtra intelligentia ſedabit. ibid.

Noſtri fundi calamitas. Eunuch.1.1.

Orationem ſperat inveniſſe ſe, qua differat te: id eſt *vexet, moleſtiâ afficiat.* Andr.2.4.

Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, mittas. Heaut.1.2.v.3.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria gravida eſt, &c. Andr.1.3.

Animus perturbatus atque incertus præ ægritudine. ibid.

Timet animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ. Heaut.1.2.v.14.

Illius animum retundam, redigam, ut, quó ſe vortat, neſciat. Heauton.5.1.

Tot res repenté circumvallant, unde emergi non poteſt. Adelph. 3.2.

Animo malè eſt. Es iſt mir angſt. Adelph.4.5.

Tot nunc me rebus miſerum concludit pater. Hecyr.4.4.

Laborat è dolore: ſcil. *partus.* Andr.1.5.

Verùm ex eo nunc miſera quem capit dolorem? Andr.4.3.

Vtinam hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet. Eunuch.1.2.

Tandem perdoluit: vir es. id eſt, *dolorem ſuperavit.* ibid.

Modò dolores occipiunt primulùm. Adelph.3.1.

Diſrumpor: ſcil. præ dolore. Adelph.3.4.

Id illi nunc dolet alieno. Adelph.3.5.

Miſeram me, differor doloribus. Ich leyde groſſen Schmertzen. ibid.

Fuiſſet tum mihi illos ægrè aliquot dies. Phorm.1.3.

Aliis, quia deſit quod amant, ægrè eſt: tibi, quia ſupereſt, dolet. ibid.

Vin' hodie facere, quad viro tuo oculi doleant. Das er nicht gern ſehe. Phorm.5.8.

Si remittent quippiam, Philumenam dolores. Hecyr.3.2.

An dolor repentè invaſit ita factum eſt. ibid.

Quid narrat? ſe miſerum eſſe. miſerum? quem minùs credere eſt? ſcil. *eſſe miſerum: quid reliqui eſt, quin habeat?* Heauton. .2.

Decrevi, tantiſper me minùs injuriæ, Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer. Heaut.1.2.

Aut ego profectò ingenio egregiè ad miſeriam natus ſum. Heaut. 3.1.

Me

Digitized by Google

Me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis. Adelph. 4.2.
Quid malum! bone vir mihi narras? equidem perij. ibid.
Quàm ibi miſeriam vidi? ſcil *in coniugio.* Adelph. 5.4.
Miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia. ibid.
Quod cum ita eſſe invenero, quid reſtat, niſi porrò ut fiam miſer? Hecyr 3.1.
Minús ſcis ærumnas meas. Andr. 4.1.
Sic citiús qui te expedias his ærumnis, reperies. Hecyr. 3.1.
Ne te afflictes. Eunuch. 1.1.
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum. Eunuch. 1.2.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? And. 5.3.
Cúm videam, miſerum hunc tàm excruciarier ejus abitu. Heaut. 3.1.
Diſcrucior animi. Adelph. 4.4.
Enim verò Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum, nimiſq; inhumané. Heaut. 5.5.
Inurere dolorem alicui. in A. 238.b
Inurere quàm maximum dolorem alicui. Tuſc. 194.b
Tantus illorum temporum dolor inuſtus eſt civitati. in C. 108.b
Cur hunc dolorem cineri eius atque oſſibus inuſiſti? in Verr. 99.a
Si vincunt, efferunt ſe lætitia victi debilitabuntur, animoſq; demittunt. de Fin. 135.a
Te rogo, ne contrahas, aut demittas animum. Quint. Fratr. 290.a
In mediocri figura verſabimur, ſi hac, ut antè dixi, aliquantulum demiſerimus. ad Her. 26.b
Vidésne quantum de doloris terrore deieceris? Tuſc. 178.a
Hac ſe commemoratione civitatis omnia verbera depulſurum, cruciatumq; à corpore deiecturum arbitrabatur. in Verr. 269.a
Loci gravitas cum reliquis etiam ſic miſerrimè perferenda. Att. 183.a
Qui in pace iacere, quàm in bello vigere maluit. in A. 227.a
Cum C. Marius ſeptimum annum poſt præturam iaceret. Offic. 67.b
Abſens non in ablatione iacuiſſet. in Verr. 97.a
In eodem ſilentio multa alia officia oratorum iacuerunt, cohortationes, conſolationes, præcepta, admonita. de Orat. 114.a

Digitized by Google

Quod priora in ruinis reipub. noſtriſq; iacuerunt. Ep. 72. b
Iacent ea ſemper, quæ apud quoſque improbantur. Tuſc. 148.b
Qui non modo Curiis, Catonibus, Pompeiis, antiquis illis fortiſſimis viris, novis hominibus ſed his recentibus Mariis, Didiis & Cœliis commemorandis iacebant. pro Muræna 127.b
Cn. autem noſter ô rem miſeram! ut totus iacet. At. 115. b
Iacet in mœrore meus frater. 57.a
Iacere in ſordibus ac luctu. in P. 98.b
Nunc iacent pretia prædiorum. pro Qu. R oſc. 50.b
Cùm leges in civitate nihil valeant, cùm iudicia iaceant. Offic. 122.a
Quod quæris, quid hîc agatur, tota Capua & omnis delectus iacet. Att. 1 6.b
Cur tàm diu iacet hoc nomen in adverſariis? pro Qu. R. 46.a
Quomodo tibi tanta pecunia extra ordinem iacet? pro Qu. Roſc. 45.b
Hæc te vox non perculit? non perturbavit? in Verr. 177.
Quæ quamvis etiam mediocrium delictorum conſcientiam perculiſſent. pro Mil. 113.b
Ne adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe atq; afflixiſſe videamini. pro Cœl. 54.b
Iiſdem machinis ſperant me reſtitutum poſſe labefactari, quibus antea ſtantem perculerunt. pro Do. 218.b
Mars communis, qui ſæpè ſpoliantem iam & exultantem evertit & perculit ab abiecto. pro Mil. 112.a
Quos amiſimus cives, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ. pro Mar. 133. b
Is cum ad me Laodiceam veniſſet, repentè percuſſus eſt atrociſſimis literis. E. 142.
Qui vos mortuus inani cogitatione percuſſit. pro Mil. 117.a
Quodcunque noſtros animos probabilitate percuſſit. Tuſc. 324.b
Vos huius incommodis lugetis. ad Her. l. 4. p. 122.
Niſi in eas petitionis anguſtias incidiſſet. Brut. pag. 570.
In magnis verſari anguſtiis. de Fin. lib. 2. pag. 139.
Oſtendemus non noſtris incommodis dolere. ad Herenn. libr. 2. p. 50.
Nihil cuiquam doluit. de Orat. lib. 1. p. 332.
Si iuſto, ſi pio dolore me eſſe affectum viderent. de Orat. l. 2. p. 402.
Eorum dolorem, qui lugebant ſuos, oratione refricabam. ibidem.

Opinione

Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem, Brut. pag. 521.
Detrahere dolorem. Orat ad Brut.p.584.
Maximas & privatas, & publicas calamitates accepiſtis. ad Her. lib.5.p.113.
Multis incommodis difficultatibuſq; affici. in Ver.p.114.
Metuunt pupillo calamitatem. in Ver.p.215.
Calamitates pervadit. in Ver.p.174.
Tanta fortunis omnium pernicies poteſt accedere. in Ver. p.157.
Res in diſcrimen adducitur. ibidem.
Inteſtinam aliquam perniciem Reipublicæ moliri. in L. Catil. p.166.
Niobe, parúmne rationari videtur, & ſibi ipſa nefariam peſtem machinari. de Nat. Deor.l.3.p.142.
Perniciem alicui dare. ibidem.
Spe dubia ſalutis in apertam perniciem incurrere. de Nat. Deor. l. 3.p.144.
Oppetere malam peſtem. Tuſc.2.p.362.
Ex quo ſcire nihil potui de noſtris domeſticis rebus, de quibus acerbiſſimè afflictor. At.170.b
Deinde multo gravius vehementiuſq; afflictantur. in C.103.a
Squalent municipia, afflictantur coloniæ. pro Mil.105.a
Hoc etiam turpius afflictatur reſp. quod, &c. At.153.a
Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P.96.b
Adoleſcentiam plenam ſpei maximæ perculiſſe, atq; afflixiſſe videamini. pro Cœl.54.b
Alicuius domum non ſolum affligere, ſed etiam religione ſempiterna obligare. pro Dom.234.b
Nequid illa turpitudinis pars nobis obeſſe poſſit. ad Heren.l.1.p.6.
Multos magnis incommodis afficit pecuniæ cupiditas. de Inv. l. 1. p.19.
Qui amplitudinem civitatis detrimento afficit, ad Her.l.2.p. 30.
Homines magnis & multis incommodis conflictantur. ad Her. l. 2.p.42.
Mediocrem iacturam facere. pro Quint. p. 7.
Difficiliore conditione diſſolvit. ibidem.
Aliquid ad perniciem innocentis poteſt. pro S.Roſc.p.86.
Armis Remp. recuperavit, ut ad libidinem ſuam liberti fortunas noſtras vexare poſſent. ibidem.

Hoc

Digitized by Google

Hoc mihi detrimento eſt. in Verr.p.116.
Valet hoc contra caput atq; exiſtimationem. in Verrem pag. 295.
Reſpublica detrimentum fecit. in Verr.p.420.
Aliquid detrimenti capere. in Catil.p.160.
Totam ſuperioris anni Reipublic. naufragium exponere. pro Seſt.9.
Nullo incommodo afficiuntur. Cor...
Nunquam Annibal huic urbi tantum mali optavit, quantùm illi effecerunt. Prov.157.
Provideant ne Reſp. quid detrimenti accipiat. Philipp. 5. pag. 420.
Repulſam tuliſſe videtur vir clariſſimus. Phil. 11.p.485.
In eo maximè moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt. de Orat.l.1.p.269.
Se eſſe ſtultos moleſtè ferunt. de Orat.l.1.p.319.
Afficere aliquem moleſtiâ. Brut.p.523.
Quam minima cum moleſtiâ tota res tranſigitur. pro Quint. p.15.
Moleſtia & cura aliquem liberare. pro Qu Roſc.p.103.
Moleſtiam conſequi. in Verr.p. 278.
Aures alicuius obtundere. in Verr.p.377.
Moleſtiam mitigare. pro Aul.Cl.p.71.
Magnam animo moleſtiam capio. pro L.Syl.p. 307.
Plus calamitatis provinciæ importavit, quàm aut Haſdrubal cum Poenorum exercitu. in Verr.p.362.
Nihil reſidui in calamitate eſt. in Verr.p.410.
In calamitatem venire. pro Sex.Roſc.p.31.
Metus affert calamitatem. pro leg. Man.p.633.
Calamitatis formidine liberor. ibid.
Ciuium numerum calamitate prohibere. pro leg.Man.p.634.
Ciuium calamitas à Republicâ ſeiuncta eſt. Ibidem.
Aliquem ſecum in eandem calamitatem trahere. pro lege Man. p.664.
Liberare aliquem calamitatibus. pro Aul.Cl.p.91.
Depellere aliquem ad calamitatem. in Orat. ante exil.pag. 363.
Occultè malum gemere. in Orat.poſt redi.p.386.
Calamitatem levare. in Orat.poſt red.p.392.
Sine iudicio aliquem calamitate afficere. pro Dom. p.813.

Quo

Digitized by Google

Quo animo interiecto ciuium calamitas ſociorum ærumna propagati. Provinc.p.163.
Fabulis quadam calamitas incidiſſe videtur. pro Ligur. 99.
Nullius inſector calamitatem. Phil.2.p.375.
Incidere in ærumnas. Ep.ad Fam.lib.13.p.443.
Percipere luctus. ibid.
Quid ego de Cicerone dicam, qui cùm primùm ſapere cupit, acerbiſſimos dolores miſeriasq́ percepit. Ibidem.
Non debemus ita cadere animis, quaſi, &c. Ep.78.b
Sed tibi tum oculi, vultus, verba cecidiſſent. pro Dom. 410.a
Nec debilitari, aut cadere animo patitur (amicitia.) de Amic. 100.a
Dabo operam ne valetudo tuo dolori deſit. Fam.lib.14.p. 244.
Quòd me tum communibus, tum præcipuis malis oppreſſum ne incipis quidem conſolari. Ep. ad At.lib.11.p.350.
Non minimam video per diſertiſſimos homines invectam eſſe partem incommodorum. Invent.l. 1.p.133.
Maturè ſe contulit in ſocietates publicanorum quod quidem nolis, maximis damnis affectus eſt. Epiſt. ad Fam. libr. 13. pag. 397.
Timet ne, niſi alteri feceris, ipſe aliquo afficiatur incommodo. Off. p.17.
Si quid importetur nobis incommodi. Off.lib.1.p.71.
Quæ res ad necem perſonæ Q. Mutium impulit ſine ulla ſpe ſalutis ſuæ. Parad.1.p.225.
Magno in dolore ſum, vel mœrore potius, quem ex crudeli morte Trebonij accepimus. Mil.11.p.476.
Importuniſſimorum hoſtium, quàm acerbiſſimum dolorem cupio inurere. Phil.12.p.493.
Afficior ſummo dolore, eiuſmodi tempora poſt tuam profectionem eſſe conſecuta. Ep.Fam.lib.1.p.10.
Deponere dolores. Epiſt.Fam.lib.4.p.101.
Capere dolorem. Ibid.
Quantum potero me ab omnibus moleſtijs & angoribus abducam. Ep.Fam.lib.5.p. 36.
Levare ſe moleſtijs. Ep.Fam.lib.5. p.137.
Levare alicuius dolorem. Ep.Fam. lib.5.p.139.
Non facile exhauriri tibi iſtum dolorem poſſe univerſum puto. Epiſt.Fam.lib.5.p.139.
Reſiſtere fortiter dolori. Epiſt.Fam.lib.5.p.142.

Id

Id adhuc non feci, quia neque lenire videbar oratione, neque levare poſſe tuum dolorem. Epiſt. Famil. libr. 6. pag. 174.

Nos confectum bellum cùm putaremus, repentè à Lepido tuo in ſummam ſolicitudinem adducti ſumus. Epiſt. fam. libr. 12. pag. 357.

Mirificam mihi verberationem ceſſationis Epiſtolâ dediſti. Ep. famil. lib. 16. p. 509.

Quantum dolorem acceperim. Epiſt. ad Attic. lib. 1. p. 9.

Meo dolore moveare. Ep. Att. lib. 1. p. 10.

Terentia magnos articulorum dolores habet. Epiſt. Att. lib. 1. pag. 11.

Volo dolorem ſuum impertire nobis. Epiſt. Att. lib. 2. p. 77.

Intercludat dolore, quò ad te plura non ſcribam. Epiſt. Att. lib. 8. pag. 243.

Eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem conſolatione, aut conſilio. Epiſt. Att. lib. 9. p. 273.

Fecit hoc luctuoſum ſuis, acerbum patria, grave bonis omnibus. de Orat. l. 3. p. 453.

Ad eum ſummus mœror morte ſuâ venit. pro Qu. p. 5.

Commoveor animo & toto corpore perhorreſco. in Verr. pag. 175.

Corporis morbo & animi dolore confectum eſſe. pro L. Mur. p. 260.

Quibus ego rebus ita flectebar animo atque frangebar. pro L. Syll. p. 314.

Exanimatus evolat ex ſenatu perturbato animo atq; vultu. Sest. p. 15.

Hic tot ac talium civium ſqualor, hic luctus, ha ſordes ſunt propter me unum ſuſcepta. Sest. p. 372.

Quos meo nomine ſorditatos videtis. Sest. p. 73.

Nos luctum mœroremque ſuſcepimus. Corn. p. 153.

Suſtentare vix potuiſti mœrorem tuum ac dolorem deceſſionis. Phil. 15. p. 260.

Nemo unquam filij unici mortem magis doluit, quàm ille mœret patris. Phil. 2. p. 463.

Domus Antonij afflicta eſt triſtitiâ. Phil. 12. p. 495.

Pertinet ad leniendum mœrorem & luctum. Phil. 14 p. 543.

Nihil me magis ſolicitabat, quàm in his moleſtiis non me, ſi qua videnda eſſent, ridere tecum Ep. ad Fam. l. 2. p. 48.

Verbi

Digitized by Google

Verbi controverſia tamdiu torquet Græcos homines contentionis cupidiores. de Orat.l.1.p.281.

Cruciatum à corpore deÿcere. in Verr.p.556.

Ego vivo miſerrimus, & maximo dolore conficior. Ep. Att. lib. 3.p.81.

Ne meum mœrorem exagitem; & eundem in luctum te vocem. Ep. Att.lib.1.p.84.

Niſi mihi dolor meus omnes partes mentis ademiſſet. Ep. Att. l. 3. p.84.

Meus me mœror quotidianus lacerat, & conficit. Et hac additâ curâ, vix mihi vitam reliquam facit. Ep. Att.l.3.p.85.

Ita perturbato animo ſum; ut nihil queam ſtatuere. Ep. Att. lib.3. p.86.

Incredibili, & ſingulari calamitate afflictus ſum. Ibid.

Meas miſerias luctu afflictas, & perditam fortunam illi offerrem. Ep. Att.l.3.p.87.

Mœrore impedior. Ep. Att.lib.3.p.89.

Scribis te audire, me mentis errore ex dolore affici. Ep. Att. lib. 3. p.91.

Non faciã, ut aut angam tuum animum querelis, aut meis vulneribus ſæpius manus afferam. Ep. Att.lib.3.p.92.

Proſpicio nobis in hac calamitate tabeſcendum eſſe. Ep. Att. lib. 3.p.105.

Affici moleſtiâ. Ep.ad Fam.l.p.31.

Hac tantùm oblectabar ſpeculâ, Dolobellam meum, vel potiùs noſtrum fore ab ÿs moleſtiis, quas libertate ſua contraxerat, liberum. Ep.ad Fam.l.2.p.59.

Levare moleſtiam alicuius. Ep.ad Fam.li.3.p.68.

Afferre alicui curam. Ep.ad Fam.lib.3.p.88.

Hactenus exiſtimo, noſtram conſolationem rectè adhibitam eſſe, quòd certior ab homine amiciſſimo fieres ÿs de rebus, quibus levari poſſent moleſtiæ tuæ. Ep.ad Fam. lib.4.p.94.

Si iſtic affuiſſem, neq; tibi defuiſſem, coramq; meum dolorem tibi declaraſſem. Ep.ad Fam.lib.4. p.97.

Ipſi pari moleſtiâ afficiuntur. ibid.

Cùm omnem abeundi & conveniendi indignitatem & moleſtiam pertuliſſem. Ep. ad Fam.lib.6.p.176.

Quod exemplum ſi fortè minùs te delectarit, ne moleſtiam tibi cum impensâ meâ exhibeam, fac me certiorem. Ep. ad Fam.l. 8.p.215.

Omni

Digitized by Google

Omni moleſtia vacuum eſſe. Ep.ad Fam. lib.11.p.335.

Renovatio timoris magnam mihi moleſtiam afferebat. Epiſt. ad Fam.lib 11.p.337.

Exhibere alicui moleſtiam. Ep. ad Fam.lib.12.p 384.

Ad V. Calendarum Decemb. ſervus Cnei Plancij Brundusij tandem aliquandò mihi à te expectatiſſimas literas reddidit, datas Idibus Novemb. quæ me moleſtiâ valdè levarunt. Ep.ad Fam. l.16.p.496.

Habeo illam moleſtiam, quod Dolobella noſter apud Cæſarem eſt. Ep.ad Fam.lib.16.p.499.

In ſummas miſerias incidit. de Invent.l.1.p.196.

Animis affici. de Orat.lib.1.p.291.

Cuius orbitas, & fletus mirè miſerabilis fecit. Brut.p.545.

Multis vexari contumeliis. pro Quint.p.36.

Plurimis iactari iniuriis. ibid.

E fundo deijci. ibid.

Iniurijs omnibus appeti. ibid.

Satis diu tu miſerijs fuit. pro A.Cluent.p.90.

Cur ergò unus tu Apollonidenſes, amantiſſimos Po.R. fideliſſimos ſocios, miſeriores habes, quàm Mithridates? hoc eſt: Cur magis miſeriâ affligis? *pro Flacco pag.293.* Eadem formulâ utitur Epiſt.ad Terent. *Omnes moleſtias & ſolicitudines, quibus & te miſerrimam habui, Tulliolamq́;.* Epiſt.lib.14.p.451.

Tantam importare meis defenſoribus & conſervatoribus calamitatem. Seſt.73.

Hodiernò die ſententia tua cum ſummo dedecore miſerrimam peſtem eſt importatura Regibus. Deiot. 322.

In has miſerias nunquam incidiſſemus. Phil.2.p.347.

Miſericordiâ adductus ut levarem miſerijs perditas civitates. Epi. ad Fam.l.3.p.74.

Vt ego mirarer tam diuturna miſeria eos non exarauiſſe Epi. ad Att.l.10.p.328.

In miſeriam naſci ſempiternam. Quæſt. Tuſc.l.1.p.298.

Morte aut dolore corporis, aut luctu animi, aut offenſione iudicij hominis miſerias ponderamus. de leg.l.2.p.338.

Cùm Quintum Metellum tam piè lugere videatis. de Orat. l. 2. p.302.

Luctum mors patris attulit, & egeſtatem. pro Sext. Roſc. p.74.

Vocem cùm dolore & quærimoniâ emittere. in Verr.p.196.

Cùm

Cùm loquerer, tanti fletus fiunt, gemitusq́;, ut acerbiſſimus totâ urbe luctus videretur verſare. in Verr. p. 466.

Vrbe tota fletus gemitusq́; fiunt. Nemo erat qui non ardere omnia mallet, quàm videre. pro Sext. Roſc. p. 44.

Si non ad homines, verùm ad beſtias, aut etiam in aliquâ deſertiſſimâ ſolitudine, ad ſaxa & ad ſcopulos hæc conqueri, & deplorare vellem, tamen omnia muta atq́; inania, tantâ & tam indignâ rerum atrocitate commoverentur. in Ver. p 560.

Erat in luctu ſenatus, ſqualebat civitas, publico conſilio mutatâ veſte. Seſt. 76.

Senatus frequens pro meâ ſalute veſtem mutandam cenſuit. ô diem illum funeſtum ſenatui, Reipub. luctuoſum, domeſticum mœrorem graviſſimum. Seſt. 14.

Hac mutatione veſtis factâ, tanto in luctu civitatis. ibid.

Mœrent homines meam, ſuam, calamitatem Reipub. Seſt. 17.

Optimè de ſalute patriæ meriti periculum coniunctum cum periculo civitatis lugere ſenatui non licebit? Seſt. 17.

Ne quis perditorum potiùs, quàm domeſticorum mortem mœreat. Seſt. 10.

Meum illum caſum tàm horribilem, tam gravem, tàm repentinum, non ſolùm homines, ſed tecta urbis & templa lugerent. Seſt. 27.

Luctum nos hauſimus, mœrorem, dolorem ille non minorem. Seſt. 53.

Deceſſerat ex Aſiâ magno ſqualore, ſed multo etiam maiore dolore. Seſt. 5.

Ea pro me ipſo, ex animi mei ſenſu ac dolore pronuncio. pro Sext. Roſc. p. 81.

Cur hunc dolorem cineri eius, & oſſibus inuſſiſti? in Verr. pag. 203.

Dolere vicem alicuius. ibid.

Acerbum alicui dolorem inurere. in Verr. p. 292.

Ex incommodo dolor inſidet. in Verr. p. 347.

Commovere alicui dolorem. in Verr. p. 434.

Dolor erat tantus, ut Verres alter Orcus veniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videatur. in Verr. p. 467.

Mirus dolor accidit his. in Verr. p. 477.

Tibi hæc res affert dolorem. in Luc. Quintil. p. 179.

Accepi magnum atq́; incredibilem dolorem. pro Dom. p. 439.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Digitized by Google

Diſtineor & divellor dolore. pro Cn.Planc.p.528.
Duplicem dolorem gemitumq́ ſuſciperet. Vat.81.
Vix dolorem ferebamus ibidem.
Quis tum non ingemuit? quis non doluit Reipubl. caſum? Vat.85.
Lacryma matris, incredibilis mœror, ſqualor patris, præſens mœſtitia luctusq́ declarant. Cœl.93.
Acerbiſſimum illum dolorem hauſi in vitâ. Cœl. pag. 127.
Omnes arſerun ttunc dolore. Mil.129.
Omnes in me meóſque redundant ex illo fonte dolores. Mil.163.
Animaduerte horum mœſtitiam & dolorem. Lig.50.
Qua ex re magnum accipio dolorem Phil.1.p.328.
Cum illo commodo animi quidam dolor iungeretur. Phil.2.p.354.
Hoc magnam ciuium dolorem honore monumenti minuet & leniet. Ph l.9.p.463.
In hoc pro amicitiâ noſtrâ vicem tuam dolore ſoleo. Phil.10 p.467.
Magno dolore me affeciſſent tua literæ, niſi iam & ratio ipſa depuliſſet omnes moleſtias, & diuturnâ deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem nouum. & ad Famil.2.p.62.
Magnum trahere ex pernicie & peſte Reipub. moleſtiam. Epiſt.ad Fam.l.4.p.92.
In me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti. Ep.ad Fam.l.4.p.100.
Reſiſtere dolori. ibid.
Ea ſcripſiſti, quæ leuare luctum poſſent. Ep.ad Fam.l.4.p.100.
Reliquum eſt, ut te conſoler, & afferam rationes, quibus te à moleſtiis coner abducere. Ep.ad Fam.l.4.p.111.
Ego dolori tuo non ſolùm ignoſco, ſed ſummam etiam laudem tribuo. Ep.ad Fam.l.5 p.119.
Atque vtinam liceat aliquando aliquo Reipub. ſtatu nos frui, interq́ nos conferre ſolicitudines noſtras, quas pertulimus. Ep.ad Fam lib.p.181.
Accuſare alicuius mœſtitiam. Ep.ad Fam.l.7.p.209.
Non mediusfidius mediocri dolore afficiebar, cùm alij occupare poſſeſſionem laudis viderentur: ſed uſq́ mihi temperavi. Ep. ad Fam l.11.p.282
Conficior mœrore, mea Terentia: nec me miſeria mea magis excruciant quàm tua veſtraq́. Ep.ad Fam.l.14.p.446.
Tantum mihi dolorem cruciatumq́ attulerunt errata ætatis meæ, ut non ſolùm animus à factis, ſed aures à commemoratione abhorreant. Ep.ad Fam.lib,16.p.505.

Digitized by Google

Te ſolicitudinis & doloris participem fuiſſe, notum exploratumque mihi eſt. Ep. ad Fam. lib. 16. p. 505.

Cui mœſti interſui diſſimiles, & mœrentes ſedebant. Epiſt. ad Att. l. 1. p. 505.

Quod mihi ſummo dolori eſt. Ep. ad Att. l. 2. p. 69.

Quando mœrore urgear, vides. Ep. ad Att. l. 11. p. 335.

Quod me ab hoc mœrore recreari vis. Ep. ad Att. l. 12. p. 371.

Nec authoritas tua à meo mœrore abhorruit. Epi. ad Brut. p. 544.

In tantum luctum, laborem detruſus es. Ep. ad Qu. Frat. l. 1. p. 599.

Quam illorum triſtitiam & aſperitatem fugiens Panatius. de Fin. l. 4. p. 247.

Revocare ſe rurſus ad mœſtitiam. Quæſt. Tuſc. l. 3. p. 403.

In perturbationes non incidere. Quæſt. Tuſc. l. 4. 426.

Suis incommodis grauiter angi. de Amic. p. 186.

Tres ſunt res, quæ omnes homines ſolicitant, metus, cupiditas, ægritudo. ad Her. l. 2. p. 39.

Sum animo perculſo & abiecto. Ep. Attic. l. 3. p. 82.

Ne me totum ægritudini dedam. Ep. ad Att. l. 9. p. 269.

Meas omnes ægritudines leuauit: Ep. Att. lib. 9. p. 275.

Cùm me ægritudo ſomno priuaret. Ep. Att. lib. 9. p. 284.

Non placet detractâ voluptate ægritudinem ſtatim conſequi, niſi in voluptatis locum fortè dolor ſucceſſerit. de Fin. lib. 1. p. 19.

Accedunt ægritudines, moleſtiæ, mœrores, qui animos exedunt, conficiúntque curis hominum non intelligentium. de Fin. l. 1. p. 120.

Qua levationem habeant ægritudinum. Qu. Tuſc. li. 1. p. 346.

Quod ægritudine quaſi tempeſtate quatiatur. Qu. Tuſc. l. 3. p. 382.

Corporibus dolores intolerabiles adiungere. Q. Tuſc. lib. 5. p. 451.

Nullum dolorem recuſare. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 455.

Omnibus oppreſſum eſſe, & confectum doloribus. Tuſc. l. 5. p. 461.

Dolore terreri. Qu. Tuſc. l. 5. p. 462.

Dolore cruciari. Qu. Tuſc. l. 5. p. 463.

Remedia ſibi ad tolerandum dolorem comparauit. Qu. Tuſc. l. 5. pag. 479.

Itaque iam tergiuerſari non ſinent, ſecúmque rapient, ad quemcunque dolorem cruciatumque ducentur. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 481.

Imbecilliùs horrent dolorem & reformidant. Qu. Tuſc. l. 5. p. 483.

Dolorem timere. Qu. Tuſc. l. 5. p. 484.

Maximis doloribus affectum eſſe. ibidem.

Premi doloribus acerrimis corporis. Qu. Tuſc. l. 5. p. 494.

Dolorem ſummum malum indicans. Offic. 1. pag. 5.

Digitized by Google

In dolore ſunt molliores Offic. p.30.
Præ ſe fert dolorem ſuum. Off.2.p.66.
Quo ſe negat velle ſuam mortem, dolore amicorum lamentiſq; vacare. de Seneƈt.p.177.
Ægritudinem, ſi poſſumus, depellamus. Quæſt. Tuſc. libr. 3.pag. 386.
Ægritudine eſſe confectum. Quæſt Tuſc.l.3.p.387.
Ægritudine opprimitur. Tuſc.li.3.p.388.
Ægritudo lacerat animum, planeq; conficit. ibid.
Minuere dolorem. Qu.Tuſc.lib.3.p.389.
Levare ægritudinem. Qu.Tuſc.li.3.p.398.
Dolore carere. ibid.
Afflictum eſſe mœrore. ibid.
Luctum omnem abſtergere. ibid.
Ægritudine privare aliquem. Qu.Tuſc.l.3.p.396.
Dolorem detrahere. ibid.
Obtundere, & elevare ægritudinem, Quæſt. Tuſc. libr. 3. p. 396.
Ægritudinem lenire, & tollere. Qu.Tuſc.l.3.p.399.
Quâ ex re & moleſtiâ tantâ ſum affectus. Epiſt. Att. libr. 1. p.30.
Quantâ me moleſtiâ affecerit. Ep.Att.lib.15.p.463.
Non conturbat me expectatio tua. Acad.lib.1.p.8.
Eò minùs conturbor. Ibid.
Ne ille quidem eſt implicatus moleſtis, negotiis, & operoſis. de Nat.Deor.lib.1.pag.23.
Vacare omni moleſtiâ. Acad.lib.2.p.67.
Nihil moleſtia conſequi. de Fin.lib.1.p.109.
Moleſtiam dolor nobis affert. de Fin.l.1.p.119.
Magnam moleſtiam ſuſcepit, & minimè neceſſariam Zeno. de Nat.Deor.lib.p.141.
Qui totis theſauris mœſtitiam inſerunt. Quæſt. Tuſc. libr. 1. pag.330.
Omni moleſtiâ carere. Qu.Tuſc.lib.p.245.
Exantlare omnes labores. Qu.Tuſc.l.1.p.346.
Hoc genere moleſtia ſum liberatus. Q.Tuſc.l.2.p.350.
Moleſtias omnes extenuare, & diluere. Quæſt. Tuſcul. libr. 3. p.391.
Moleſtiis tabeſcere. Qu.Tuſc.lib.4.p.428.
Afflictum eſt moleſtiâ. Qu.Tuſc.l.1.p.442.

Quantis

Digitized by Google

Quantis igitur moleſtiis vacat? Qu. Tuſc.l.5.p.490.
Exiſtimari honeſtiſſimè moleſtias deponi poſſe. Offic. libr. 2. pag.65.
Vt non modò omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias. de Senectut. pag. 49
Ægritudine aliquem afficere. Q.Tuſc.l.3.p.410.
Ægritudinem extenuare. ibid.
Vniverſam ægritudinem ſuſtulit. Tuſc.l.3.p.411.
Ægritudines facere leviores. Qu.Tuſc.l.3.p.405.
Ægrè aliquid ferre. ibid.
Quod idem affingimus huic ægritudini. ibid.
Ægritudine premi. Qu.Tuſc.l.3.p. 406.
Ægritudini ſe dedere. ibid.
Ægritudinem repellere. ibid.
Ægritudine affici in malis opinatis. Qu.Tuſc.l.4.p.419.
Importans ægritudines anxias & acerbas. Quæſt. Tuſc. libr 4. p.427.
Quod eſt non ſolùm miſerius, ſed etiam fœdius, & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatusq; iacet. ibid.
Non ſuſcipere ipſi ægritudinem propter alios debemus, ſed alios, ſi poſſumus, levare ægritudine. Qu.Tuſc.l.4.p.437.
Neque omnis ægritudo unâ ratione ſedatur. Quæſt. Tuſc.lib.4. p.438.
Ipſam ægritudinem leniri videmus Qu.Tuſc.l.4.p.439.
Ægritudinem detrahere. Ibid.
Ab ægritudine aliquem vindicare. Quæſt.Tuſc.lib.4.p.467.
Illi ad me ardentes dolore venerunt. Epiſt. Att. libr. 11. pag. 344.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Ep.Att.l.11.p. 346.
Fovebam dolores meos. Ep.Att.lib.12.p.373.
Conſolabor te, & omnem abſtergebo dolorem. Ep. Qu. Frat. lib. 2.p.613.
Incurſabit in te dolor meus. Ep.Att.lib.12.p.302.
Tolerabili dolore lacerari. Acad.1.p.16.
At dolore vacant. de Nat.Deor.lib.1.p.46.
Dolorem pro patriâ, & pro ſuis ſuſcipere. de Finib. libr. 1. pag. 105.
Dolorem aſpernari, ut ſummum malum, & quantum poteſt, à ſe repellere. de Fin.lib.1.p.108.
Omnis dolor aepellendus. de Fin. lib.1.p.109.

Digitized by Google

Quos dolores, quas moleſtias excepturi ſunt? de Finib. lib. 1. pag. 109.

Aut perferendis doloribus aſperiores reddat. de Finib. libr. 1. p. 110.

Dolores ſuſcipi maiorum dolorum effugiendorum gratiâ. de Finib. lib. 1. p. 112.

Cum privamur dolore, ipsâ liberatione & vacuitate omnis moleſtiæ gaudemus ibid.

Ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis. ibidem.

In omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis. ibidem.

Omni dolore carere. ibid.

Nullo dolore nec impediente frui. de Fin. l. 1. p. 112.

Graviſſimis animi doloribus torqueri. de Finib. libr. 1. pag. 114.

Vt maximos dolores meminerit morte finiri, parvos multa habere intervalla quietis. de Fin. l. 1. p. 116.

Poſtquam obſonavit herus, edixit mihi ut diſpartirem obſonium hic bifariam. Aul.2.4.v.3.

Vbi ſepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem. Men.1. 2. v.43. *Sic: Feciſti funus abſenti me prandio.* Men 3.2.v.27.

Tibi atq; illi iubebo iam apparari prandium. Men. 1. 2. v. 62.

Iube nobis tribus apud te prandium accurarier. Men. 1.3. v.25.

Prandium ut iuſſiſti hìc curatum eſt. Men.2.3.v.15.

Propterea eo nunc obſonare prandium mihi potero. Pœn. 5. 5. verſ.16.

Tu iſtam cœnam largire eſurientibus. Amphitr. 1. 1. verſu 155.

Ecaſtor cœnabis hodie, ut te dignum eſt, magnum malum. Aſin. 5. 2.v.86.

Turbatam iam intus cœnam para. Aul. *ſc.* Grave eſt.v. 45.

Redibo ad ſenem ad cœnam aſperam. Capt.3.1.v.37.

Cœnare lepidè nitideq; volo, nihil moror barbarico ritu comeſſe iam. Caſ.3.6.v.19.20.

Ita eſt adoleſcens ipſus cœna maxima. Men.1.1.v.24.

Nam ego convivis cœnam conditam dabo hodie, atq; ita ſuavitate condiam, ut quiſq; quidq; conditum guſtaverit, ipſos ſibi faciam ut digitos prærodant ſuos. Pſeud.3.2.v. 97.

Magnificè volo viros ſummos accipere, ut mihi rem eſſe reantur. Pſeud.1.2.v.34. *Sic* Eun.*ſc.ult.* Accipit homo nemo meliùs prorſum, neque prolixiùs. *Virg.3.Æneid.v.353.* Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

Improba vino modò cupida eſtis. Pſeud.1.2.v.50.

Nulli negare ſoleo, ſi quis me eſum vocat. Stich.2.1.v.28. Men.3.1.v. *qui eſum, neq; vocantur, neq; vocant.* Vocare *ſolẽne verbũ apud Romanos fuit in invitationibus. Vide Lex.Plaut.*Vocare.

Ei condixi in ſymbolam. Stich.3.1.v.28. **Ich hab mich ſelber zu gaſt geladen.** *Aliud eſt,* Condicere alicui ad cœnam: *vel Cœnam condicere: vel abſolutè: Condicere alicui: Aliud,* Ad cænam promittere. *Promittit ad cœnam invitatus. Cicero lib.1. Epiſt 9. abſolutè dixit:* cùm mihi condixiſſet, cænavit apud me. *Sueton.Claud.c.21.* velut ad ſubitam condictámque cœnulam invitare ſe populum dixerat.

Ex urbe ad mare prodimus pabulatum. Rud.2.1.v.6.

Cibum captamus è mari. Rud.2.1.v.11.

Piſcibus in alto credo præbent pabulum. Rud 2.1.v 29.

Iam diu factum eſt, poſtquam bibimus, nimis diu ſicci ſumus. Perſ.5.2.v.41.

Age circumfer mulſum, bibere da uſq; plenis cantharis. Perſ.5.2.40. *Sic Livius li.40.* Nihil prius petierunt à Prætore, quàm ut bibere ſibi iuberet dari. *Vide infrà ex Cicerone.*

Bibere meliuſculè quàm ſat eſt. Moſt 4.2.v 51.

In craſtinum vos vocabo. Pſeud.5.2.v.33. *Martial.l 2.ep. 37.* Cras te Cæciliane non vocavi. *vide Lex.Plaut.* Proverbia.

Homines ad cœnam condicere. Stich.3.1.v.38.

Fero convivam Dionyſum tibi. Stich.5.2.v.13.

Polluctura datur nemini præter nos. Stich.5.4.v.6.

Strategum te facio huic convivio: potius in ſubſellio Cynicè accipiemur, quàm in lectis. Stich.4.4.v.20.

Cantio eſt græca, ἢ πέντε πίν' ἢ τρία πίν' ἢ μὴ τέτταρα. Stich.4.4.v.25.

Ita victu excurato, ita munditijs dignati, itaq; in loco feſtivo ſumus feſtivè accepti. Pſeud.5.1.v.8.

In craſtinum vos vocabo. Pſeud.5.2.v.34.

Da illi, quod bibat. Moſt.1.4.v.30.

Da ab Delphio citò cantharum vinum. Moſt.1.4.v 34.

Maſſici mõtis uberrimos quatuor fructus ebibere in horâ unâ. Pſeu.5.2.v.11.

Non vides me, ut madidè madeam? Pſeu.5.2.v.8.

Bibe

Digitized by Google

Bibe, ſi bibis. Trinck/wiltu trincken. Stich.5.4 v.28.
Hoc mea manus tua poculum donat. Perſ. 5.1.22.
Ite ad vos comeſſatum. Stich.5.5.v.34.39.
Amoris poculum accepit merè, eaq; intra pectus ſe penetravit potio. Truc.1.1.v.22. *vide ſup. Tit.* Amoris.
Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium. Truc.4.4. verſ. 2.
Ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Eunuch. 2. 3 verſ.18.
Pytiſſando modò mihi quid vini abſumſit? Heaut. 3. 1. v. 48.
Edormiſcam hoc villi. Adel.1.2.
Nolunt crebrò convivari. Heaut.1.2.v.33.
Antiqua ut conſuetudine agitarem inter vos liberè convivium. Hecyr. 1.2. v.18.
At at, data mihi herclè verba ſunt: vicit vinum, quod bibi. At dum accubabam, quam videbar mihi eſſe pulcrè ſobrius! poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit. Eunuch, 4.5.
Vel herè in vino quàm immodeſtus fuiſti? Heaut.3.3.
Confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum. Hecyr. 5.3, v.25.
Adoleſcens plus potus. Der zu viel getruncken hat. Hecyr 1.2.
Vinolentus ferè abhinc annos quindecim mulierculam compreſſit. Phorm.5.8.
Is mihi ubi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora? Heautont.1.2.
Sanè pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria. Andr.1.4.
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt. Eun. 5. 4.
Harum videre ingluviem, ſordes, inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; avida cibi, quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent, Ibid.
Iam dudum eſt animus in patinis, Eun.4.7.
Quia compotrix eius eſt. And.1.4.
Cyathos ſorbillans, paullatim hunc producam diem. Adelph. 4.2.
Certè herclè, ſatis ſi commemini, tibi quidem eſt olim dies, quam ad dares huic, præſtituta. Iamne ea præteriit? non, verùm ei hæc anteceſſit. Phor.3.2.v.32.
Deducunt cibum. Sie ziehen jhnen etwas ab an der Speyſe. Eun. 2.3.

Digitized by Google

Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flamma te petere cibum poſſe arbitror. Eun. 3.2.

Holera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Andr. 2.2.

Lanâ ac telâ victum quæritans. Andr.1.1.

Me tàm facilè victum quærere. Eun.2.2.

Hem paullulum obſoni! Andr.2.2.

Obſonat, potat, olet unguenta de meo. Adelph.1.2.

Vix drachmis obſonatus eſt decem. And.2.6.

Crucior bolum tantum mihi ereptum è faucibus. Heautontim. 4. 1.

Quod illi unciatim vix demenſo de ſuo, ſuum defrudans genium, comparſit miſer. Phorm. 1.1.

Ad cœnam vocant. Eun.2.2.v.28.

Rogare ad cœnam ut veniat. Eun.2.2.v.35.

Hoc falſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parùm: illud rectè. Adelph.2.4.

Genium ſuum defraudare. Sich nicht ſatt eſſen. Phorm.1.1.

Ædepol Syriſce, tu curaſti molliter, lauteq́ munus adminiſtraſti tuum. Du haſt wol geſſen. Adelph.5.1.

Hunc comedendum & deridendum vobis præbeo. Eun. 5.9.

Antiquâ ut conſuetudine agitarem inter vos liberè convivium. Hecyr.1.2.

Tùm me convivam ſolùm abducebat ſibi. Eun. 3.1.

Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes, cetarii, lanii, coqui, fartores, piſcatores: ſalutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Eun.2.2.

Phædriam commiſſatum intromittamus, Eun.3.1.

Commiſſator haud ſanè commodus. Er iſt kein luſtiger oder freundlicher Zechbruder. Adelph.5.2.

Symbolum dedit, cœnavit. Andr. 1.1.

Heri aliquot adoleſcentuli coiimus in Piræo, in hunc diem ut de ſymbolis eſſemus: Chæream ei rei præfecimus. Eun.3.4.

Tene aſymbolum venire, unctum atq́ lautum è balneis? Phorm. 2 1.

Templa cœli ſumma. Eunuch.3.5.

Ego ibo hinc intrò, ut videam, nobis quid cœna ſiet. Heautontim. 1. 2.

Ei unam cœnam atq́ eius comitibus dedi: quod ſi iterum mihi ſit danda, actum ſiet. Heaut.3.1.

Prior

Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur. Quid iſtuc verbi eſt? ubi tu dubites quid ſumas potiſſimùm. Phorm. 2.1.

Dies continuos complures in conviviis iacere. in Verrem pag.141.

Convivii crapulam exhalare. in Verr.pag.316.

Pulveris plenus, unguentis óblitus, vino vigiliisq́ languidus, omnia primo motu ac ſpiritu ſuo, vini, unguenti, corporis odore complet. in Verr.pag.31.

Plenus vini, ſtupri, ſomni. de Aruſp. Reſp.p.489.

Edormi crapulam & exhala. Phil.2.349.

Tu iſtis faucibus, iſtis lateribus, tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras, ut tibi neceſſe eſſet, in populi Romani conſpectu vomere. Phil. 2.362.

Cum ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuum, & totum tribunal implevit. Phil.2.v.262.

Vbi ſe occultans perpotavit ad veſperum. Phil 2.367.

Quàm multos dies turpiſſimè in eâ villâ perbacchatus eſt? Ab horâ tertiâ bibebatur, ludebatur, vomebatur. Phil.2.378.

Vino obrutus & unguento oblitus. Phil.13.p.512.

Somno aut vino opprimi. Acad. l.2.v.30.

Si modò modicis potationibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe vigilet. de Div.l.1.p.203.

Potandi voluptate frui. Q. Tuſc. l. 2.p.226.

Cum non facile extra tectum, ſed nes extra lectum quidem quiſquam videret: ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo ſtupris, & flagitiis conterebatur. in Verr.p.467.

Lucrum illum literis percrepare totum mulierum vocibus cantuq́ Symphonia audio. in Verr.p.500.

Epulabantur conſules. Seſt.28.

Cum opiparè epulati eſſemus ſaliarem in modum. Epiſt. Attic.lib. 5. pag.143.

Epulas comparare. de nat. Deor. l.1.p.45.

Eſcis & potionibus veſci. de nat.Deor.l.2.p.73.

Si modò inter vos temperatis eſcis eſt affectus. de Div. l.1.p.203.

Sequebantur epulæ, quas inibāt parentes coronati. de leg.l.2.p.346.

Menſas conquiſitiſſimis epulis extruere. Tuſcul. Quæſt. libr. 5. pag.474.

Eo convivio admodum delectatus eſſet. Tuſculent. Quæſt.libr.5. pag 488.

Opiparè paratum erat convivium. 3.Off.p.121.

Epulabar igitur cùm ſodalibus. de ſenect. p. 166.

Convivium vicinorum quotidiè compleo. de Senect. p. 167.

Græco more bibitur, hoſpes hortatur, poſcunt maioribus poculis, celebratur omnium lætitiâ ſermoneq; convivium. in Verrem pag. 181.

Inire convivium cum aliquo. Ad eius convivium ſpectatiſſimi atque honeſtiſſimi viri tenentur. in Verr. p. 331.

Cùm in conviviis ſymphoniâ caneret, maximisq; poculis miniſtraretur. in Verr. p. 351.

Exornat amplè munificèq; convivium, exponit ea, quibus abundat plurima ac pulcerrima argentea vaſa, omnibus rebus curat, inſtructum & paratum ut ſit convivium, vocat ad cœnas, exponit pauca, non pocula ex auro, quæ ut mos eſt, regiis gemmis erant diſtincta clariſſimis. in Verr. p. 444.

Animi & aurium causâ tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturnisq; conviviis tota vicinia perſonet. pro Roſc. Am. p. 83.

Cibaria publicè locantur. pro S. Roſc. p. 54.

Cibum partim oris hiatu, & dentibus ipſis capeſſunt, partim unguium tenacitate rapiunt. de nat. Deor. lib. 2. p. 98.

Et ſimul ad cœnam invitavit in poſterum diem. Offic. libr. 3. pag. 122.

Paſtu indigere. de Nat. Deor. l. 5. p. 130.

Conficere cibũ. Dentes adverſi acuti dividũt eſcas, intimi autẽ conficiunt. de N. 53 a. Id eſt. *mãdendo terunt.* **Kewen machen.**

Crudiq; poſtridiè ſe rurſus ingurgitent. de Fin. 66. b.

Demus ſcutellam dulciculæ potionis. Tuſ. 200. b.

Cui cùm ipſe poculum dediſſet, ſubitò illâ mediâ potione exclamavit, ſe maximo cum dolore mori. pro Cl. 23. b. & 25. b.

At id fieri potuit primò occultius in potione vel in cibo, deinde etiam impunius fit. Deiot. 47. a.

Qui à pecore eius depaſci agros publicos dicebant. de Or. 35. a.

In ſummâ ubertate ineſt luxuries, quæ ſtylo depaſcenda eſt. de Or. 137. b.

Depaſci veterem poſſeſſionem Academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. de Leg. 167. b.

Audio à bonis viris, qui & nunc & ſæpè anteà magno præſidio reip. fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaq; ab iis in me & ſeverè in conviviis tempeſtivis diſputari. At. 134. a.

Quantum alii tribuunt tempeſtivis conviviis, quantum aleæ. pro Arch. 188. a.

Ego,

Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtivis quoq; conviviis delector. Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo, qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo. de Sen. 86. b.

Quas enim cœnas & facere & obire ſcripſit ad me Sextius? quàm lautas? quàm tempeſtivas! Att. 149. b.

Convivia inire, pro Adire; ire ad convivia. pro S. R. 26. b.

Qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens. de Fin. 67. b. *Poſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperavi, date.* Terent. in And. act. 3. ſce. 2. *Bis in die id faciet, meridiè liberè dato.* Cato de Re Ruſt. *Vide ſupra ex Plauto.*

Accubueram horâ nonâ, cùm ad te harum exemplum in codicillis exaravi: dices, ubi? apud Volumnium Eutrapelum: & quidem ſupra me Atticus, infra Verrius familiares tui. Ep. 142. & poſt.

Infra Eutrapelium Cytheris accubuit. E. 143.

Tùm ille ut aliquid reſponderet, negavit moris Græcorum, ut in convivio virorum accumberent mulieres. in Verr. 89. b.

Ille erat in tribunali proximus, in cubiculo ſocius, in convivio dominus, ac tùm maximè, cùm accubante prætextato Prætoris filio, in convivio ſaltare nudus cœperat. in Verr. 152.

Ebrioſos ſobriis inſidiari, dormientes vigilantibus, qui mihi accubantes in conviviis complexi mulieres impudicas vino languidi, confecti cibo, ſertis redimiti, unguentis óbliti, debilitati ſtupris eructant ſermonibus ſuis cædem bonorum, atq; urbis incendia. in Cat. 106.

Hoc conſcripſi x. Calend. accubans apud Veſtorium. At. 227.

Blandiendi. *Vide* Adulandi.
Bonorum. *Vide* Divitiarum.

Brevitatis. Abbreviandi. Compendii, Epitomes.

Außzugs weiß / Kurtz machen / Einziehen / Verkürtzen.

P*Onere aliquid ad compendium.* Caſ. 3. I. v. 3.

Fieri

Fieri dictis compendium volo. Capt. 1.2.v.12.

Quid opus eſt me multas agere ambages? Pſeud.5.1.v.10.

Orationis operam compendi-facere. Moſt.1.1.v.57.

Quàm potero, in verba conferam pauciſſima. Menæch. prol. verſ.6.

Quàm potes, tam verba confer maximè ad compendium. Mil. 3.1. v.185.

Atq; in pauca, ut occupatus nunc ſum, confer quid velis. Pſeud.1.3. verſ.43.

Compendi-facere curam. Pœn. 1.2.v.138. Aſin. 2.2.v.41. Bacch.2.2. v.6. Moſt.1.1.v.57. Perſ.4.1.v.2. Vtitur quoque Symmachus lib 1.Epiſt.75. *Decet operam facere compendii.*

Operam fac compendi quærere. Pſeud.4.7.v.43.

Tu pauca in verba confer. Perſ.4.4. v.11.

Perge etiam tantâ re: rem in pauca confer. Pœn.5.9.v.52.

Vt uno verbo abſolvam Rud.3.1.v.49.

Si quid tibi compendi-facere poſſim. Truc.2.4.v.26.

Ad pauca redire. Hecyr.1.2 v.60.

Atq; id, ſi potes, verbo expedi. Phorm.1.4.

Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias, hac deniq; eius fuit poſtrema oratio. Phorm.4.3.

Quid verbis opus eſt? kurtz zu ſagen Phorm.1.2.

Ah, dictum ſapienti ſat eſt. Phorm.3.3.

Qui mihi pennas inciderant, nolunt eaſdem renaſci. Att.55.a.

Lingua inciditur ad deplorandam calamitatem. Antequam. 195.a.

Poema ad Cæſarem quod compoſueram, incidi Qu.Fr.110.a.

Tametſi oportet incidamus media, ne nimis ſerò ad extrema veniamus. Acad.169.b.

In omnibus numeris æqualiter (al. *æquabiliter*) *particulas deceat incidere, an facere alias breviores, alias longiores.* Or. 217.a.

Incidere nervos virtutis. Acad.45.b.

Incidere nervos populi Romani. contra Rul.75.b.

Incidere linum, diſcindere linum; quo epiſtolæ ſtringuntur & obſignantur in C.112 b.

Cæſar maximas copias brevi habiturus eſt. At.130.b.

Nec ullo modo divulgandum eſt, de te iam eſſe perfectum, ſed id erit perbrevi. Ep.89.a.

Id tametſi extra cauſſam eſt, tamen percurram brevi. pro Cæc. 303.a.

Brevi

Brevi expediam. de Sen. 89.a.
Illud brevi conficiendum eſt. Par.122.b. (Seſt. 23. a.
Sed genus univerſum brevi circumſcribi & definiri poteſt. pro
Nunc complectar quod propoſui brevi. de Or.100.b.
Quid in utramq; partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. de Or.119.b.
Vt tuis literis brevi reſponderem. Ep.36.b.
Ad ea quæ requiris, brevi reſpondebo. de Or.225.a.
Tranſitio vocatur, quæ cùm oſtendit breviter quod dictum ſit, proponit item brevi quod conſequatur. ad Her.32.a.
Brevis eſt L. Craſſi oratio. de Or. 138.b. (Seſt. 5. a.
Longum eſt dicere, ſed hoc brevi dicam, ſi M. Petrei virtus &c. pro
Iam dabo operam quàm maximè potero, ut breve id faciam. in Saluſt. 172.b. (161. a.
Aliquid contractione brevius fieri, aut productione longius. de Or.
O miſeram & in brevi tam celerem, & tam variam reip. commutationem. Oct.336.b.
Paululum compendii facere. pro Qu. Roſc.p.68.
Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut ordine complecti, genera ipſa cupio perbreviter attingere. in Ver. pag. 439.
Sentio moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendamq; veſtram ſatietatem. in Ver.p.349.
Ne nimium multa amplectamur, atq; ab eo quod propoſitum, longiùs aberret oratio, hoc ipſum & quod agitur, conſideremus. pro Cæc.p.607.
Ne multis. pro A. Cluent.p.22.
Quid multa? Ep. ad Fam.l.3.p.88.
Temporis brevitate à perſpiciendo excludetur. Acad. l.2.p.29.

C

Cadendi. *Vide* Ruinæ.
Cædendi. *Vide* Verberandi.
Cædis. *Vide* Interficiendi.
Calamitatis *Vide* Ægritudinis.
Caliginis. *Vide* Obſcuritatis.
Caliditatis. *Vide* Doli.

Calo-

Caloris. Æſtûs.

Hitz. Wärm.

CAlorum moleſtiæ ſedarentur. Off. l. 2. p. 69.
Vt omnia quæ alantur, & creſcant, contineant in ſe vim caloris. de nat. Deor. l. 2. p. 59.
Cùm homines beſtiæq; hoc calore teneantur. de nat. Deor. l. 2. p. 62.
Calorem extingere. de nat. Deor. l. 3. p. 130.
Nimio labore interire. de nat. Deor l. . p. 130.
Calorem adipiſci. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 312.
Calore uri. Qu. Tuſc. l. 1. p. 323.
Vim caloris nonpati. Q. Tuſc. l. 1. p. 479.

Calumniandi. Convitij. Convitiandi. Contumeliæ. Culpandi. Increpandi. Infamiæ. Maledicti. Maledicendi. Irridendi. Deludendi. Vituperandi. Objurgandi. Reprehendendi Nominum ignominioſorum. *Vide etiam* Ignominiæ. *Item* Contemnendi.

Schmähen / Schenden / Affterreden / Vbel nachreden / Verſchmähen / Außhupen / Verachten / Verſchenden / Schelten / Einem Fluchen / Außmachen / Läſtern / Spotten / Verhönen.

R*Aptare pro mœchis.* Amph. Arg. 1. v. 7.
Malo iam magno tuo nunc iſti nec rectè dicis. Aſinar. 2. 4. verſ. 65.
Da argentum huic, ne malè loquatur. Ibidem. v. 67.
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Ibid. 52.
Ne iſtuc nequicquam dixeris tam indignum dictum in me. Aſin. 3. 3. verſ. 108.
Ne ulli verbo maledicat. Aſin. 4. 1. v. 55.
Miſerum habere aliquem. Aſin. 5. 2. v. 19.
Malignitate oneravit omnes mortales mihi. Capt. 3. 1. v. 12.
Nunc ipſus maledicis tibi. Men. 2. 2. v. 41.

Nec

Nec veriſimile loquere, nec verum frutex. Moſt.1.1.12.
Quid tibi mecum eſt rei? qui mihi maledicas hîc ignoto inſciens? Men.2.3.v.30.
Non ſoles reſpicere te, cùm dicas iniuſtè alteri. Pſeud.2.2.18.
Cur inclemẽter dicis lepidis literis, lepidis fabellis, lepidâ conſcriptis manu. Pſeud 1.1.v.25.
Aſſiſte altrinſecus, atq; onera hunc maledictis. Pſeud. 1.3.v.124.
Ego te differam dictis meis. Pſeud.1.3.v.124.
Sed quanquam multa mala in me dicta dixiſtis modò. Pſeud.1.1. verſ.137.
Nam quanti refert te nec rectê dicere. Pſeud.4.6.v.23.
Præſenti tibi facit convitium. Moſt.3.1.v.83.
Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis ſolent lenoni dici, quæ pueri ſciunt. Pſeud.4.6.v.19. *Inde* Donat. *ad Ter. Eun. vocat* Convitium Comicum.
Contumeliam ſi dicis, audies. Pſeud.4.7.v.77.
Illi noctu occentabant oſtium. Perſ.4.4.v.20.
Ego tibi ludos faciam in viâ clamore. Trucul. 4.2.v. 46. & Truc.2.2.v.4.
Contumeliam facere. Aſin.2.4 v.82.
Alteri de nihilo dicunt contumeliam, & qui ipſi ſat habent, quod in in ſe poſſit verè dicier. Cur.4.1.v.17.
Quot innocenti ei dixit contumelias? Bacch.2.3.v.33.
Non rectè dicis nobis. Pœn.3.1.v.13.
Nec tuum quidem eſt, per iocum amicis iniuſtè loqui. Pœn.3.1. v.70.
Loqui inclementer. Pœn.5.5.v.44.
Subigis maledictis me tuis. Trin.1 2.v.102.
Accipiam hominem quibus dictis meret. Men.5.1.v.7.
Tune furcifer mihi audes inclementer dicere? Rud. 3. 4. verſ. 29.
Ne hæc quidem ſatis vehemens cauſa ad obiurgandum. Amph. 1. 1.v.129.
Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus? And.1.1.v.123.
Vitium dicere uxori. Aſin.5.2.v.49.
Nunc quum dicta in me ingerebas, odium, non uxor eram. Aſin. 5. 2.v.77.
Pipulo aliquem differre. Aul.3.2.v.31.
Ego me ſcio caviſſe, ne ulla meritò contumelia fieri à vobis poſſet. Hecyr.3.5.v.21.

Digitized by Google

Iterùm iam hinc in me inclementer dicit, atq; id ſine malo. Amph. 2.2.v.110.

Ferociter aliquem increpare. Amph.1.1.v.58.

Culpant eum, conſpuitur, vituperatur eum rem fidemq; perdere. Curc.4 2.v.17.

Eunt depreſſum. Ciſt.1.2 v.39.

Nolit acriter eum conclamare. Ciſt.1. . v.111.

Quod te urget ſcelus, qui huic ſis moleſtus? Menæcl m. 2. 2. v. 47.

Flagitium ſit, ſi ſequatur, quando incedat per vias.
Contemplent, conſpiciant omnes, nutent, nictent, ſibilent,
Vellicent, vocent, moleſti ſint, occentent oſtium:
Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.
Atq; ut nunc ſunt maledicentes homines, uxori meæ
Mihiq; obiectent lenociniũ facere. Merc.2 3.v.71.& ſeqq. *Vide etiam Lex. Plaut.* Obiectare, & Occentare: *nec non* Philoſ. *Plaut.* Amatorum.

In hunc intende digitum. Pſeud.4 7 v.45. *Vide Philoſ. Plaut.* Illudendi.

Quid eſt ſi non hæc contumelia eſt? And.1.5. v.1.

Poeta ſenſit adverſarios in peiorem partem rapere. Adelph. Prolog.v.3.

Cenſen' te poſſe reperire ullam mulierem, quæ careat culpâ? Hec. 4.4.v.40.

Enimverò multis modis cum iſto animo es vituperandus. Phor.5. 1.v.7.

Male loqui alicui. Phor.2.2.v.25.

Contumelias alicui dicere. Phor.5.8.v.79.

Facere alicui contumelias. ibid.

Si quis eſt, qui dictum in ſe inclementiùs exiſtimavit eſſe, ſic exiſtimet, reſponſum, non dictum eſſe, quia læſit prior. Andr.Prolog.

Deſinat laceſſere. ibid.

Vetus ſi poëta non laceſſiſſet prior. Phorm.Prolog.

Age, age nunc, Phormionem, qui volet, laceſſito. Phorm.5.8.

Neſcis, cui maledicas nunc viro. Eunuch.4.

Niſi finem maledictis facit. Heaut.Prolog.

Dehinc ut quieſcant porrò, moneo ut deſinant maledicere, malefacta ne noſcant ſuo. Andr.Prolog.

Quod

Quod illi maledictum vehemens exiſtumant, eam laudem hic ducit maxumam. Adelph. Prolog.

Ah, rem potiùs ipſam dic, ac mitte malè loqui. And. 5. 3.

Mitto maledicta omnia: rem ipſam putemus. Adelph. 5. 3.

Ante ædes non feciſſe erit meliùs hìc convitium. Adelph. 2. 1.

Si ſatis jam debacchatus es leno, audi, ſi vis, nunc jam: egon' debacchatus ſum in te, an tu in me? ibid.

Mala ingeram multa. Andr. 4. 1.

Quaſi quidquam in hunc iam graviùs dici poſſiet. Andr. 5. 3.

Maledictis deterrere hominem, ne ſcribat, parat. Phorm. Prol.

Minùs multò audaciter, quàm lædit, læderet. ibid.

Hic reſpondere voluit, non laceſſere: benedictis ſi certaſſet, audiſſet benè. ibid.

Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet. ibid.

Non ſinam, ut qui nobis maledictum velit, meâ pertinaciâ dicat eſſe factum. Hecyr. 4. 2.

Pergin' hero abſenti malè loqui, impuriſſime? Phorm. 2. 2.

Ain' tandem, carcer? ibid.

Sycophanta, hem! mitte. videat qui ſiet, ſi mihi pergit, quæ volt, dicere, ea, quæ non volt, audiet. Andr. 5. 4.

Illud ſis vide exemplum diſciplinæ. Adelph. 5. 1.

Sterquilinium. Phorm. 3. 2.

Impuratus. Dſſat. Phorm. 4. 3.

O hominem impurum! Adelph. 2. 1.

Ain' verò canis? Eunuch. 4. 7.

An potiùs ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias? Eunuch. 1. 1.

Hanccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam Gnatho? mori me ſatiùs eſt. Eunuch. 4. 7.

Nam ſi ego digna hac contumeliâ ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Eunuch. 5. 2.

En, unquam cuiquam contumelioſiùs audiſtis factam iniuriam quàm hæc eſt mihi. Phorm. 2. 3.

Abſenti tibi te indignas ſeq; dignas contumelias nunquam ceſſavit dicere hodie. ibid.

Neq; huiusſis veritus fœminæ primariæ, novo modo ei quin faceres contumelias. Phorm. 5. 7.

Injurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Hecyr. 1. 2.

Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum advortite. And. Prol.

Id iſti vituperant factum, atque in eo diſputant, contaminari

non decere fabulas. ibid.

Qui cum hunc actuſant, Nævium, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter auctores habet. ibid.

Quid iſtic, quæſo? qui iſtic mos eſt, Clitipho? itáne fieri oportet? &c. Vel heré in vino quám immodeſtus fuiſti? Heautontim. 3.3.

In quâ civitate tandem te arbitrare vivere? virginem vitiaſti, &c. Adelph. 4.5.

Haccine fieri? Adelph. 3.4.

Hæc cùm illi dico, tibi dico. Adelph. 1.2.

Vos eritis judices, laudíne an vitio duci id factum oporteat. Adelph. Prolog.

Enimveró, Antipho, multimodis cum iſtoc animo vituperandus es. Phorm. 5.1.

Ne ſuis te iratus ſævidicis dictis protelet. Phorm. 1.4.

Pernoſcite, furtúmne factum exiſtumetis, an locum reprehenſum, id eſt, repertum, *qui præteritus negligentia eſt*. Adelph. Prolog.

Qui malevoli veteris Poetæ dictis reſponderat. And. Prol.

Nam ſi cogites, remittas jam onerare iniuriis. **Du würdeſt auffhören/mich zu ſchelten**. Andr. 5.1.

Si quiſpiam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quám plurimis, & minimè multos lædere. In his poëta hic nomen profitetur ſuum. Eunuch. Prolog.

Alij Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquiſſet. in V. 101.a

Omnes te oderunt, tibi peſtem exoptant, te execrantur. in P. 101.a

Quod tibi proficiſcenti evenit, ut omnes execrarentur, malè precarentur. in P. 86.b

Rectè Socrates execrari eum ſolebat, qui &c. de Leg. 162. b

Itaque accepimus Socratem ſolitum execrari eos, qui, &c. Offic. 54.a

Execratur apud Ennium Thyeſtes, primùm ut naufragio pereat Atreus. Tuſc. 261.b

Vt optet, ut execretur. Or. 209.b

Cui quod in me eſt execrabor hoc, quo lucet, quicquid eſt. de Nat. 39.a ex Ennio.

Cùm ita obiurgamus eos, qui audiunt, quomodo ipſi ſe cupiunt obiurgari. ad Heren. l.4. p.13.

In

Digitized by Google

In quo multis verbis tum inveheretur in Cæſarem Curio. Brut. p. 583.

Offenſionem negligentiæ vitare, effugere. in Verrem pag. 199.

Non ferendus obiurgator is eſt, qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipſe deprehenditur. in Verr. p. 306.

Humilitatem generis alicui obijcere. Orat. ante exil. pag. 363.

Sum inſectatus levitatem ſenum. Ep. Att. l. 1. p. 24.

Me tam ſæpè & tam vehementer obiurgas. Epiſt. Att. lib. 3. pag. 88.

Quàm aut caſtigatione, aut obiurgatione dignum putares. Epiſt. Att. l. 3. p. 88.

Ne quid atrocius in abſentem ſine causâ facere conetur. pro Qu. p. 24.

Tam atrox ac ſingulare maleficium, quod ita rarò extitit, ut ſi quando auditum ſit, portenti ac prodigij ſimile numeretur. pro S Roſc. p. 49.

Intelligunt neminem quidem maleficium ſine causâ admittere. S. R. p. 61.

In ruſticis moribus, in victu avido, in hac horridâ incultaq; vitâ, iſtiusmodi maleficia gigni non ſolent. pro Roſc. Amer. p 62.

Non omne facinus in omni vitâ naſcitur, in urbe luxuries creatur, ex luxuriâ exiſtat avaritia neceſſe eſt, ex avaritiâ erumpat audacia, inde omnia maleficia ac ſcelera gignuntur. Sext. Roſc. pag. 62.

Ad hunc maleficium iſtud pertinet. Sext. Roſc. p. 63.

Maleficium admittere. Sex. Roſc. p. 58.

Sic vita hominum eſt, ut ad maleficium nemo conetur ſine ſpe, atq; emolumento accedere Sex. R p. 66.

Vitiorum ſuorum plurima & maxima conſtituere monumenta & indicia. in Verr. p. 140.

Verrem in luto voluptatum totius corporis veſtigiis invenimus. in Ver. p. 437.

Qui maleficio & ſcelere paſcuntur. Off. l. 2. p 29.

Iniquiſſimis verbis conflictari. in Verr. p. 334.

Contumelia habet aculeum. in Verr. p. 347.

Contumeliis operiri opprimiq;. in Verr. p. 466.

Perpeti contumelias. de Aruſp. p. 482.

Digitized by Google

Ille non deſtitit de nobis aſperrimè loqui. Epiſt. Att. l. 2. p. 75.

Caſtigatio contumeliâ vacare debet 1. Off. p. 36.

Neq; tamen quiſquam inventus eſt tam inſigniter improbus, qui violare exiſtimationem abſentis auderet. pro Qu. p. 26.

Ad calumnias ſingulari conſilio reperire rationem. in Verrem p. 320.

Calumniam, ſtultitiamq; obtrivit, ac contudit. pro Aul. Cæcina. p. 593.

Videt ſe nihil ab A. Cæcina poſſe litium terrore abradere. ibid.

Calumniam non effugiet. pro A. Cl. p. 75.

Cave in iſtâ tum frigidâ, tum ieiunâ calumniâ deliteſcas. pro Cæcin. p. 610.

Inimici oratio vana præſertim, tam improbè in Clariſſimos viros coniecta me movit. Seſt. 21.

Maledictorum clamorem omnes profuderunt. ſeſt. 58.

Cùm tu ei contumelioſiſſimè toties maledicas, Vat. 86.

Hoc iudicium vocibus maledictisq; eſt celebratum. Cœl. 44.

Iſta maledicta ſunt pervulgata in omnes. pro Cœl. 9. p. 94.

Propulſare debes à te contumeliam. Ligar. 299.

Vltrò maledictis me laceſſiſti. Phil. 2. p. 338.

Abſtinere maledicto. Phil. 2. p. 340.

Omnibus eum contumelijs oneraſti. Phil. 2. p. 376.

In Cæſarem maledicta congeſſiſti deprompta ex recordatione impudicitiæ. Phil. 2. p. 390.

An illa nō graviſſimis ignominijs ad poteſtatis memoriam ſunt notanda? Phil. 3. p. 413.

In me abſentem ore impuriſſimo orationem evomuit. Phil. 5. pag. 414.

Qui ignominiâ notandos eſſe cenſuerunt eos, qui militiam ſubterfugiſſent. Phil. 7 p. 444.

Verborum contumelijs optimum virum inceſto ore laceraſſet. Phil. 11. p. 4-8.

Deſine bonos petulantiſſimâ linguâ conſectari. in Salluſt. 557.

Senatus Religionis calumniam, non religione, ſed malevolentiâ, & illius Regiæ largitionis invidiâ comprobat. Ep. ad Fam. libr. 1. p. 5.

Subcontumelioſè tractatur noſter Publius. Ep. Att. l. 2. p. 56.

Clamoribus & convitijs, & ſibilis Fuſium conſectantur. Ep. Att. l. 2. p. 68.

Rer.

Per obtrectatores Lentuli res calumniâ extracta eſt. Ep. ad Qu. Fr. l. 2. p. 601.

Nec calumnia conferenda eſt cum verecundiâ. Acad. l. 2. p. 10.

Atq; hæc cùm uberius diſputantur, & fuſius ut mihi eſt in animo facere, facilius effugiant Academicorum calumniam. de Nat. Deor. l. 2. p. 58.

Quod ad vitandam vituperationem valet. de Pro. 78. b

Cadere in aliquam vituperationem. Att. 228. a

Eaq; res P. Africano vituperationi fuit. Brut. p. 547.

Quod effugiſſem duas maximas vituperationes. ibid 258. b

Culpæ reprehenſionem, & ſtultitiæ vituperationem reprehendere. in Ant. 244. a

Meq; nonnulla vituperatione tarditatis meæ facto ſuo liberavit. de Aruſp. 255. b

Poſt ille convitium fecit. ad Heren. lib. 4. p. 87.

Auribus non pepercisse. pro Qu. p. 13.

Appellari ſuperbius pro Leg Manil. p 63.

Voce aliquem vulnerare. in L. Catil. p. 68.

Nihil eſt tam volucre, quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, nihil latius diſſipatur. pro Cn. Pl. p. 518.

Hi non modò negando, ſed etiam irridendo ampliſſimum quemque illius ordinis inſequebantur. Seſt. p. 13.

Nulla in quemquam ignominia propria nominatim cadebat Seſt. 16.

Civitates omnibus bonis exhauſtæ nefarias libidinum contumelias ac turpitudines ſubierunt. Piſ. 2 5.

Meſſalam contumelioſè lædebat. Ep. Att. lib. 1. p. 22.

Erit abſurdum in nos invehi. Ep. Att. l. 2. p. 58.

Vt ſe maledictis non abſtineat ijs, quæ in illum dupliciter recidunt. Brut. p 562.

Ei convitium grande fecerunt. Epiſt. Att. l. 16. p. 563.

Si conſilium meum in contrariam partem raperetur. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 316.

Antea pari contumeliâ viros clariſſimos affecerant. Epiſt. ad Fam. lib. 12. p. 368.

Contumeliam villa puſilla iniquo animo feret. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 375.

Verberavi te cogitationis tacito duntaxat convitio, quòd faſciculus alter ad me iam ſine literis perlatus eſt. Ep. ad Fam lib. 16. p. 509.

Digitized by Google

Vrgebor iam omnium veſtrûm convitio. Acad.Qu.lib.2. p. 64.

Quem cùm à ſe non neget auditum, tamen vexat omnibus contumeliis. de Nat.Deor.lib.1.p.30.

Zeno quidem non eos ſolùm, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, cæterosq́ figebat maledictis. de Nat.Deor.lib.1.p.38.

Maledictis inſectantur eos, qui à veritate diſſentiunt. de Finib. l. 2.p.162.

Alternis verſibus intorquentur inter fratres graviſſima contumelia. Qu.Tuſc.lib.4.p.446.

Contumelias ſervorum ancillarumq́ pertulit. 1.Off.p.45.

Rectè ſeu perperam facere. pro Q.p.10.

Legiones ei grande convitium fecerunt. At.257.b

L. Quintius convitium C. Iunio iudici quæſtionis maximum fecit. pro Clu.33.a

Cùm ei magnum convitium foret cuncto à Senatu. E.153.a

Conſectari aliquem convitijs. Att.33.a

Sed os tuum ferreo Senatus convitio verberari noluiſti. in P. 93.a

Suſtinere quotidianum alicuius convitium pro Qu. 11.b

Multis nominibus Græcos in eo reprehendit. Epiſt. Att. libr. 6. p.179.

Reſcripſit ſe libenter vituperationem ſubire. Epiſtol. Att. libr. 14.p. 458.

Vt cùm aliquid non veriſimile dicatis, & effugere reprehenſionem velitis. de Nat.Deor.l. 1.p.28.

Vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret. de Fin. l. 1. p 96.

Obiurgatores ſuos convincere. de Divin. l.1.p. 201.

Interdum etiam obiurgationes vigent in amicis maximè. 1.Offic. p.25.

Obiurgationes nonnunquam incidunt neceſſariæ. 1.Offic.pag. 54.

Ad hoc genus caſtigandi raró invitiq́ veniamus. ibid.

Magnâ ex parte clementi caſtigatione licet uti, gravitate tamen adiunctâ, ut ſeveritas adhibeatur, ut contumelia repellatur, atq́ illud ipſum, quod acerbitatis habet obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius causâ, qui obiurgetur, ſuſceptum eſſe. ibidem.

Qui Periclem principem Græciæ vituperabat. Offic. libr. 2. p.89.

Antequam

Antequam hic locus concludatur, non abs re fuerit coacervare varias Formulas maledicendi, & Nomina ignominioſa, quibus uſi ſunt Autores Latini, idque ſecundùm diverſa obiecta, ſeu materiam maledictorum.

In hominem indoctum, rudem, & imperitum.

Ex Cicerone.

RAbula indoctus, inurbanus, ruſticus, imperitus rerum omnium, rudis ignarusq; , nullo uſu, nullo ſtudio litterarum prœditus.

Qui numquam Philoſophum pictum, quod dicitur, vidit.

Omninò omnis eruditionis expers, atq; ignarus, & à Muſis averſus.

Rudis, hebes, & impolitus.

Expers conſilii & ingenii.

In quo magna eſt ieiunitas bonarum artium.

Qui nullum cum Muſis, id eſt, cum humanitate, & doctrinâ habet commercium.

Ineruditus & abſurdus.

Tam rudis, tam ignarus rerum, tam expers conſilii & ingenii.

In omni re litterariâ tyro ac rudis, hoſpes & peregrinus.

Abderiticus: qui non modò cor non habet, ſed ne palatum quidem.

Democriti patriâ dignus.

Amentiſſimus, atq; omnibus conſiliis præceps ac devius.

Vecors, et amens: ſtolidus, minimè mentis compos, et conſtringendus ſive alligandus.

Delirus, qui vaticinatur et inſanit.

Tragico Oreſte dementior.

Excors, et demens.

Baro, inſipiens, planè fatuus, et amens.

Temerarius, et inconſideratus, inconſultus.

Ingenio et cogitatione nullâ.

Stupidus, et bardus.

Bambalio, qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemq; cordis cognomen ex ignominiâ trahere meretur.

Planè in literis plumbeus.

Digitized by Google

cerni videantur, hebes & obtuſus.
Homo ſine ingenio, truncus ac ſtipes.
Cuius ignorantiæ mederi ne Aſclepiadis quidem conceſſum puto.
εὖ ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν οὐδὲ Ἀσκληπιάδαις τοὺς λόγους νομίζω δεδόσθαι. Athenæus.
Tarandus: h.e. Aſinus, de quo Plinius, *quòd cùm ei libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis ſit.*

Ex Terentio.

Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus, homo hominum ſtultiſſimus.
Omnino lapis, haud homo.

Ex Varrone.

Mente captus, atq; ad agnatos & gentiles deducendus.
Phreneticus, Septemtrionis filius.

Ex Plauto.

—Sat edepol certò ſcio
Occiſam ſæpè ſapere plus multò ſuem,
Cùm inducatur, ne id, quod vidit, viderit. Milit.
—O Lyde, es barbarus,
Quem ego ſapere nimiò cenſui plus, quàm Thalem.
Is en ſtultior es barbaro Potitio. Bacchid.
Herus meus Elephanti Corio circumtectus eſt non ſuo,
Neque habet plus ſapientiæ, quàm lapis.
Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. Milit.
Suum ipſe interdum ignorat nomen, neque ſcit, qui ſiet. Capt.
Adeon me fuiſſe fungum, ut qui illi crederem?
Quicunque ubi ſunt, qui fuére, quique futuri ſunt poſthac
Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longè anteeo ſtultitiâ & moribus indoctis.
Bacchid.
Nimis tu quidem herclè homo ſtultus es pueriliter. Perſ.
—Nullam rem ſapis. Moſt.
—Numquam ego te tam eſſe matulam credidi. Perſ.
Novi ego huius mores moros & malos. Pœnol.

Abinp.

Alium alii moleſtum eſſe, & ſermonibus morologis uti. Pſeudolos

Qui terra odium inambulat, & tam nihil ſapit, nec ſentit: tanti eſt, quanti eſt fungus putidus. Bacch.

Neque ego homines aſinos magis umquam vidi. Pſeud.

Nec veriſimile loquere, nec verum frutex. Moſtel.

Quid hero ego dicam meo malæ rei eveniſſe, quamve inſaniam? Neſcio pol quæ illum hominem intemperiæ tenent. Aulul.

Quæ te mala crux agitat? Larvæ hunc atque intemperiæ inſaniæque agitant ſenem. Aul.

Non tibi ſanum eſt adoleſcens ſinciput, ut intelligo, non poteſt hæc res hellebori iugere obtinerier. Menæch.

Quibus pretiis hic vœneunt porci ſacri? Numum unum à me accipe, iube te piari de meâ pecuniâ. Nam ego quidem inſanum eſſe te certò ſcio, Menæch.

Si me conſulas, hamo illo iubeas porculum afferri tibi. Nam tu quidem herclè certe non ſanus es ſatis. Audin' tu, ut deliramenta loquitur! quid ceſſas dare potionis aliquid, priuſquam percipit inſania? Menæch.

Helleborum hiſce hominibus opus eſt. Pſeud.

Nugas ludificabitur, garriet, quoi neque pes umquam, neque caput compareat. Ornamenta abſunt, Aiacem hunc cùm vides, ipſum vides. Captiv.

Quas tu vides colubras? Stich *Et* Iuvenalis: *Dic quâ Tiſiphone? quibus exagitare colubris.*

In hominem flagitioſum.

Ex Cicerone.

Plenus ſceleris, & audaciæ.

Tot tantis, tam nefariis ſceleribus coopertus.

Scelere & furore inflammatus.

Capitalis, impunis, & ſceleratus.

Non ille honorem à pueritiâ, non ſtudia virtutis, non ullum exiſtimationis bonæ fructum umquam cogitarat, ſed ex petulanti, atque improbo ſcurrâ. &c.

In uno homine omnia vitia, quæ poſſunt in homine perdito, nefarioque eſſe, reprehendo: nullum eſſe dico indicium libidinis, ſceleris, audaciæ, quod nō in unius iſtius vitâ perſpicere poſſitis. Sit

fur.

fur, ſit ſacrilegus, ſit flagitiorum omnium, vitiorumque princeps.
Cum hac me peſte, atq; labe confero.
A nefariis peſtibus eſt occiſus.
Omnium non bipedum ſolùm, ſed etiam quadrupedum impuriſſimus, conſceleratiſſimus.
Homo poſt homines natos turpiſſimus, contaminatiſſimus.
Homines improbi, multis flagitiis, & ſceleribus contaminati.
Vix homines odium ſuum à corpore eius, impuro atq; nefando repreſſerunt.
Vir longè poſt homines natos improbiſſimus.
Nemo umquam fuit tam ab omni honeſtate relictus.
Habeo, quem opponam labi illi atq; cœno.
Epicure noſter ex harâ producte, non ex ſcholâ lutulente. O lutum! O ſordes!
Eos ludos hæc lues impura polluit.
Sordes hominis.
Sceleratiſſimus ille, ex omnium ſcelerum colluvione natus.
Funeſtum illud animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omnium flagitiorum impunitate concretum.
Id tu furcifer tibi ſumes?
Tu omnium profligatiſſime, & perditiſſime.
Quem tu illo certiorem nebulonem?
Nihil eſt illo poſterius, vel nequius.
Poſtremi homines.
Homo ſane nequam.
Vnus omnium nequiſſimus, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt.
Tanta, & immanis belua.
Omnium mortalium ſine ullâ dubitatione deterrimus.
Facinoroſus & audax.
Helluo ſpurciſſimus.
Nihil hoc homine inquinatius.
Vita omnibus flagitiis inquinata.
Quis illo in voluptatibus inquinatior?
Ad audendum impudentiſſimus.
Amentiſſimus & profligatiſſimus hoſtis pudoris & pudicitiæ.
Scurra exhauſto pudore.
Genus hominum agreſte, & indoctum.
Vir maleficus naturâ, & iniuſtus.

Digitized by Google

Cuius eminet, & proiecta eſt audacia.
Qui os perfricuit.

Ex Plauto.

Tantum facinus inveni modò ego, ut nos dicamur duo omnium digniſſimi eſſe, quò cruciatus confluant. Aſin.

Acherontis pabulum, flagitii perſequentem, ſtabulum nequitiæ. Caſin.

Ædepol certò ſcio, Vulcanus, Sol, Luna, & Dies, Dei quatuor ſceleſtiorem nullum hoc illuxere alterum. Quem ſpes dereliquere omnes, eſſent frugi poſſiet. Vidi ego nequam homines, verùm te neminem deteriorem. Bacchid.

Atq; ipſe egreditur Pœnus, periurii caput, hominem hic ego quæro malum, Legirupam, impium, periurum, atq; improbum, Fraudulentum, Deorum odium, atq; hominum, malum. Mali vitii, probriq; plenum. Pſeudol.

Sceleris ſemen, fraudis, ſceleris, parricidii, periurii pleniſſimus. Rudent.

Quæſo hercle, meone hero tu improbe maledicere audes, fons vitii, & periurii. Truc.

Sator ſartorque ſcelerum, & meſſor maxime. Capt.

Exi natum quantum eſt hominum ſacrilegiſſime. Rud.

Scelerum cumulatiſſimus. Si ego iuratus peiorem hominem quærerem, Coquum non potui quàm hunc, quem duco, ducere. Pſeud.

Nequior nemo eſt, neq; indignior, cui Dii benefaciant, neq; quem quiſquam homo aut amet, aut adiuvet, omnibus probris, quæ improbis viris digna ſunt, dignior nullus eſt homo. Bacch.

Homini, ſi leno eſt homo, quantum hominum terra ſuſtinet, ſacerrimo. Pœnol.

Abi ſis impurata belua. Abſolve hunc quæſo vomitum, ne hic nos enicet. Moſt.

Lenone iſto non lutum eſt lutulentius. Pœn.

Ex ſterquilinio effoſſe tuane illac ſit? Caſin.

Non habitare hic homines mecum videntur, ſed ſues. Aſin.

Eho lutum lenonium, commictum cœnum ſterquilinium publicum, impure, inhoneſte, iniurie, illex, labes populi, procax, rapax, trahax, tre etis verſibus tuas impuritias traloqui nemo poteſt. Perſ.

Quid illic impudente audacius? Saltem tute, ſi pudoris egeat, ſumas mutuum. Amph.

Hic

Hic vereri perdidit. Compendium ædepol ætati haud optabile feciſti, cùm iſtanc nactus es impudentiam. Bacch.

In Iuriſconſultos Rabulas.

Cerberus forenſis.
Togatus vultur.
Morator: Leguleius: Formularius.
Bonorum extortor, legum contortor.
Vitilitigator. Rabula. σύρφαξ λις ἀγοραῖος *Fori purgamentũ, & quiſquiliæ* à Clemente Alexandrino.

Ex Plauto.

Ego me minoris facio præ illo, qui omnium legum atque iurium fictor conditor cluet. Epid.
Litium pleni, rapaces, viri fraudulenti. Menæch.
Iſtorum nullus nefaſtus eſt, comitiales ſunt meri. Ibi habitant, ibi eos conſpicias, quàm Prætorem, ſæpius. Hodie iuris coctiores non ſunt, qui lites creant, quàm ſunt hi, qui ſi nihil eſt litium, lites emunt. Pœnol.
Qui hic albo ariete aliena oppugnant bona. Perſ.

In Medicos

Medicus circumforaneus, iam cognitus & ſæpè victor, qui interfecit plurimos. Cicero.

In vitia corporis.

Iam plenus ætatis, animâque fœtidâ ſenex hircoſus, tu oſculere mulierem? Vt ne adveniens vomitum excutias mulieri? Mercat.
Oluiſti allium germana illuvies, ruſticus, hircus, hara ſuis. Moſt.
Plenior allii ulpicique, quàm ſint Romani remiges. Pœnol.
Apronii odor teterrimus, quem ne beſtiæ quidem ferre poſſunt, uni iſti ſuavis, & iucũdus videbatur. Cicero *in Aproniũ, cuius valle ſub alarũ trux habitabat caper, & os Mephitim exhalabat.*

In hominem ignobilem, obſcurum pauperem, infamem, exoſum.

Ex Cicerone.

Homo repentinus, à ſe ortus, ex infimo genere, & fortunæ gradu; non modò nobis, ſed nec inter ſuos quidem notus.
Emerſus ſubitò ex diuturnis tenebris luſtrorum.
Intolerandus ex cœno neſcio quo, atque ex tenebris tyrannus.
O tenebræ! o lutum! o ſordes! o paterni generis oblite! mate ni vix memor.

Hic

Hic terræ filius neſcio quis.

Hic homunculus ex argillâ & luto fictus, quem ego omninò natum neſciebam.

Humilis & abiectus, & obſcurus.

Auctoritas tenuis, perſona levis.

Boni nihil ab illis nugis expectandum.

Quiſquiliæ ſeditionis Clodianæ.

Homo contemtus & abiectus; contemta & ſordida vita.

Deſpicatiſſimi hominis furor, contemtiſſimi conſulis levitas.

Deſpectus à cæteris, à ſeipſo deſperatus, & relictus.

Bambalio. *Homo nullo numero, nihil illo contemtius.*

Ex *ſummis fortunæ & vitæ ſordibus* Conſul *factus, ſordes & fæx urbis.*

Inſigne odium omnium hominum vel ſi etiam Dij oderint, quos oportet, omnium Deorum.

Multis & graviſſimis iudicijs, ignominijsq́; conciſus.

Homines omnibus vitijs atq́; omni dedecore infames.

Omnium ſcelerum libidinumq́; maculis notiſſimus.

Famoſus. Maculoſus. Inſignis omnibus notis turpitudinis.

Sic notatus obambulans, ut non curâ, ſed cœno oblitus videatur.

Homo egens, ſordidus, ſine honore, ſine exiſtimatione.

Fortunâ egens, vitâ turpis, exiſtimatione damnatus.

Homines puſilli animi, & ipſa malevolentiâ ieiuni.

Homo ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu, qui eſt in ſummâ mendicitate.

Nihil illo egentius: in egeſtate vitam degens.

Quem omnes aſpernantur, atq́; abhorrent, & ferre non poſſunt.

Ex Plauto.

Amas hominem non nauci. Trucul.

Quid ais? homo levior quàm pluma, peſſime, & nequiſſime, Flagitium hominis, ſubdole, ac minimi pretij? Menæch.

Ego pol te redigam eodem, unde orta es, ad egeſtatis terminos. Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopiæ. Atq́; ea ſi erant, magnas habebas omnibus DIs *gratias.* Aſin.

Quid? illas itidem eſſe cenſes, quaſi te, cum veſte unicâ? Stich.

Me eſſe hominem pauperum pauperrimum. Aſin.

Quia tute ipſe eges in patriâ, nec tibi qui vivat, domi eſt. Captiv.

Imi ſubſellij viros, Plagipatidas, *quibus ſunt verba ſine penu & pecuniâ.* Capt.

Hoc

Digitized by Google

Hoc quod induta ſum, ſunt mea opes oppidò,
Nec cibo, nec loco tecta quo ſim ſcio. Rud.

Cui homini hodie peculii numus non eſt niſi plumbeus. Caſin.

Salvete fures maritimi, conchita, atq; hamiota, famelica hominum natio: quid agitis, ut peritis? PL. Vt piſcatorem æquum eſt, fame, ſiti ſpeq;. Rud.

Lenones ex gaudio eſſe credo procreatos. Ita omnes mortales, ſiquid mali eſt lenoni, gaudent. Rud.

Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, uti muſca, culicesq;, pedesq;, pulicesq;, odio & malo, & moleſtia: bono uſui eſtis nulli. Curcul.

Ex Terentio.

Tu nihil niſi ſapientia, ille futilis, ſomnium. Adelph.

Gerro, iners, fraus, helluo. Heaut.

Tace tu, quem eſſe ego puto infra omnes infimos homines. Nam qui huic animum aſſentari induxeris, è flammâ te petere cibum poſſe arbitror. Eunuch.

Id genus alias formulas διασυρτικὰς ex variis undique Authoribus Latinis, Græcis, antiquis iuxta atque recentioribus, colligere proclive erit Philologiæ ſtudioſo: qui quidem delectabitur eiuſmodi floſculis: dummodò probè memor eſſe poſſit regulæ Charitatis Chriſtianæ, quæ proximum nullâ vult affici contumeliâ, aut iniuriis: cuius planè immemor fuit is, qui ſuperiores modos inſectandi alios jam pridem in unicum illum faſciculum colligavit, atque ut ait, in uſum magni viri *Ioſephi Scaligeri Iulii Cæſ. à Burden Filii.* Nomẽ eius cùm odio ſit omnibus bonis, malis, doctis, indoctis, lubens ſilentio prætermitto. Fuit autem is in arte calumniandi planè Roſcius, è vico Tuſco aut Velabro oriundus. Sed ad alia properandum eſt.

Canen-

Canendi. Cantûs. Accinendi. Muſices. Symphoniæ. *Vide etiam infra*. Carminis.

Singen/Liedlein/Harmony/Muſic.

C*Anorâ hic voce ſuâ tinnire temperent.* Pœn. Prolog. v.33.

Lepidam & ſuavem aliquam cantionem cynædicã occipito. Sing ein hübſch bulen liedlein. Stich 5.v.19.

Age iam infla buccas. pfeif vf. Stich.5.5.v.26.

Nunc iam aliquid ſuaviter. Redde cantionem veteri pro vino novam. Stich.5.5.v.27.

Cantilenam eandem canis. Phorm.3.2.

Iſtac jam penes vos pſaltria eſt? Adelph.3.4.

Non ſunt in oratione tanquam tibicini percuſſionum modi, ſed univerſa comprehenſio & ſpecies orationis clauſa & terminata eſt. Or.216.b

Carmen & rebus, & verbis, & modis lugubre. Tuſc.200.

Vt in muſicis numeri, & voces, & modi. de Or.100.b

Surdus varietates vocum, aut modos noſcere non poteſt. de D. 120.a

Antiquus vocum modus, & varij canendi ſoni. de Le.177.b

Oculos, cervicesq́ pariter cum modorum flexionibus torquet. ibidem.

Hæc cùm preſſis & flebilibus modis, qui totis theatris mæſtitiam inferant, concinuntur. Tuſc.171.a

Si canere velim vel voce, vel fidibus. de D.134.a

Tibicen ſine fidibus canere non poteſt. de Or.139.b

Tibiæ modulatè canentes, & fidiculæ numeroſè ſonantes. de N. 30.a

Lituus, quo canitur. de Div.86.b

Epaminondas præclarè fidibus ceciniſſe dicitur. Tuſc.149.a

Cùm in eis conviviis ſymphonia caneret maximisq́ poculis miniſtraretur, retinere ſolitus eſt aratores. in V.170.b

Atq́ etiam illum Aſpendium citharistam, de quo ſæpè audiſtis, id quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit: ut etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videretur. in Ver.86.b Intus

S canere

canere, Proverbio dicitur is, qui in ſuam rem & commodum omnia convertit, ut quicquid faciat, non aliorum, ſed ſua cauſſa facere videatur.

Atq; hoc carmen hic tribunus plebis non vobis, ſed ſibi intus canit. contra Rul. 80.a

Cantu vocum, nervorum, & tibiarum tota vicinitas perſonabat. pro S.R. 41.a

Te gallorum, illum buccinarum cantus exſuſcitat. pro Muren. 128.b

Ad cantus, & ad tibicinem perſequi laudes clarorum virorum. de Leg. 182.b

Tibicines, iiq; qui fidibus utuntur, ſuo, non multitudinis arbitrio cantus numeroſq; moderantur. Tuſc. 248.b

Quod docti homines nervis imitati atq; cantibus aperuere ſibi reditum ad hunc locum. de Som. 119.a

Solet Roſcius dicere, ſe, quo plus ſibi ætatis accederet, eò tardiores tibicinis modos, & cantus remiſſiores eſſe facturum. de Or. 107.b

Gallus eſt animal canorum ſuâ ſponte. de D. 120.a

Vox ſuavis & canora. de Cl. 186.a

Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit in ſenectute. de Senect. 82.b

Sine contentione vox nec languens, nec canora. Offi. 27.a

Profluens quiddam habuit Carbo & canorum. Or. 145.a

Canorus orator & volubilis. de Cla. 154.

Hoc dulce, canorum illud, hoc benè olens. Aca. 6.b

Cantûs edere quiete ſatiatos. de Divin. l. 2. p. 234.

Delectari cantibus. Qu. Tuſc. l. 1. p. 311.

Carceris. Cuſtodiæ. Nervi. Vinculorum. *Vide etiam Tit.* Caſtigandi. Suppliciorum: & Verberandi.

Gefengnuß / Kercker / Plöcken / Gefangen nemen / Peinigen / Foltern / Martern / In hafften nemen / Ziehen / Binden / Knipſen.

In

Digitized by Google

IN carcerem impingi. Amph.1.1.v.3.
Abductus eſt in phylacam rectâ. Capt.3.5.v.93.
In nervum abducam. Pœn.ſc.Quam rem.v.18.
Quãdo ex nervo emiſſus, compingare in carcerem. Pœn.ſc. Quam rem.v.26.
Nempe optimo me iure in vinculis enecet magiſtratus. Rud. 2.5. v. 19.
In carcerem illo potius cubuiſſem die. Rud.2.6.v.14.
Vt aſſerventur magnâ diligentiâ. Capt.1.2.6.
Te in caveam dabo. Capt.1.2.v.15.
Cui me cuſtodem addiderat herus. Capt.3.6 v.50.
In cuſtodelam Simiæ concredere. Merc.2.1.v.9.
Item his diſcipulis privos cuſtodes dabo. Pſeud.3.2.76.
Concludam in vincula beſtiam nequiſſimam. Rud. 3. 1. verſ. 28.
Niſi te in carcerem compingier eſt æquum, ætatémque ibi te uſque habitare, donec totum carcerem contriveris. Rud. 3. 4. verſ.10.
Crede Deos voluiſſe, ut apud ſe me enicem. Aulular. 4. 10. verſ.13.
His indito catenas ſingularias. Capt.1.2.v.3.
Nos pudet, quia concatenati ſumus. Capt.2.1.v.9.
Si vos eximat vinculis, ac ſolutos ſinat. Capt. 2. 1.v.10.
Ita vinclis cuſtodiiſq; circumœniti ſumus. Capt.2.2.v.4.
Quid ceſſatis compede currere ad me, meaq; amplecti crura, ut vos cuſtodiam? Capt.3.4.v.118.
Inijcite huic manicas. Capt.3.5.v.1.
Aſtringet iſti vehementer manus. Capt.3.5.v.9.
Vt iſtas compedes tibi adimam. Capt.5.2.v.30.
Conſtringe tute illi actutum manus. Bacch. 4.7.v.1.
Aſtringite ad columnam fortiter. Bacch.4.7.v.25.
Fugitivis ſervis indunt compedes. Men.1.1.v.4.
In manibus geſtant copulas ſecum. Epid.5. 1.v.11.
Colligavit eum miſeris modis. Eunuch.5.5.v.13.
Hunc pro mœcho poſtea intus comprehendére, & conſtrinxére. Eun.5.5.v.23.
In carcerem eſt deductus. de Inv.l.2.p.254.
Vincula revellere. pro Cæcin.p.613.
Vinculis aſtringi. Acad.l.2.p.33.

Digitized by Google

Vt eum ſiderum vinculis alligaret. de Natur. Deorum libr. 2. p. 75.

Cùm illus ex tuis vinculis emiſſi fuimus. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. pag. 325.

Qui in compedibus corporis ſemper fuerunt. ibid.

Qui ferro vincti multos annos fuerunt. ibid.

Eas inter ſe copulant haud iiſdem vinculis, quibus ipſi erant colligati. de Vniuerſ. p. 384.

In vincula coniecti à Milone. Sext. 43.

Obiurgavi ſenatum, ut mihi viſus ſum, ſummâ cum auctoritate. Att.15.b

Videor mihi hanc urbem videre ſubitò uno incendio concidentem. in Catil. 120.b

In quâ ego nactus (ut mihi videbar) locum reſecandæ libidinis, vehemens fui. At. 6.b.

Vt ſpeciem aliquã viderer videre quaſi reviviſcentis reip. Ep.49.a

Si quid eſt in me, quod iam ſperare videor, quoniam. de Or.119.b

Nunc Catulo audiente videor debere non tam pugnare tecum, quàm quid ipſe ſentiam dicere. de Or. 112.a

Quia conſiliis, ut videmur, bonis utimur. At.78.a

Cuius ſocius videor eſſe debere. At.132.a

Neq; id facio (ut fortaſſe quibuſdam videor) ſimulatione. Ep.0.a

Videor mihi perſpicere. Ep.57.a

Sæpe de L.Craſſo familiari tuo illo videor audiſſe. de N.23.a

Videor iam te auſurus eſſe appellare. de Cla.166.b.

Si videris tibi me poſſe conſequi. E.157.a

Puero de mancipiis, quæ tibi videbitur attribuas. At.95.b

Tertiò ſi id quod ſpeciem haberet honeſti, pugnaret cum eo, quod utile videretur. Off.53.b

Hæc conſilia Bruto comprehendenda viſa. con.Rul.84.a

Nunc autem mihi viſum eſt de ſenectute aliquid ad te ſcribere. de Sen.77.a

Propone tibi duos reges, & id animo contemplare. pro Dei.p.121.

Imago eius ut vos vultis, in animum meum ſæpè incurrit. de nat. deor.l.1.p.44.

Tu animum poteris inducere contra ea, quæ à me diſputantur. de divin.l.1.p.165.

Animum inducere. q. Tuſc.l.5.p.462.

Æquitas aratorum commodo & volũtate perpẽditur. in V.p.404.

Rem ſuo nominis pondere penditote. in V p.412.

Cogitatione aliquid comprehendere. Qu. Tuſc.l.1.p.315.

Cogitatione aliquid complecti. ibid.

Cogitationibus molliſſimis effeminari. Qu. Tuſc.l.1.p.335.

Arbitratus ſum ad te præſcribere ea, quæ mihi veniebant in mentem. de pet.conſ.p.387.

Traducere cogitationes ad voluptates. Qu. Tuſc.l.3.p.392.

Induc in animum ita ſimulandum eſſe. de pet.conſ.p.99.

Affert ancipitem curam cogitandi. Off.1.p.7.

Poteſt nos in ſtudiis cogitationis, & ſine operâ noſtrâ continere. 1. (Off.p.10.

Dubi-

Dubitatio cogitationem ſignificat iniuria.1.Off.p.14.
Cùm omnia ratione animoq; luſtraveris. 1.Off.p.14.
Curandum eſt, ut cogitatione ad res quam optimas utamur. 1.Off. pag. 5. 2.
Qui omnes cogitationes ſuas abiecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam. de Amic. p. 196.

Cognationis. *Vide* Affinitatis.

Cognitionis Cognoſcendi. Intelligendi. Experientiæ. Notitiæ. Sciendi. Noſſe. Interpretandi. Dignoſcendi. Reſciſcendi.

Erkennen/ Wiſſen / Wiſſenſchafft haben / Verſtehen/ Erfahren / Verſuchen.

V*Bi te aſpexerit, narrabit ultrò, quid ſeſe vellet*. Pſeudol. 2. 4. verſ. 61.
Adibo contra. M N. *contollam gradum*. *Bacch. 3. 6. v. 6*. Sic loquuntur Comici, ubi de noſcitatione agitur. Similia exempla apud Plautum ſunt. Aul. 5. 1. v. 6. Rud. 2. 3. v. 3. Perſ. 1. 1. v. 15. Epid. 4. 1. v. 19.
Ædepol, ne tu illorum mores perquam meditatè tenes. Bacch. 3. 6. verſ. 26.
Rem reperi omnem ex tuo magiſtro. Bacch. 3. 6. v. 37.
Omnem rem tenes. Pſeud. 2. 2. v. 55.
Satin' hæc tibi ſunt plana & certa? ſatin' hoc meminiſti, & tenes? Perſ. 2. 2. v. 1.
Egopol Sauream non novi, neq; qua facie ſit, ſcio. Aſin. 2. 2. v. 86.
Faciunt ne intelligendo ut nihil intelligant. Andr. Prolog.
Hoc quid ſit? id eſt, *non intelligo* Andr. 1. 2.
Non herclè intelligo, Davus ſum, non Oedipus. ibid.
Quid hoc? intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? ibid.
Teneo: id eſt, *intelligo*. Andr. 1. 5.
Sat habeo. Andr. 2. 1.
Non rectè accipis. Du verſteheſt es nit recht. Andr. 2. 2.
Si te æquo animo ferre accipiet: id eſt, *intelliget*. Andr. 2. 3.

Digitized by Google

Omnia experiri certum eſt, priuſquàm pereo. Andr. .1.

Qui ſcis ergo iſtuc, niſi periculum feceris? at iſtuc periculum in filia fieri grave eſt. Andr. 3.3.

Sine modò, ſentiet qui vir ſiem. Er wirds erfahren. Eunuch. 1.1.

Experimini, in utramq; partem ingenium quid poſſit meum. Heaut. Prolog.

Iſtuc volo ergo ipſum experiri. Adelp. 2.1.

Experire, non eſt longum. Phorm. 3.2.

Neq; defetiſcar unquam adeò experirier. Phor. 4.1.

Mihi uſu venit hoc, ſcio: Ich habs erfahren. Phorm. 1.2.

Factum eſt periculum. Phorm. 2.1.

In experiundo ut eſſem. id eſt, *ut experiar.* Hecyr. Prolog.

Nunquam ita quiſquam benè ſeductâ ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi, aliquid moneat: &c. id eſt, *quin experientia ipſum ſemper aliquid doceat, quod prius ignoravit.* Adelph. 5.4.

Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te velim. Andr. 1.1.

Haud iſtuc dicas, ſi cognoveris vel me, vel amorem meum. Andr. 4.1.

Vnum cognoris, omnes noris. Phorm. 1.5.

Te interea loci cognovi. Eun. 1.2.

Non advorti primò: at poſtquam aſpexi anulum illicò cognovi. Eun. 1.2.

Alias cognoſtis eius fabulas, quæſo hanc noſcite. Hecyr. Prolog.

Inde eſt cognitio facta, Philumenam eſſe compreſſam ab eo. Hecyr. 5.3.

Pernoſcite, furtumne factum exiſtimetis, an, &c. Adelph. Prolog.

Ego illius ſenſum pulchrè calleo Adelph. 4.1.

Magis, ſi magis noris Syrum ſervum, putes ita rem eſſe. Heautontim. 5.1.

Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos, Cteſipho. Adelph. 2.4.

Senis noſtri fratrem Chremem noſtin? quid ni? quid? eius gnatum Phædriam? tanquam te. Phorm. 1.2.

Egomet me novi, & peccatum meum. Phorm. 1.4.

Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit: quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens, negligitur ipſa. Phor. 2.2.

Non

Non novi hominis faciem, ut faciam, ut noveris: magnus, rubicundus, &c. Hecyr.3.4.
Ego, quid agas, nihil intelligo. Andr.4.4.
Vereor ne alior ſum, atq; ego feci, acceperit. Eun.1.2.
Prorſus nihil intelligo, hui, tardus es. Heaut.4.4.
Num tu intelligis, quid hic narret? num tu? nil. tantundem ego. Phorm. 5.6.
Qui utramvis comœdiam rectè norit, ambas noverit. Andr. Prolog.
Nam antea qui ſcire poſſes, aut ingenium noſcere? Andr.1.1.
Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim, Simo. Andr.3.2.
Tandem agnoſti qui ſiem. Andr.3.4.
Si Simo hunc noris ſatis, non ita arbitrere. Andr.5.4.
Iſti te ignorabant. Sie kenneten dich nicht. Eun.5.9.
Erras ſi id credis. & me ignoras, Clinia. Heaut. 1.1.
Etiam nunc credis te ignorarier, aut tua facta adeò. Phorm. 5.7.
Quanquam hæc inter nos nupera notitia admodum eſt. Heautont. 1.1.
Nunc adeò, ut tu ſis ſciens, ni puerum tollis, iam iam ego: &c. Das ſolt u wiſſen/ꝛc. Andr.4.5.
Nec clam te eſt, quàm, &c. id eſt, *ſcis.* Andr.1.5.
Si id ſciſſem. Andr.4.6.
Sciri poteſt. man kans wiſſen. Andr.5.1.
Ego ſcibo ex hoc, quid ſiet. Eun.4.4.
Vbi comperi ex iis, qui ei fuere conſcii. Heaut.1.1.
Hoc primum ut ne quid huius ignores. Heaut.2.2.
Hinc ſciri poteſt, aut nuſquam alibi ibid.
Neſcio alias, me quidem ſcio ſemper feciſſe ſedulò. Heaut.2.3.
Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. Heaut.3.2.
Neſcio equidem: ſed te miror, qui alia tam planè ſcias: ſcil. *hoc ignorare.* Heaut.5.1.
Non certum ſcio. Phorm. 1.2.
Qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis. weil du wol weiſt/ was ich gethan hab. Phorm.1.3.
Tenes? ſcio. Phorm.1.4.
Neq; eius patrem ſe ſcire, qui fuerit. Phorm.2.2.
Aut ſcire aut neſcire hoc volo. Ich will drauß kommen/ obs war ſey/odr nicht. Phorm.5.3.
Multò meliùs hîc quæ fiunt, quàm illîc ubi ſum aſſiduè, ſcio. Hec.2.1.

Neq; adeò me clam eſt, quàm eſſe eum graviter læturum credam. Hecyr.2.1.

An temerè quidquam Parmenonem prætereat, quod facto uſus ſit. Hecyr. 5.4.

More hominum evenit, ego ut quod ſum nactus mali, prius reſciſcares tu, quàm ego, tibi quod evenit boni. Andr.5.6.

Malo coactus, qui ſuum officium facit, dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet. Adelph.1.1.

Reſcivit omnem rem. Adelph. 5.3.

Vbi comperi ex iis, qui ei fuere conſcii. Heaut.1.1.

Vereor, ne uxor aliquâ hoc reſciſcat mea. Phorm.4.1,& 5.1,

Placet hoc non fieri itidem ut in Comœdiis, omnia ubi omnes reſciſcunt: hic, quos par fuerat reſciſcere, ſciunt. Hecyr.4.5.

Iſtum quamprimum abſolvitote, ne aliquâ ad patrem hoc permanet. Adelph.2.4.

Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia: primus porrò obnuncio. Adelph. 42.

Cognitioni alicuius rei ſe dedere. de divinat. libr. 1. pagin. 194.

Conſtat inter omnes. de fin. l.4.p.227.

Illud tamen exploratum habeto, nihil fieri potuiſſe ſine causâ. de divin.l.2,p.234.

Cùm ingeniis quibus ſumus, cognoſco. Pœn.5.4. v.12.

Hic noſter pater eſt, hic nos cognovit modò. Pœn.5.5.v.45.

Eius animum de noſtris ſatis noſcimus. Stich.1.1.v.4.

De hac mihi ſatis haud liquet. Trin.2.1.v.6.

Reſcivit omnem rem. Adel.52.v.5.

Cuivis facile ſcita eſt. Hecyr.3.1.v.15.

Non ſum neſcius, quantum ſuſceperim negotii. ad Herenn. libr.3. pag.67.

Nam neminem veſtrum fugit. ad Herenn. libro 4. pagina 115.

Non ſum neſcius inquit Scævola, iſta inter græcos dici ſolere. de Orat. l. p.218.

Neq; enim hoc te fallit, Craſſe. de Orat.l.1.p.340.

Cauſa quæ non recepta, ſed innata, neque delata ad me, ſed in animâ ſenſuque adeò penitus affixa, atque inſita eſt. in Verr pag. 546.

Illud me non præterit. pro A. Cluent p.9.

Alicuius æquitatem animi propè noſſe. contra Rul.p.96.

Neq;

Neq; enim quenquam noſtrum fugit. pro Leg. Mur. pagin. 226.
Non ſum neſcius. pro L. Syll. p. 323.
De omnibus conſtat. pro L. Syll. p. 323.
Nihil te fugere potuit. Ep. ad Fam. l. 10. p. 277.
Num quem habuerit de conſcius. ad Heren. l. 1. p. 24.
Non inſcii ſunt eius artificii. ad Heren. l. 3. p. 63.
Clarorum hominum ſcientiam rerum geſtarum, vel utilitate vel magnitudine metiri. de Orat. l. 1. p. 270.
Omnium illarum artium penè infinitam vim, & materiam ſcientiâ & cognitione comprehendit. de Orat. libr. 1. pagin. 271.
Omnem omnium rerum atq; artium ſcientiam, de Orat. libr. pag. 326.
Si uſum rerum percallueris de Orat. l. 2. p 386.
Tuæ ſcientiæ excellenti ac ſingulari non multò plus, quàm noſtræ relictum eſt loci. Ep. ad Fam. l. 1. p. 44.
In quibus ſolis ſcientiam ineſſe dicimus, Acad. l. 2. p 15.
Ipſe ſi nihil ſcire id unum ſciat. Acad. Qu. l. 1. p. 83.
Stabilem ſcientiam rerum tenere. de fin. l. 1. p. 122.
Omnem hanc ex Etruriâ ſcientiam adhibebant. de divinat. libr. 1. pag. 156.
Ad cognitionem rei alicuius omni curâ ſtudioq; rapi. de divinat. l. 1. p. 201.
Habere inſitam quandam vel potiùs innatam cupiditatem ſcientiæ. de fin. l. 4. p. 213.
Quoniam id vitium ignotum Sergio non fuiſſet. Offic. libr. 3. pag 115.
Totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt. de Orat. libr. 3. pag. 468.
Verſatus eſt in omni fere genere cauſarum. Brut. p 565.
Amplectitur maximè cognitionem. Acad. l. 2. p. 19.
Si notionem veri & falſi nullum habemus. Acad. l. 5. p 20.
Vt illa cognoſcantur oculis, ſic reliqua viſu. Acad. l. 5. p. 20.
Si ſatis eſt ad tollendam cognitionem. Acad. l. 1. p. 30.
Quod niſi cognitum comprehenſumq; animis haberent. de nat. Deor. l. 2. p. 51.
Cognitionem alicuius rei capere. de naturâ Deorum. libr. 2. pagin. 106.
Cognitionem alicui afferre. Qu. Tuſc. l. 3. p. 400.

Omnes trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus. Off.p.10.

Atq; illi quorum ſtudia vitaq; omnis in rerum cognitione verſata eſt. Off.l.1.p.62.

Tamen ab augendis hominum utilitatibus & commodis non receſſerunt. Off.l.1.p.62.

Non me præteribat. Ep.Fam.l.10 p.282.

Panſâ amiſſo, quantum detrimenti Reſpub. acceperit, non te præterit. Ep.ad Fam.l.11.p.328.

Non te fugit. Ep. ad Fam.l.11.p.329.

Mihi non eſt notum. Ep.Att.l.1.p.17.

Neq; id ipſum certum habeo. Ep. At.l.1.p.17.

Mihi perſpecta eſt, & integritas, & magnitudo animi tui. Ep Att. l.1. p.32.

Quàm ſuſpenſo animo, & ſolicito ſcire averes. Epiſt. Attic. libr. 2. pag.67.

Quæ cavenda fuerint, & quomodo, te non fugit. Epiſt. Attic. libr. 3.pag.101.

Nobis notitiæ rerum inprimuntur. Acad.l.2.p.14.

Quod in omnium animis eorum notionem impreſſiſſet ipſa natura. de nat. Deor.l.1.p.20.

Quoniam innatas cognitiones habemus. de natur. Deor. libr. 1. pag.20.

Non eram neſcius. Fin.l.1.p.96.

Itaq; aiunt hanc quaſi naturalem, & inſitam in animis noſtris ineſſe notionem. de Fin.1.p.108.

Dolum malum Aquilius tùm teneri putat, cùm aliud ſimulatum ſit, aliud actum. de N.75.a.

Iam tenetur veniſſe cum maximis copiis Pacorum Pathum. Att. 225.b.

Quaſi hoc perſpicuum ſit, conſtetq; inter omnes, eſſe Deos. de N.b. de O.143.a. Orat.118.a. Qu.Fra.294.b. de Fin.128.a. id eſt, *conſtanter omnes confirment.*

Fungi hæc putatis quæ patent? quæ nota omnibus? quæ tenentur. pro Mil.116.a.

Quando ego conſcia mî ſum, à me culpam hanc procul eſſe. Ad.3.2.

Conſtat inter omnes. de In.55.a. In A.180.

Verba ſumpta de medio. h.e. omnibus nota. Or.212.a.

Hæc non ſint quæſita ex occulto aliquo genere literarum, ſed ſumpta de medio, & rebus palam per magiſtratus actis. pro D.241.a

Digitized by Google

Conſcium eſſe aliquem alicui rei. de Or.192 a
Vides officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius. in Verrem 229. a
Nolo viros primaries eſſe temeritati & mendacio conſcios. in Ver. 229.a
Huic tanto facinori tua mens liberalis conſcia eſſe non debuit. pro 48. b
Qui mihi in privatis rebus omnibus conſcius eſt. At.16.a
Non tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. de Clar. 177.a
Omnes qui Latinè ſciunt. de Fin.76.b
Cum Græcè, ut videor, luculenter ſciam. ibid.67.a
Eaq; dum animis attentis admirantes excipiunt, fugit eos & prætervolat numerus. Orat.216.b
Maledicto nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur. pro Plan.271 a
Vt filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret. in Verrem 259.b
Aliquid ex ſermone alicuius memoriâ dignum excipere. de Orat.93.a
Niſi ſi quid ex prætereunte viatore exceptum eſt, nihil ſcire poſſumus. At.19.a
Adverſarij non ſolùm ſententias, ſed etiam verba omnia excipere. de Or.122.a
Omnia alicuius loquentis verba excipere. de D.119.a
Vt eo tempore ipſo miſit qui rumores Africanos exciperent, & celeriter ad ſe deferrent. pro Deio. 148.a
Ex alterius oratione excipere aliud atque ille vult. de Orator. 134.a
Periculis & laboribus tribuitur quoque quæ inferuntur: ut, Cum in me illa flamma illorum temporum conijciebatur, excepi, & pro patriâ ſolus exarſi. de Ar.254.a
Omnem vim improborum excepi meo corpore. pro Dom. 225.b
Vnum pro univerſis ſubire atque excipere omnia tela. de Prov. 77.b
Is omnia tela excipiat neceſſe eſt. in V. 44.b
Quantum ex tuis literis habeo cognitum. 255.a
Sin eum nondum ſatis habes cognitum. Ep.211.a
Habere vitam alicuius perſpectam. Ep.167.b
Siculi ad meam fidem, quam habent ſpectatam iam, & diu cogni-

tam confugiunt. in Verr. 56 b

Vt ante Gal. Sextil. decimas ad aquam deportatas haberent. in Verr. 151.a

Itaq; hic converſam iam habent demonſtrationem ſuam. in Ver. 230.b

Orator habeat omnes philoſophiæ notos & tractatos locos. Orat. 207.b

Docemur auctoritate legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates. Or. 101.a

Non habeo ambiguum. Ep. 173.a

Habeo expertum. Ep. 158.b

Vt habeat paratum, quid quaq; de re dicant. Or. 122.b

Cum exploratum habere cœpero, &c. At. 175.b

Quod me hortaris ut abſolvam, habeo abſolutum. Qu. 328.b

Hoc quod interſit, certè habes ſubductum. Att 81.b

Hæc & innumerabilia quæ collecta habent Stoici. de D. 138.a

Quæ non animum meum magis ſolicitum habent, quàm tuum. Ep. 25.b 90.a

Solicitum autem te habeat cogitatio, tùm officij, tùm etiam periculi. ibid. 96.b

Sic ergò habeto, ſalutares, te mihi miſiſſe literas. At. 139.b

Id primum ergò habeto. Ep. 216.b

Vnum hoc ſic habeto. Ep. 2 .a & 23.a

Atq; hoc ſic habeto. Qu. Fr. 99.b

Neq; tamen adhuc habet, quod te accuſem. Ep. 22.a

Hi ſic habeant, quæcunq; in equite Rom. dignitas eſſe poteſt, eam ſemper in M. Cælio habitam eſſe ſummam, hodieq; haberi ab omnibus. pro Cæl. 38.a

Illum velim ſic habeas, &c. Ep. 45.a

Ita ſtatutum habeas, &c. 79.b

Non ſemper vulgi iudicium cum intelligentium iudicio congruit. de Cla 181.a

Doctus & intelligens vir. de Fin. 94. b

Exiſtimator doctus & intelligens. de Cla. 195.a

Quæ non modo iſtum hominem ingenioſum & intelligentẽ, verum etiam quominus noſtrum, quos iſte idiotas appellat, delectare poſſent. in V. 200.b

Qui teretes aures habent, intelligensq; iudicium. de Op. 244.a

Nihil non intelligens intelligente praſtantius eſt. de Vn. 196.b

Intelligens dicendi exiſtimator. de Cla. 182.a

Erat

Digitized by Google

Erat & cupidus voluptatum, & cuiusvis generis eius intelligens & copioſus. de Fin. 78 a

Intelligentia eſt, per quam animus perſpicit. de In. 82. a

Dum intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore. de Vn. 196. b

Cùm in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt, in his ſenſum ineſſe & intelligentiam. de N. 34. a

Pars animi, quæ rationis atq; intelligentiæ ſit particeps. de Divin. 95. a

Quod intelligentia & ratione comprehenditur. in V. 193. b

Nam & communis intelligentia nobis notas res effecit, easq; in animis noſtris incoavit: ut honeſta in virtute ponantur, in vitiis turpia. de Leg. 165. a

Quod quadam animalis intelligentia per omnia permeet. Acad. 30. a

Neptunum eſſe animum cum intelligentiâ per mare pergentem. de 1. a

In eas imagines mentem intentam, infixamq; noſtram intelligentiam capere quid ſit Deus. de N. 11. b

Plato ait ideas ſemper eſſe, ac ratione, & intelligentiâ contineri. Or. 197. b

Philoſophi tollunt aſtutias, quatenus ratione & intelligentiâ tenere poſſunt. Off. 65. b

Mens ſimplex fugere intelligentia noſtra vim ac notionem videtur. de N. 7. b

Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentiâ ſenſúq; diſiunctum. de Or. 86. a

Definire aliquid ad commune iudicium, popularemq; intelligentiam accommodare. Or. 207. b

Omnes qui ex omni ætate hac in civitate iuris intelligentiam habuerunt. in At. 213. a

Tamen fretus intelligentiâ veſtrâ, breviùs diſſero, quàm cauſſa deſiderat. de N. 11. b

Quid cenſes? hunc quo ſtudio & quâ intelligentiâ eſſe in rebus ruſticis pro S. R. 25. a

Quid de guſtatu & odoratu loquar? in quibus intelligentia etſi vitioſa eſt, quædam tamen, &c. Acad. 6. b

Proponenda quædam quaſi moventia ſunt, quæ nos magis ad cognitionem intelligentiamq; convertant. Tuſc. 241. a

Simul

Digitized by Google

Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potiùs, quàm appellant ἔννοιαν *illi, viditq; &c.* de Fi. 94.b
Difficilis eſt animi, quid aut qualis ſit intelligentia. Tuſc.159.a

---

Cohortandi. *Vide* Admonitionis.
Coitûs. *Vide* Adulterij.

Colligendi. Acquirendi. Condendi. Theſaurizandi.

Samlen / Hinderſich legen / Geld aufbringen / Zu hauf bringen / Zu wegen bringen.

S*Erere, percipere & condere fructus.* de Sen. 81.b
Scientia condendi ac reponendi fructus. de N. 57.b
Vt eſſet locus comparandis condendiſq; fructibus. contra Rullum 83.b
Neque homines murium ac formicarum cauſſa frumentum condunt. de N. 57.b
Craſſus pollicitus eſt, ſe ius civile, quod nunc diffuſum, & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum. de Orat. 121.a
Interea dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur. Ibid. .00.b
Itaq; non amplius XIV. cohortes Nuceriam coegi. At. 130.
Neminem coegeris: ipſi convenerint ſuâ ſponte. pro Cæcinn. 296.a
Quæ ſi copiæ in unum locum coactæ fuerint. Att. 130.b
Vt reliquæ copiæ omnes Brunduſium cogerentur. ibid. 129.b
Cogere homines armatos. pro Cæc. 290.a
Vt nec duces ſimus, nec agmen cogamus. At. 243.b
Sed omnibus in unum locum coactis ſcriptoribus. de In. 61.b
Recordare cetera, quàm citò ſenatum coegerim. Ep. 60.a
Cato in ipsâ curiâ ſolebat legere, dum ſenatus cogeretur. de Fin. 91.a
Marcellus me rogavit, ut cogerem medicos: coegi & è veſtigio eò ſum profectus? Ep. 56.a
Aer extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N. 46.a

Multa

Multa ſunt ex quibus effici cogiq́; poſſit. &c. de N. 66. a
Ex quibus, id quod volumus, efficitur & cogitur. de Leg. 176. a
Hic complexus eſt infirma: aliud enim quàm cogebatur illatum eſt. de In. 58. b
Hoc cogere volebat, falſas literas eſſe. Brut. 91. b
Idemq́; tu plurimum operæ, ſtudij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum meum contuliſti. At. 52. b
Reditum, ſi me tantum amas, quantum certè amas, hominibus confice. Ep. 132. b
Exercitum conficere. pro Pomp. 15. b. At. 125. a
Bibliothecam conficere. At. 48. b
Pecuniam conficere. contra Rull. 72. b pro Flac. 163. pro Syll. 150. a

Colloquendi. *Vide ſupra plura Tit.* Alloquendi.

Anreden / Zureden / Zuſprechen.

C*Onloquar*: **Jch will mit ihnen reden.** Andr. 5. 6.
Vbicunque datum erat ſpatium ſolitudinis, ut colloqui mecum unà poſſet. Hecyr. 1. 2.
Prendo hominem ſolum: ut ſcil. *ſolus cum eo colloquerer.* Phor. 4. 3.
Si quando ad eam acceſſerat confabulatum, fugere è conſpectu illicò, videre nolle. Hecyr. 1. 2.
Cum hoc id agebam commodùm. Phorm. 4. 3.
Nempe ergo apertè vis, quæ reſtant, me loqui.
Ita apertè ipſam rem modò loquutus: nil circuitione uſus es. And. 1. 2.

Comitatûs.

Geferte / Leytten / Begleitten.

S*Vpremum habuiſti comitem conſilijs tuis.* Pſeud. 1. 1. v. 15.
Comites ſequuti ſcilicet ſunt virginem. Eunuch. 2. 3. v. 54.
Stipatus ſemper ſicarijs, ſeptus armatis, munitus indicibus fuit. Seſt. 48.

Non

Non uſitatâ frequentiâ ſtipati ſumus. Mil. 222.

Cum uxore vectus eſt in rhedâ vulgi magno impedimento, & muliebri delicatoq; ancillarum puerorumq; comitatu. Mil. 233.

Præbere ſeſe alicui mirificum comitem. Epiſt. ad Fam. lib. 1. pag 21.

Eius fugâ comitem me adiungerem. Ep. Att. l. 9. p. 284.

Periculorum & diſcriminum comites alicui adiungere. de Nat Deor. l. 2. p. 116.

Eorum eſt habendus ad ſummam naturâ bonum optimus beatiſſimusq; comitatus. de Amic. p. 214.

Commemorandi. *Vide Tit.* Narrandi.

Commendandi. *Vide etiam* Laudandi.

Befehlen / Vertrauwen / Vbergeben / Recommendiren / Gutt wort verleihen / Verſchreiben / Commendation ſchrifft geben.

M*E tua commendo, & committo fidei.* Eunuch. 5. 2. v. 46.

Qui in tutelam meam ſtudium ſuum & ſe in veſtram commiſit fidem. Hecyr. Prol. 52.

Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris, id eſt, quantum poteris. Eunuch. 2. 1.

Et me & meum amorem & famam permitto tibi: id eſt, commendo. Heaut. 2. 2.

Meâ commendatione te non delectari patiebar. Epiſt. ad Fam. l. 7. p. 197.

T. Finarium, familiariſſimum meum tanto tibi ſtudio commendo, ut maiore non poſſim. Epiſt. Famil. libr. 12. pag. 378.

Vt intelligat hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuiſſe, Ep. Famil. lib. 13. p. 409.

M. Fabium

Digitized by Google

M. Fabium, quòd mihi amicum tuâ commendatione des, nullum in eo facio quæſtum. Ep. Fam. l.15.p.480.

Oratorem meum (ſic enim inſcripſi) Sabino tuo commendavi. Ep. Fam. l.15.p.487.

Quamquam tibi præſens commendavi, ut potui, diligentiſſimè ſocios Bithyniæ, teq́ cùm meâ commendatione, tùm etiam tuâ ſponte intellexi cupere ei ſocietati, quibuſcumq́ rebus poſſes, commodare. Ep. Fam lib.13 p.396.

Quare, mi Cicero, perſevera conſtanter nos conſervare, & Sulpitij ſucceſſori nos de meliori notâ commenda: Epiſt. Fam. l.7.p.209.

Tibi re & verbis oſtendit, meâ commendatione ſeſe valdè eſſe commotum. Ep. ad Fam. l. 7.p.199.

Ego renovabo iſtam commendationem. Epiſt. ad Fam. lib.7. pag.100.

Gratiſſimum mihi feceris, ſi huic commendationi meæ tantum tribueris, quantum cui tribuiſti plurimùm. Ep. ad Fam. l. 13. p.407.

Fidem meam, veſtram commendationem implorare cœpit. Epiſt. ad Fam. l.14.p.463.

Velim receptam in fidem tuam, à meq́ etiam tibi commendatam, autoritate & auxilio tuo tectum velis eſſe. Epiſt. Att. l. 15.p.479.

Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam. Offic. lib. 2. p.92.

Comminationum. *Vide* Minandi.

Commodi. *Vide* Vtilitatis.

Comœdiarum. Fabularum. Hiſtrionum. Hiſtoriarum. Spectaculorum. Theatrorum.

Spiel/ Comedien / Gauckelſpiel/ Luſtſpiel/ Schawſpiel/ Fabel/ Kurtzweil.

Hiſtrioniam

Digitized by Google

Hiſtrioniam facere. Amph.Prol.v.90.152.
Optimas fruſtrationes dederis in Comœdiis. Moſtell. 5. v. 30.
Poëta quamprimùm animum ad ſcribendum appulit, id ſibi negotij credidit ſolùm dari, populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. And.Prol.v.1.2.3.
In prologis ſcribundis operam abutitur. Andr.Prol.v.5.
Menander fecit Andriam & Perinthiam. Andr. Prolog. verſ. 9.
Diſputant in eo contaminari non decere fabulas. Andr. Prolog. verſ.16.
Poſthac quas faciet de integro comœdias, ſpectandæ an exigendæ ſint nobis prius. Andr. Prol.v.26.
Facere fabulas. Phor.Prol.v.4.
Artem tractare muſicam. Phor.Prol.v.18.
Fabulam inceptat. Andr.5.4.
Atqui herclè ego quoque illam audivi fabulam. Phorm.5.6.
Hem, quæ hæc fabula? Eunuch.4.4.
Naille haud ſcit, quàm mihi nunc ſurdo narret fabulam. Heaut. 1.2.
Fabulæ: mihi quidem non herclè ſit veriſimile. Andr.3.1.
Hariolare: fabulæ: logi: ſomnium: verba iſtæc ſunt: garris modò. Phorm.3.2.
Iam nos fabulæ ſumus, Pamphile, ſenex atque anus. Hecyr. 4.3.
Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. Prolog. Eunuch.
Hecyra eſt huic nomen fabulæ: hæc cùm data eſt nova, novum intervénit vitium, ut neque ſpectari neque cognoſci potuerit. Hecyr. Prolog.
Alias cognoſtis eius: quæſo hanc noſcite. ibid.
Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent. ibid.
In his, quas primùm Cæcilij didici novas, partim ſum earum exactus, partim vix ſteti: quia ſcibam dubiam fortunam eſſe ſcenicam, &c. ibid.
Perfeci ut ſpectarentur: ubi ſunt cognitæ, placitæ ſunt. ibid.
Hæc conficta à poëtis arbitror eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis expreſſamque imaginem noſtram vitæ quotidianæ videremus. pro S.R.p.52.
Fabulas ſuppeditare poëtis. de Nat.Deor.l 2.p.75.
Fabulas ſpernere ac repudiare. de Natura Deorum lib. 2. pag. 178.

Commen-

commentitiis fidem adiungere. de divin. l. 2. p. 257.

Tabellarum auditione ducantur. de fin. l. 5. p. 268.

Fictam & commentitiam fabulam dicunt prolatam à Platone. Off. l. 3. p. 115.

Damni infecti alicui ſatis dare. in Verr. p. 217.

Hoc tibi non invideo, caruiſſe te ſpectaculo. Epiſt. ad famil. libr. 8. pag. 218.

Tamen ſpectaculum hominibus præbent. de natur. Deorum. lib. 2. pag. 112.

Cùm ad cæteras res illuſtres, tùm ad ſcribendam hiſtoriam maximè ſe applicaverunt. de Orat. l. 2. p. 359.

Commovendi, Permovendi.

Bewegen/Erheben.

Commovi, ſcil. ſenem. Andr. 2. 6.
Concaluit. Heaut. 2. 2.

Vt neq; me conſuetudo, neq; amor, neq; pudor commoveant, neq; commoveat ut ſervem fidem. And. 1. 5.

Qui cum ingeniis conflictatur eiuſmodi, neq; commovetur animus in ea re tamen. Andr. 1. 1.

Quem neq; fides, neq; iuſiurandum, neq; ulla miſericordia repreſſit neq; reflexit, neq; quod partus inſtabat propè! Adelph. 3. 2.

Quidnam ille commotus venit? Phorm. 1. 4.

Ego iam te commotum reddam. Andr. 5. 2.

In hac commotus ſum: id eſt, amore incenſus. Eun. 3. 5.

Percuſſit illicò animum. at at, hoc illud eſt, hinc illæ lacrumæ. And. 1. 1.

Si me efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum animi quidam dolor, quis non ignoſceret? de Ar. 247. b

Dolore efferri & iracundiâ longiùs digredi quàm deceat. de Ar. 244. a

Læſi dolent, irati efferuntur. pro Cæl. 41. b

Efferri lætitiâ. pro Deiot. 148. b

Si vincunt, efferunt ſe lætitiâ: victi debilitantur, animoq; demittunt. de Fin. 135. a

Efferre ſe inſolenter. Tuſc. 117. a

Gaudio ſum elatus. Ep.191.a.
Efferre animos. pro Dom. 241.b
Sed certè non continebuntur, progredientur longiùs, efferentur. contra Rul. 85.b.
Seſe gloriâ & prædicatione efferre. Par.11.8.a
Tùm omnem orationem traduxi, & converti in increpandam Cepionis figuram. de Or.127.a
Et animos ad noſtram defenſionem conor traducere. de Or.136.b.
Quæ promulgatio animos à minore curâ ad ſummum timorem traduceret. Ep.5.a
Vt mihi viderer animum hominis ab omni aliâ cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Ep.3.b
Iudices à ſeveritate ad hilaritatem traducere. de Cla.165.a
Traducere eos, qui audiunt, in magnam admirationem. Or.216.a
Is traduxit me ad ſuam ſententiam. pro Clu.48.a

Commutandi. Permutandi.

Verwandeln/ Veränderen.

VT cum patria caritate conſtantiæ gloriam commutaret. pro Seſt.11.a
Qui fidem ſuam ad perniciem innocentis pecuniâ commutavit pro Clu. 44.a
Multi leve compendium fraude maximâ commutarunt. ad Heren.11.b
Poſſeſſionis invidiam pecuniâ commutare. cont.Rul.63.b.
Ornandi cauſsâ proprium verbum proprio commutatum. de Orat. 156. a
Mortem cùm vitâ commutare. Ep.50.a
Quis unquam conatus eſt omnia iura, & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione ſine quæſtu? in V.158.a

---

Comparandi. Similitudinis. Æqualitatis. Proportionis. Æquandi. Exæquandi. Paritatis.

Gleich·

Gleichheit/Vngleich/Ehnlich.

P*arùm eſt, preut.* Amph. 1. 1. v. 218.
Nimis ſimilis eſt mei. Amph. 1. 1. v. 286.
Tam conſimile eſt, atq; ego. Amph. 1. 1. v. 87.
Nihil hoc ſimile eſt ſimilius. Amph. 1. 1. v. 188.
Neq; lac lacti eſt magis ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei. Amph. 2. 1. v. 54. Vide paulò poſt ſimili loco. ex Plauti Menæch. & Milite.
Eodem vos pono, & paro, pariſſimi eſtis hibus. Curc. 4. 2. v. 20. *Vide Lexicon Plaut.* Pono.
Nõ minus ſimilis, quàm lacti lac ſi conferas, aut aqua aquæ. Bacc. Prol. 49.
Novarum eſſe ædium arbitror ſimilem ego hominem. Moſt. 1. 2. v. 8. & v. 38.
Ecquid aſſimilo ſimiliter. Men. 1. 2. v. 37.
Ita formâ ſimili pueri, uti mater ſua non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat. Men. Prol. 19.
Tua imago eſt, tam conſimilis eſt quàm poteſt. Menæch 5. 9. verſ. 4.
Ego hominem homini ſimiliorem nunquam vidi alterum, neque aqua aquæ, neq; lac eſt lacti crede mihi ſimilius, quàm hic tui eſt. Men. 5. 9. v. 20. 30. 31. Cic. l. 4. Acad. Quæſt. *Ovorum ſimilitudo*, in proverbio.
Dicam adveniſſe ſororem tam ſimilem, quàm lac lacti. Mil. 2. 2. 85.
Proh Dii immortales! ſimiliorem mulierem, magisq; eandem, utpote quæ non ſit eadem, non reor Deos facere poſſe. Mil. 26. v. 48.
Ex imo puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi, quàm hæc eſt, atq; iſta hoſpita. Mil. 2. 6. v. 70. 71.
Sed ubi exempla conferuntur meretricum aliarum. Pœnol. 1. 2. verſ. 85.
Fuerat hoſpes par illius Siculus. Rud. prol. v. 49.
Cum veſtris noſtra non eſt æqua factio. Trin. 2. 4. v. 51.
Ibi opulentus tibi par forte ut venerit. Trin. 2. 4. v. 68.
Par pari reſpondet. Truc. 5. 1. v. 49.
Qui utramvis rectè norit, ambas noverit: non ita ſunt diſſimili argumento, &c. Andr. Prolog.
Optimè hoſpes pol Crito antiquum obtines. Andr. 4. 6.

Conſimilem luſerat iam olim ille ludum. Eun.3.5.

Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt: unum cognoris, omnes noris. Phorm.1.5.

Quam ſimilis uterq; eſt ſui. Phorm.3.2.

Ego iſti nihilo ſum aliter ac fui. ibid.

Quæ hæc coniuratio? ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintque omnia? neq; declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias: itaque adeò uno animo omnes ſocrus oderunt nurus: viris eſſe advorſas æquè ſtudium eſt, ſimilis eſt pertinacia: in eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam, &c. Hecyr. 2.1.

Itidem mulieres ſunt fermè, ut pueri, levi ſententiâ. Hecyr.3.1.

Au! ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Eun.4.4.

Ego homuncio hoc non facerem, ſcil. *quod fecit Deus.* Eunuch. 3. 5.

Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocumque dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. Eun.2.3.

Deniq; ſi conferendum exemplum eſt, non fratrem videt rei dare operam. Adelph. 1.2.

Satrapes ſi ſiet, ſufferre eius ſumtus non queat. nedum tu poſſis. Heaut. 3. 1.

Mulier mulieri magis congruet. Phorm.4.5.

Ne nos inter nos congruere ſentiant, id eſt, *colludere.* Heautontim.3.1.

Cum aliquo comparari. pro Qu.p.1.

Aliquam venari ſimilitudinem ad Her.l.4.p.124.

Hoc propè iniquiſſimè comparatum eſt, quod in morbis corporis, ut quiſq; difficillimus eſt, ita medicus nobiliſſimus, atq; optimus quæritur in periculo capitis, ut quæq; cauſſa difficillima eſt, ita deterrimus obſcuriſſimusq; patronus adhibetur. pro A.Cluent. pag. 26.

Cum legibus conferemus? cum fœderibus pertendemus? Corn. 129.

Lupi canibus ſimiles. Acad.l.2 p.28.

Ova ovorum, & apes apum ſimillimæ. ibid.

Eâ collatione utamur aliquando. Tuſc.Qu.l.4.p.424.

Iam ſe illis ferè æquarunt. l.1.Off p.3.

E . lia eiuſdem generis. l 1.Off.p.7.

Omnia quæ ſunt ad vivendum neceſſaria, inquirat, & paret. l.1. Off.p. 7.

Quis-

Digitized by Google

Quicquid eiuſmodi eſt. l.1. Off. p.13.
Ea quæ ſunt generis eiuſdem. l.1. Off. p.11.
Si contentio quædam & comparatio fiat. l.1. Off. p.14.
Hæ in deligendo officio ſæpè inter ſe comparentur, neceſſe eſt. l.1. Off. pag. 60.
Cognovit adoleſcens: placuit homini prudentiſſimo: in ſummâ amicorum copiâ cum familiariſſimis eius eſt adæquatus. pro Cor. Bal. 60. a
Quid noſter hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit? pro Arch 190. b
Inſidet quædam in optimo quoq; virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ ſtimulis concitat atq; admonet, non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri, ſed cum omni poſteritate eſſe adæquandam. pro Ar. 191. a
Quæ à me ipſo effecta ſunt, deorum vitam poſſint adæquare. de Vn. 202. a
Senatorum enim urna copioſè abſolvit, equitum adæquavit, Tribuni ærarii condemnarunt. At. 3 1. b
Poteſt accidere ut exſiſtat aliquid, quod & veriſimile videtur & abſit longiſſimè à vero, quomodo, ſi magna ex parte ad verum ipſum, aut quàm proximè accedunt. Acad. 10. b
Alexidis manum amabam, quod tàm propè accedebat ad ſimilitudinem literæ tuæ At. 100. a
Sanè dubitare viſus eſt Sulpitius & Cotta, utrius oratio propiùs ad veritatem videretur accedere de Or. 108. a.
Ad ſimilitudinem deorum propiùs accedebat humana virtus quàm figura. de N. 20. b
Qui tolerabiliores volunt eſſe, & ad veritatem vitæ propiùs accedere. de Or. 103. b
In utramq; partem dicendo & audiendo eliciant, & tanquam exprimant aliquid, quod aut verum ſit, aut ad id quam proximè accedat. Ac. 3. a
Præſenſio & ſcientia rerum futurarum proximè ad deorum vim naturâ mortali accedit. de Diu. 80. a
Ad ſapientiam proximè accedere. de Am. 103. b
In dicendo numeroſum putatur, non quod totum conſtat è numeris, ſed quod ad numeros proximè accedit. Or. 218. b
Duobus igitur ſummis, Craſſo & Antonio, L. Philippus proximus accedebat: ſed longo intervallo tamen proximus. de Cla. 180. a

Digitized by Google

Velim tibi perſuadeas, cùm conſtet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimeſcas, nunquam perturbere, me huic tuæ virtuti proximè accedere. F.177.b

Superiorem eſſe contra improbos, minùs negotii eſt, quàm bonis exæquari. Poſtquam. 203.a

Pauci pluribus exæquari poſſunt. ad Her. 30.a

Exæquare omnia. de Fin. 92.a

Sed vereor ne quia complures tibi præcipuè commendo, exæquare videar ambitione quâdam commendationes meas. Epiſtol. 218. a

Pecuniâ omnium dignitatem exæquat. Att.62.b.

Vt longitudo & plenitudo harum ſyllabarum multitudinem in alterius membri aſſequatur & exæquet. ad Her.30.b.

Iſte omnia iura pretio exæquavit, omnium rerum delectum atq; diſcrimen pecuniâ ſuſtulit. in V.133.b

Qui in amicitia neceſſitudine ſuperiores ſunt, exæquare ſe cum inferioribus debent. de Am.109.b.

Fuere aliquando apud Siculos, peræquâ proportione cæterâ. In Verr. 230.c

Quæ cùm omnes Aſiæ civitates proportione in provincias deſcripſiſſet, illam rationem in imperãdo ſumptu & Pompeius & Flaccus ſecutus eſt. pro Flac.151.b

Quemadmodum ignis animis, ſic anima aqua: quodq; anima aqua id aqua terra proportione reddit. de Vn.197.b

Vectigal quod Græcis æqualiter Sylla deſcripſerat. Fr. 203. b.

Deinde ad temperationem ſuperiorem revertit, in quâ omnem animum univerſa natura temperans permiſcebat, ſuperiorisq; permiſtionis, reliquias fundens æquabat, eodem modo fermè, niſi quod non ita incorrupta, ut ea quæ ſemper idem. de Vni. 202. b

Inter quos poſſet excellere, cùm iuſſe pati æquari. de In. 42.b.

Omnium ante damnatorum ſcelera, furta, flagitia, ſi in unum locum conferantur, vix cum huius parvâ parte, æquari conferrique poſſe. in V.80.a.

In ſummâ aliquid ponere æqualitate. de Leg.1. p.308.

Oratio cum magnitudine utilitatis comparetur. l.1.Off.p.72.

Eorum ſe fore ſimiles. l.2.Off.p.82.

Nam & corporis commoda cum externis, & externa cum corporis, & ipſa inter ſe corporis, & externa cum externis comparari ſolent. l.2.Off.p.100.

Sed

Digitized by Google

Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec ſolitudo cum illâ comparanda eſt. Cic. Off. l. 3. p. 101.

Exæquare ſe cum inferioribus debent. de Amic. p. 210.

Comparandi. *Vide* Æſtimandi.

Compendii. *Vide* Brevitatis.

Compenſandi. Reſarciendi.

Vergelten/ Einbringen.

C*Ertisq; operis & officiis erit, quod violatum eſt, compenſandum.* Off. 47. b

Veſtra in me attentè audiendo benignitas provexit orationem meam: ſed hoc compenſabo brevitate eius orationis, quæ &c. pro Dom. 219. b

Si tamen hoc vitium compenſant, vel facultate, vel copiâ. Orat. 220. a

Vix illo otio compenſandam hanc Reip. turpitudinem. Att. 114.

Summi labores noſtri magnâ compenſati gloriâ, mitigantur. de Or. 144. a

Maſſilienſes Gallicorum bellorum pericula populi (al. *à populo*) *Rom. copiis armisq; compenſarunt.* pro Fon. 276. b

Damna in ſtipendiis ab eo diſſoluta, & compenſata ætatis fructu. in V. 242. b

Atq; hæc omnia honoris commodis compenſantur. pro Clu. 49. b

Paucitatem pedum (rectiùs *ſyllabarum*) *gravitatis ſuæ tarditate compenſat ſpondeus.* Orat. 218. a

Sed ſit offenſus, nonne compenſabit cum uno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum. in P. 96. b

Compenſabatur tamen cum his omnibus (*morbis veſicæ & viſcerum*) *animi lætitia, quam capiebam.* de Fin. 85. a

Compenſabatur cum ſummis doloribus lætitia. ibid.

Et cum maximis curis & laboribus compenſare eam, quam ex diſcendo capiant voluntatem. de Fin. 136. b

Neq; ulla re aliâ, quæ à nobis conſequuntur, niſi operâ ſuâ compenſari poſſe putant. pro Mur. 141. a

Si facta compenſanda ſunt, conferamus æquitatem. Antequam 194.b. (161. a

Catonis eſt dictum pedibus compenſare pecuniam. pro Flacc.

Compeſcendi. *Vide etiam* Fræni. Refrænandi.

Zäumen / Zuruck halten.

V*T illius animum, qui nunc luxuriâ & laſciviâ diffluit, retundam, redigam, ut quò ſe vortat, neſciat.* Heautontim. 5. 1.

Complectendi. Comprehendendi.

Begreiffen.

H*Æc adverſaria parvi temporis memoriam, illa tabula perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur.* S. R. 46 a

Aſſentior tibi qui non ita amplecteris artem, ut alii ſolent. de Or. 94. a. (51. a

Quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non, &c. pro Qu. Roſc.

Quæ ſi iudex non complectetur omnia conſilio. pro Fon. 279. a

---

Componendi. Compoſitionis.

Zuſammen fügen.

N*Ihil eſt in animis mixtum atq; concretum, aut quod ex terra natum atq; fictum eſſe videretur.* Tuſ. 16?. a

Quoniam nihil ſit animis admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Tuſc. 16?. a

Quid enim obſecro te, terra ne tibi, aut hoc nebuloſo, & caliginoſo cœlo, aut ſata, aut concreta videtur, tanta vis memoriæ & 161.

Nam

Nam nunc quidem quanquam foramina illa, quæ patent ad animum à corpore, &c. tamen terrenis concretisq́; corporibus ſunt interſepta quodammodo. & 158.a

Neceſſe eſt, ut animi ferantur ad cœlum, & ab his perrumpatur & dividatur craſſus hic & concretus aer, qui eſt terræ proximus. Tuſc. 157.a

Aer purus ac tenuis, cœlum craſſum atq; concretum. de Nat. 34.a

Pingue & concretum eſſe cœlum. de D.107.

Species deorum quæ nihil habeat concreti, nihil ſolidi, nihil expreſſi, nihil eminentis. de N.16.a

Deus omne quod erat concretum & corporeum, ſubſternebat animo. de Vn.199.b

Aer fuſus & extenuatus in ſublime fertur, concretus autem in nubem cogitur. de N.46.a

Initia unde omnia orta, generata, concreta ſunt. Tuſc.242.a

Nam ſanguinem, bilem, pituitam, &c. videor poſſe dicere, unde concreta, & quomodo facta ſint. Tuſc.160.a

Corpus concretum ex elementis. de N. 65.b

Etenim aut ſimplex eſt natura animantis, &c. aut concretum ex pluribus naturis. &c. 66.a

Cum claram ſpeciem concreto lumine luna Abdidit. de Divin. 84.a

Complexus es illud funeſtum animal ex nefariis ſtupris, ex civili cruore, ex omnium ſcelerum importunitate, & flagitiorum impunitate concretum. in P.84.a

---

Computandi. *Vide* Rationum.
Conatûs. *Vide* Laborandi.

Concedendi. Supponendi.

Zugeben/ Setzen/ Nachgeben.

S*Ed primum poſitum ſit, noſmetipſos commendatos eſſe nobis*. de Fin.11.b

Digitized by Google

His igitur ita poſitis, ſequitur magna contentio, quæ pertractata eſt à Peripateticis mollius. de Fin. lib. 2.

Poſitum ſit igitur inprimis, quod poſt magis intelligetur, ſine Philoſophiâ non poſſe effici, quem quærimus, eloquentem. Or. 98. a

---

Conciliandi. *Vide* Reconciliandi.

Conciliorum. Comitiorum. Senatûs. *Vide etiam* Iudicij: & Accuſandi.

Zuſammenkunfft/ Reichſtag/ Rathſchagen/ Gerichtstag halten.

DE *capite meo ſunt comitia.* Aul. 4. 7. v. 19.

Pſeudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. Pſeud. 4. 7. v. 131.

Meo nunc fiunt capiti comitia. Truc. 4. 3. v. 45.

Gracchus cum comitia nihilominus peregiſſet. de Nat. Deor. l. 2. pag. 54.

Quid enim magis eſt, quàm poſſe à ſummis imperijs & ſummis poteſtatibus comitia tollere. de Legib. l. 2. p. 332.

Concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere. de Leg. l. 2. p. 332.

Quem hominum fama beneficiorum memor, in concilio cœleſtium collocavit. Off. l. 3. p. 109.

O præclarum diem! cùm in illud animorum concilium cœtumq́; proficiſcar. de Senect. p. 182.

Comitia illa ſunt armis geſta ſervilibus. de Leg. 93. a

Iudicia privata magnarum rerum obire. de Or. 99. a

Obieris Q. Fr. Comitia. At. 3. a

Obire auctionis diem facilè poteris. Att. 208.

Eoq; magis, quod his proximis Non. cùm in hortos D. Bruti Auguris commentandi causâ, ut aſſolet, veniſſemus, tu non affuiſti, qui diligentiſſimè ſemper illum diem, & illud munus ſolitus eſſes obire. de Am. 96. b

Annum petitionis ſuæ non obierunt. Ep. 159. b

Multa mihi ipſi ad mortem tam tempeſtiva fuerunt, quæ utinam potuiſſem

Digitized by Google

patuiſſem obire. Tuſc. 172.a

Antonius diem edicti obire neglexit. in A.187.a

Nec ulla vitiorum ſacra ſolennia obeunto. de Le.173.a

Quam concionem Clodius, niſi obire facinoris locum tempusq́; voluiſſet, nunquam reliquiſſet. pro Mil. 106.b

Concionis.

Verſamlung / Gemeind.

Libri Protagoræ in concione combuſti. de Nat.14.a

Quid aliud fuit, in quo concio rideret, niſi illa vultus & vocis imitatio? de Or.131.a

Conſul advocat concionem, habet orationem talem, qualem &c. pro Seſt.8.b

Advocare concionem donandi cauſſâ. in V.190.a

Concio quæ ex imperitiſſimis conſtat. de Am.118.b

Clamor concionis. de Fin.80.b

Ex hac ego lege ſecundâ concionis voluntate omnia illa tollebam. At.18.a

Nullam maiores noſtri vim concionis eſſe voluerunt. pro Fl.149.a

Græcorum tota reſpub. ſedentis concionis temeritate adminiſtrantur. ibid.

Non ſunt eadem iſta labes, eas habet conciones, ea miſcet, ea turbat. de Aruſp.254.b

In concionem aſcendere. in Orat. poſt red. p.386.

Hominis importuniſſimi contumeliæ, quibus crebris concionibus me onerat, tuis erga me officijs, leniuntur. Ep. ad Fam. l.5. p.120.

Populum concionibus tenere. Off.1.p.48.

In concionem aſcendere. de Fin.l.2.p.159.

Concordiæ. *Vide* Pacis.
Concludendi. *Vide* Abſolvendi.
Concredendi. *Vide* Credendi.
Concubinatûs. *Vide* Adulterij.
Condemandi. *Vide* Accuſandi.

Condiendi

Digitized by Google

Condiendi, *Vide etiam* Coquendi.

Würtzen/Pfeffern/Geſchmack machen.

NAm dum volunt iſti lauti terrâ nata, quæ lege excepta ſunt, in honorem adducere fungos, heluellas, herbas, omnes ita condiunt, ut nihil poſſit eſſe ſuavius. Ep. 07.b

Perſpicuum eſt enim, quo compoſitiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo lenocinia corporum proceſſerint. de Nat. 55.20.b

Labor in venatu, ſudor, curſus ab Eurota, ſitis, fames: his enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Tuſcul. 247.a.b

Quare non erunt illa quidem meliora, ſed certè condita iucundius. pro Mur. 140.a

Omninò duo ſunt quæ condiant orationem, verborum numerorumq́ iucunditas. Or. 2 5.a

Qui vitia, quæ ab natura habet, etiam ſtudio atq́ artificio quodam malitia condivit pro Clu. 32.b

Neque eſt ulla temperatior oratio, quàm illa, in quâ aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur. de Or. 128.a.b

Hilaritate triſtitiam temporum condire. At. 100.a

Operibus hominum, id eſt, manibus cibi etiam varietas invenitur, & copia: nam & agri multa ferunt manu quæſita, quæ vel ſtatim conſumantur, vel mandentur condita vetuſtati. de N. 56. b. Poteſt etiam *Condita* legi à Condo.

Perſæ mortuos cerâ circumlitos condiunt. Tuſc. 171.a

Conditionis. Fortunæ. Status.

Zuſtandt/Gelegenheit/Weſen/Beding.

SCin' quomodo tibi ſe res habet? Aul. 1.1.v.8.

Accipere conditionem. Aul. 2.2.v.60.

Opinione melius res ſtructa eſt domi. Aul. 3.6.v.8.

Nihil morantur Lacones infimi ſubſellij viros. Capt. 3.1.v.11.

Ferre alicui conditionem. Rud. 4.3.v.17.

Conditio

Conditio penſior eſt. Stich.1.v.61.
Vt aliam conditionem filio inveniat ſuo. Truc.4.3.v.75.
Eâ lege hoc adeò faciam. Heaut 5.5.v.10.
Quaſi iſthic minor mea res agatur, quàm tua. Heautontim.2.3.v.113.
Omnibus nobis, ut res dant ſeſe, ita magni ac humiles ſumus. Hecyr.3.3.v.20.
Accepit conditionem. Sie iſts eingangen. Andr.1.1.
Harum rerum conditionum nunc utram malis, vide. Heaut. Heaut.2.2.
Hanc conditionem ſi cui tulero extraneo. So jhmich die Tochter anbiete. Phorm.4.1.
Quæ vobis placita eſt conditio, datur. Hecyr.2.1.
Conveni hodie quendam mei loci hinc atque ordinis, id eſt, *meæ conditionis*. Eunuch.2.2.
Duras fratris partes prædicas: id eſt, *iniqua eſt ipſius conditio*. Eunuch.2.3.
Eâ lege atq; omine, ut ſi te inde exemerim, ego pro te molam: id eſt, *eâ conditione*. Andr.1.2.
Quid vos? quo pacto hic? ſatis ne rectè? nos ne? ſic, ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet. Andr.4.6.
Scin' tu, ut tibi res ſe habeat? wie deine Sachen ſtehen. Eunuch.4.7.
In eum iam res rediit locum, ut ſit neceſſe: &c. Heaut.2.2.
Pejore res loco eſſe non poteſt, quàm in hoc, quo nunc ſita eſt. Adelph.3.2.
Quid rei geris? ſic tenuiter. Phorm.1.2.
Adeón' rem rediiſſe? Phorm.1.3.
In eum incidi infelix locum, ut &c. ibid.
Quòd ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut diſtrahar. Phorm.1.4.
Videtis, quo in loco res hæc ſiet. Phorm.2.3.
Quonam in loco ſunt res & fortunæ meæ. Phorm.3.1.
Sic ſeſe habent principia, ut dico: adhuc tranquilla res eſt. ibid.
Tùm equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem: ſtatus quis eſſet. Wie du dich geſtellt haſt. Eunuch.3.5.
Conditionem ferre alicui pro Qu.p.32.
Pari conditione uti. ibid.
Conditionem æquiſſimam repudiare. pro Qu.p.15.
Tolerabili conditione aliquid tranſigere. pro Qu.p.36.

Venire

Digitized by Google

Venire ad alicuius conditionem. in Verr.p.371.
Æqua conditio certamenq́; proponitur. in Verr.p.297.
Onerare, augere aliquem bonis conditionibus. in V.p.369.
Eâ conditione,& tam ſe in ijs tertis collocatum arbitratur, ne quid &c. pro Font.p.584.
Hæc mihi eſt propoſita conditio. pro A. Clu.p. 20.
Hunc vitæ ſtatum uſq; ad ſenectutem obtinere debet. Corn.pag. 132.
Quorum ius & conditio fortunæ infima eſt. Corn.135.
Accipere conditiones Ep.ad Fam.lib.16.p.498.
Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt. Ep. ad Fam.l.16.p.499.
Fugere à conditionibus. ibid.
Hanc conditionem miſerè ferunt. pro S.R.25.
Quæ res ſic ſe habet. At.68.a
Verùm ita ſe res habet. pro Qu.1.a in Verr.133.b
Præclarè enim ſe res habet, ſic &c. de Or.94.a
Domitij ſe malè habent. Ep.124.b
Dum ego me non bellè haberem. At.74.a
Malè enim ſe res habet, cùm &c. Offi.137.de Or.137.b
Sed res iam quomodo habeat ſe, diutiùs neſcire non poſſum. Att. 163.b
Rem huc deduxi, ut palàm pugnare poſſetis. in C.105.a
Quem in locum res deducta ſit, vides. Ep.36.b
Eum in locum res deducta eſt, ut. Ep.260.a
Certamen deducere ad extremum. Ep.121.b

Conducendi.

Dingen / Ein werck annehmen / Verdingen.
Gallicè: Entreprendre de faire quelque choſe.

N*On conduci poſſim vitâ uxoris annuâ.* Aſin.5.2.v.37.
Conduxit coquos, & tibicinas haſce apud forum. Aul.2.4.v.2
Quantillo argento te conduxit Pſeudolus? Pſeud.4.7.v.95.
Me nemo poteſt, minoris quiſquam nummo ut ſurgam, ſubigere. Pſeud.3.2.v.19.

Verba

Verba me ſubigunt, ut mores diſcam. Stich. 2. 1. v. 39.
Redemtor, qui columnam illam de Cottâ, & de Torquato conduxerat faciendam. de D. 118. a
Is reſpondit, ſe eius operis HS CCCVI conductorem fuiſſe. Att. 319. a

---

Conficiendi. *Vide* Efficiendi.
Confidentiæ. *Vide* Criminis.

Confirmandi. Affirmandi. Aſſeverandi.

Beweiſen / Darthun / Bejahen / Beſtreitten / Vberzeugen.

Argumentis vincere. Amph. 1. 1. v. 267.
Se planum facturum, ab eo maleficium non abeſſe. ad Her. lib. 2. p. 22.
Deliberationem ſuam ponet ante oculos. ad Her l. 2. p. 33.
Frequenter ante oculos poterit ponere. ad Herenn. libr. 4. pag. 124.
Planum faciet ab eo matrem eſſe occiſam. de Invent. lib. 1. p. 168.
Digitum ad fontes intendere. de Orat. lib. 1. p. 223.
Præclarè mihi videris, Antoni, poſuiſſe ante oculos. de Orat. libr. 2. pag. 364.
Satis idoneas argumentationes attulerit. ad Herenn. libr. 2. pag. 28.
Hominum exiſtimationi te, atque innocentiam tuam probari velis. in V. p. 368.
Magno illud clamore approbaverunt. pro Arch. poet. p. 355.
Non ſum (mihi crede) mentis compos. At. 138. b
Finem nullum facio (mihi crede) Caſſi, de te cogitandi. Ep. 183. a
Illuſtrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. Ep. 6. a
Mihi crede iſtuc, ut cetera. At. 215. b
Hoc mihi non modò confirmavit, ſed etiam perſuaſit. At. 254. a
Qualis, ut arbitror, nemo unquam erit: & ut confirmare poſ-

ſum,

ſum, certè nunquam fuit. de Am.77.a
Hoc vero fieri planè non potuiſſe confirmo. de Or.109.a
Ego tibi confirmo, eam &c. Pro Pom.17 b
Memini me ex multis audire, te deglorioſo & celeri reditu meo confirmare. E.85.a
Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, me &c. contra Rull. 68.b
Difficile eſt hoc de omnibus confirmare. pro Arch. 188.b
De me tibi ſic promitto atq; confirmo, me &c. Epiſt.40.a
Quaſi ego id curem, quid aiat, aut neget. de Fin.79.a
Vt neque neget, neq; aiat aliquid. Acad.26.a
Diogenes ait, Antipater negat. Off.70.a
Sunt etiam valdè contraria alia, quæ appellantur negantia ἀποφατικὰ Græci contraria aientibus: ut, ſi hoc eſt, illud non eſt. Top.224.b
Plurimis argumentis corroborat breviter expoſitam rationem. ad Her.l 2.p.36.
Tenuiſſimâ ſuſpicione aliquid confirmare. pro Aul. Gluent. pag.61.

Confugiendi. Aſyli. *Vide etiam ſupr.* Auxilij.

Zuflucht/ Hülff ſuchen/ Beiſtandt/ Zuſpringen.

IN tuam fidem miſericordiamq; confugit. pro Qu.p.3.
Me in gregem ſicariorum contuli. pro S.R.p.69.
Ad meam fidem, quam habent ſpectatam, rem diu, & cognitam. in Verr.p.115.
Hic locus eius fortunæ miſeræ multumq; iactatæ portum ac perfugium erit futurus. pro A.Cl.p.5.
Fuga portus erat in caſtris tuis. Ep.ad Brut. p.541.

Congruendi. *Vide* Conſentiendi.

Coniecturæ.

Muthmaſſung/ Errathen.

Eequid

ECquid tu de odore poſſis, ſi quid forte olfeceris, facere coniecturam. Men.1.2.v.53.

Nunquam hodie quivi ad coniecturam evadere. Rud. 3.1.v.20.

Vbi iſte bonus ſervus, qui propudii me maximè innocentem falsò inſimulavit. Mil. 2. 4. v. 12.

Pergin

Pergin' ſceleſte intendere, atque hanc arguere. Mil. 2. 4. verſ. 27.

Inſimulare aliquem perperam. Mil. 2. 5. v. 39.

Neque me quidem patiar, probri falsò impune inſimulatam. Mil. 24. v. 43.

Propter eam, quicquam eveniet noſtris foribus flagitij. Merc. 2. 3. v. 82.

Facere damni mavolo, quàm opprobramentum, aut flagitium muliebre efferri domo. Merc. 2. 3. v. 87.

Suam culpam ſinit expetere immortalem. Amph. 1. 2. verſ. 33.

Si tu abſtuleris, mirum ac magnum feceris facinus. Pſeud. 1. 5. v. 97.

Facere aliquod flagitium. Aſin. 5. 1. verſ. 3.

His iam ædibus vitium additur. Moſt. 1. 2. verſ. 25.

Ne voſmet noſtra etiam vitia loquamur. Pœn. 1. 2. 42.

Quis erit vitio, qui id advertet tibi. Epid. 1. 2. v. 5.

Orcus eum ad ſe recipere noluit. Pſeud. 3. 2. verſ. 6. De homine ſceleratiſſimo, & flagitioſiſſimo. Talis enim formula de huius farinæ homine frequentabatur. *SI TAMEN AB ORCO RECEPTVS EST.*

Ne poſterius in me culpam conferas. Amph. 2. 2. verſ. 150.

Mea ſit culpa, quod egomet contraxerim. Amph. 3. 1. v. 11.

Haud promeruit, quamobrem vitio verteres. Amph. 5. 2. verſ. 12.

Quem mendacij prehendit manifeſto modo. Bacch. 4. 4. verſ. 45.

Quid tandem admiſi in te, ut loqui non audeam? Men. 5. 1. v. 12.

Impingere culpam in aliquem. Mil. 3. 3. v. 54.

Quæ in ſe culpam commerent. Merc. 4. 6. v. 12.

Veſtrum erit flagitium. Pſeud. 5. 1. v. 3.

Neve idcircó nobis vitio vortas. Rud. 3. 3. v. 38.

In mutuum culpam confert. Truc. 4. 3. v. 55.

Me tibi obnoxium fateor culpa compotem. Truc. 4. 3. v. 61.

Iſtæc in me cudetur faba. Eun. 2. 3. v. 94.

Non meâ operâ neque pol culpâ evenit: in te omnis hæret culpa ſola. Hecyr. 2. 1. v. 32.

Eum in culpâ inventurum arbitror. Hecyr. 3. 5. v. 20.

Culpâ meâ invenit diſſidium. Hecyr. 3. 5. v. 26.

Ego.

Digitized by Google

Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi, quæ te eſt penes. Hecyr. 4. 1. v. 20.

Culpam in ſe admittere. Phor. 2. 1. v. 40.

Qui malevoli veteris poetæ maledictis reſpondeat. And. prol. verſ. 7.

Nunquam rem vitio dant, quæſo animum ad vortite. And. prolog. v. 8.

Dehinc vt quieſcant porrò moneo, & deſinant maledicere, maledicta ne noſcant ſua. And. prol. v. 2.

Hoc ipſi vitio datur. Adel. 3. 4. verſ. 55.

Hæc cum data eſt, vitium intervenit novum. Hecyr. prolog. verſ. 2.

Aliud alijs vitij eſt. Hecyr. 2. 2 v. 28.

Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit? Andr. 3. 5.

Vbi illum ego ſceleroſum miſera atque impium inveniam? Eunuch. 4. 3.

Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari, neque potare, non eſt, neque fores effringere: hæc ſi neque ego, neque tu fecimus, non ſivit egeſtas facere nos. Adelph. 1. 2.

Id nobis ſervis tam flagitium eſt, ſi ſcil. *piſces corrumpantur, quàm illa, Demea, non facere vobis, quæ modò dixti, quæ* ſcil. *honeſta ſunt.* Adelph. 3. 4.

Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum, per oppreſſionem ut hanc mi eripere poſtulet? Adelph. 2. 2.

An ut ne quid turpe civis in ſe admitteret propter egeſtatem, proximo iuſſa eſt dari. Phorm. 2. 2.

Hæcine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere noſtro? Adelph. 3. 4.

Herclè factum abs te eſt turpiter. Hecyr. 4. 4.

Flagitium facimus. Eunuch. 2. 3.

Tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem. Eun. 4. 3.

Indignum, Chreme, iam facinus faxo ex me audias. Andr. 5. 2.

Pro Deûm fidem, facinus fœdum! Eunuch. 5. 5.

Hoc vide, quod inceptet facinus. Heaut. 3. 3.

Illud inceptum, id eſt, facinus, *ſignum animi non inſtrenui.* Heaut. 1. 1.

Ex illan' familiâ tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. Adelph. 3. 5.

Hic pulcherrimum facinus audivi. quod? neſcio: atqui mirificiſſimum. Patruus tuus eſt pater inventus Phanio uxori tuæ. Phorm. 5. 6.

Nam

Digitized by Google

Nam illa, quæ antehac facta ſunt, omitto: modó quid deſignavit? Adelph.1.2.

Quidquid huius factum eſt, culpâ non factum eſt meâ. Eunuch. 5. 6.

Ibi culpam in te transferet. Andr.2.3.v.5.

Si certum eſt facere, faciam, verùm ne pòſt conferas culpam in me. Eunuch.2.3.v.101.

Ego mî conſcia ſum, à me culpam hanc procul eſſe. Adelph.3. 2.

Si ſenſerit te timidum pater eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam. Phorm. 1. 4.

Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit, ex quâ re minus foret temperans. Phorm. 1.5.

Noſtrapte culpâ facimus, ut malos expediat eſſe. Phor. 5.2.

Tum matrem ex eâ re me, aut uxorem in culpâ inventurum arbitror. Hecyr.3.1.

Nullam de his rebus culpam commeruit tua, à meâ uxore hæc ſunt exorta omnia. Hec.4.4.v.9.

Meminiſtin' olim ut fuerit voſtra oratio in re incipiundâ ad defendendam noxiam? Phorm.1.4.

Hic in noxiâ eſt, ille ad defendendam cauſſam adeſt. Phorm. 1. 5.

Magnum hoc ſignum eſt, eam eſſe extra noxiam. Heaut. 2.2.

Ita me ament dî, quòd me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam: ſed non facilè eſt expurgatu. Hecyr. 2.3.

Pueri inter ſeſe quàm pro levibus noxiis iras gerunt. Hecyr. 3. 1.

At meo merito, credo: id eſt, *meâ culpâ: quaſi dicat, minimè!* Phorm. 5.8.

Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Eunuch. 5. 7.

Dum aliquid aliud flagitii conficiat. Phorm. 5.1.

Atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram derivem ſenis. Phorm.2.1.

Hera in crimen veniet, ego in magnum malum. Hecyr. 3.1.

Te hoc crimine expedi. Hecyr. 5.1.

Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Eunuch.5.2.

Scelus ludificatus eſt virginem. ibid.

Quid ego tantum ſceleris admiſi miſer? Heaut.5.2.

Carnufex quæ loquitur? Andr.1. 2.

Illis crucibus, quæ nos, noſtramq́ adoleſcentiam habent deſpicatam, nunc referam gratiam: id eſt, *illis ſceleſtis.* Eunuch. 2.3.

Dii vo-

Dii veſtram fidem, hominem perditum & ſacrilegum! Eunuch. 3.1.

Qui nunc ſi detur mihi, ut ego unguibus facilè illi in oculos involem veneſico. Eunuch. 4.3.

Fugitive prodi, malè conciliate. Eunuch. 4.4.

Quid ais veneſica? Eunuch. 5.1.

Quid ais ſacrilega? ibid.

Debeam, credo, iſti quidquam furcifero. Eunuch. 5.2.

Hunc perterrebo ſacrilegum. Eunuch. 5.3.

Virum bonum eccum Parmenonem incedere video. ibid.

Ego te, furcifer, ſi vivo. Eunuch. 5.6

Gerro, iners fraus, heluo, ganeo, damnoſus. Heaut. 5.4.

Hominem iſtum impuriſſimum quamprimùm abſolvitote: fertigt ihn bald ab. Adelph. 2.4.

Hoccine ſaclum? ô ſcelera, ô genera ſacrilega, hominem impium! Adelph. 3.2.

Perſuaſit ille impurus, ſat ſcio. Adelph. 3.3.

Illud ſis vide exemplum diſciplinæ: Sehe mir den ſchönen Geſellen! Adelph. 5.1.

Non manum abſtines, maſtigia? Adelph. 5.2.

Impuratus me ille ut etiam irrideat? Phorm. 4.3.

An quicquam pro iſtis factis dignum te dici poteſt? Hecyr. 2.1.

Hoccine tam audax facere auſum? Eun. 4.3. v. 2.

Vide, quod inceptet facinus. Heaut. 3.3. v. 34.

Haccine flagitia facere, & hæc te admittere indigna genere noſtro? Adel. 3. 4. v. 45.

Ex illâne familiâ tam illiberale facinus eſſe ortum? Adel. 3. 5. v. 3.

Maior filius tuus Aeſchinus, neque boni, neque liberalis functus eſt officium viri. Adel. 3. 5. v. 18.

Me hæc delictum in me admiſiſſe, id mihi vehementer dolet. Adel. 4. 7. v. 3.

Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adoleſcentis. Adel. 4. 7. verſ. 3.

Hera in crimen veniet. Hecyr. 4. 4. v. 2.

Abs te factum eſt turpiter. Ibid.

Date illi in aliis potius peccandi locum. And. 1. 4. v. 6.

Nunquam animum quæſti gratiâ ad malas adducam partes. Hecyr. 5. 3. v. 38.

Contra

Digitized by Google

Contra legem facere. de Inv. l. 2. p. 254.
Committere contra legem. Brut. p. 533.
In eam partem peccant. pro S. Roſc. p. 54.
Nullum punctum temporis vacuum peccato præterire. in Ver. p. 199.
Omnia deorum hominumq; iura novo, & inaudito ſcelere polluit. Phil. 11. p. 490.
A peccatis aliquem avocare. de Leg. l. 31. p. 323.
A delicto avocare. Ibid.
Si conſulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris. de Leg. l. 3. p. 357.
Peccati ſe inſimulare. Qu. Tuſc. l. 3. p. 403.
Quamplurimis vitijs contaminabit perſonam. Her. lib. 2. pag. 22.
Vitio non mediocri conflictatur. Her. lib. 2. pag. 46.
A quo tandem abeſt iſte vitio? Her. l. 4. p. 116.
Ne nomen quidem ei vitio impoſuerunt. de Orat. l. 2. pagin. 340.
Nonnunquam in hoc vitium ſcurrile delabitur. de Orat. l. 2. p. 416.
In matrem confert crimen. Herenn. l. 1. p. 17.
Cùm ab reo facti cauſa in aliorum peccatum transfertur. Her. l. 2. p. 33.
Vt peccatum hæreat non in eo, qui monuerit, ſed in eo, qui non obtemperarit. de D. 88. b
Ne Catilinæ familiaritatis crimen hæreat. pro Cæl. 40. a. &
In quo non modò crimen non hærebat, ſed vix diſerti adoleſcentis cohærebat oratio. pro Cæl. 40. b
Fama adoleſcentis paulum hæſit ad metas. pro Cæl. 49. b. & 53. b
Hoc mihi planè hæſit. pro Cæl. 145.
Poteſt homini huic hærere peccatum. pro Quint. Roſc. 47. a
Non poteſt hærere in tam bonis civibus tam acerba iniuria. Epiſt. 82. a
Si quid prætermiſſum à me fuerit, commiſſum facinus, & admiſſum dedecus confitebor. Epiſt. 40. b
Maleficia admittere, & committere. pro Roſ. 28. b
Quod flagitium Lentulus cum Antonio non accepit? quod ſine eodē illo Catilinâ facinus admiſit? pro Syll. 170. a

Eiusdem

Digitized by Google

Eiuſdem eſſe, qui in illâ repeccarit, & hac quoque admiſiſſe. de In. 68. a

Quodnam concepi tantum ſcelus, aut quod in me tantum facinus admiſi? pro Mil. 121. b

Id te admiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. pro Qu. 15. a

Quid quiſq; voluerit, cogitarit, admiſerit. pro Syl. 180. a

Si admiſiſſet aliquid, quod non poſſit honeſtè vereq; defendere. pro Mil. 113. b

Sperabam fore, vt aliquid conveniret potius, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. Att. 145. a

Deos intueri, qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat. de L. 172. b

Quid vnquam Habitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur? pro Clu. 53. a

Ea in te admiſiſti, quæ à verecundo inimico audire non poſſes. in A. 169. b

Cauſſa de parricidio dicitur, per ſervos admiſit. pro Roſ. Am. 31. b

Publicus ſacerdos audaciam in admittendis religionib. fœdis damnet, atq; impiam iudicet. de L. 177. b.

Vocari in crimen & invidiam. in V. 262. a

Aliquod aut in Aſia ſuſceptum, aut ex Aſia deportatum flagitium ac dedecus. pro Mur. 126. b

Rabirius fraudem capitalem admiſit. pro Rab. 9. 6. a. Vbi nota *fraudem* pro *ſcelere* poni.

Num fraude poterit carere peculatus? in Ant. 241. b

Dii nonnunquã præſentis fraudis pœnas in diem reſervãt. de D. 81. b

Qui in republicâ violãdâ fraudes inexpiabiles cõcepiſſẽt. Tuſ. 163. b

Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. de Orat. 102. a

Niſi verò exiſtimatis hominem perniciosiſſimum ſine aliquâ cauſſâ quæſtus iniectum ad tam incredibile crimen. in Verr. 249. b

Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. in P. 88. b

Neve miſericordiam noſtram exercituſq; noſtri in civili diſſenſione ſceleris loco ponatis. Ep. 166. b

Obiicere aliquam rem in magnis criminibus. I. V. 244. b

Non continuò, ſi quis motus populi factus eſſet, id C. Narbone in nefario crimine, atq; in fraude capitali eſſe ponẽdũ. de Or. 127. a

Hoc in aperto delicto poſitum eſt. ad Her. 13. b

In me conferre omnem temporum illorum culpam. At. 135. a

Falsò aliquid conferri in aliquem. pro Mil. 115. a. E. 62. b

Multa in Plancium, quæ nunquam dicta ſunt, conferuntur. pro Planc. 266. a
Cùm in filium cauſſam conferret. At. 196. b
Conferre invidiam mortis in aliquem. pro Flac. 154. b
Conferre crimen in adverſarium. de Or. 125. a
Scitum eſt enim, cauſſam conferre in tempus. de Or. 164. a
Culpâ contaminabitur. Her. l. 2. p. 34.
Id tribuite veſtræ culpæ. Her. l. 4. p. 112.
Cùm ab aliis culpam dimovebit. de Inv. 2. p. 207.
Culpam in adverſarium confert. Orat. ad Brut. p. 663.
Culpæ affinis eſt. pro Sex. Roſc. p. 43.
Ad hunc pertinet maleficium, in quo non modò culpa nulla, ſed ne ſuſpicio quidem potuit conſiſtere. pro Sex. Roſc. p 90.
Culpã derivare in aliquẽ, & cõmunicare cum aliquo. in Ver. p. 239.
Culpam alij aſſignare. in Ver. p. 542.
Complures ſcelere ſe contaminaverunt imperij cupiditate. Heren. lib. 2. p. 37.
Scelere, & malis cogitationibus redundavit. Heren lib. 4. p. 130.
Cùm id, quod datur crimini, negat: de Inven. lib. 2. pagina 234.
Flagitium committere. Brut. p. 583.
In facinore manifeſto deprehendi. Brut. p. 591.
Fingi maleficium nullum poteſt, quo iſte ſe non contaminavit. pro Sext. Roſc. p. 36.
Flagitijs vita eius dedita eſt, omnia ad perniciem perdita, atque profligata ſunt. pro Sext. Roſc. p. 49.
Ne noſtram culpam coarguamus. Epiſt. ad Att. 2. lib 9. pagina 272.
Is ordo vitio careto. de leg. lib. 3. p. 361.
Ad vitia conſentire. Qu. Tuſc lib. 3. p. 376.
Vitio vacare. Tuſc. Qu. lib. 3. p. 384.
Qui vitijs modum apponunt, is partem ſuſcipit vitiorum. Quint. Tuſc. lib. 4. p. 4 0.
Multa in conventu vitia colligere. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 448.
Vitia non agnoſcere. Ibid.
Cùm illa ſibi vitia ineſſe diceret. Ibid.
Vitia declinare. Off. p. 10.
Duo vitia vitanda ſunt. Ibid.
Vitium effugere. Ibid.
Eſt in vitio. Off. 1. p. 12. & 1. Off. p. 26.

Digitized by Google

His non modò non laudi, verùm etiam vitio dandum puto. 1. Off. p. 29.

Vitia non ſunt imitanda. 1. Off. p. 48.

Huic ſimile vitium in geſtu motuque caveatur. 1 Off. p. 52.

Ne quidem ſcio vitio datum eſt. Off. lib. 2. p. 88.

Nullum eſt vitium tetrius, quàm avaritia. Off. lib. 2. p. 96.

Simili ſunt in culpâ. de fin. l. 1. p. 109.

Caſſia legis culpam Scipio tuus ſuſtinet. de Leg. l. 3. p. 363.

Omni culpâ carere. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 451.

Inferre crimen proditionis alicui. in Ver. 257. b

In aliquod vitium corporis ducuntur. De Orat. lib. 2. pagina 423.

Num in vitium poſſit converti. de orat. lib. 2. p. 423.

Vitium in bonum alicui convertere. Brut. p. 560.

Ab ijs abſtineas vitijs, quibus alterum reprehendis. in Verr. pag. 305.

Vorago eſt, aut gurges vitiorum turpitudinumque omnium. in Verr. p. 313.

Nolim ex paternis probris, & vitiis emergere. in Verr. p. 380.

Ita vitia, quæ à naturâ habebat, etiam ſtudio, atq; artificio quodam malitiæ condivit. pro A. Cluent. p. 34.

In idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. in Salt. pag. 550.

Ille alter vitio uno minus vitioſus. Ep. Att. lib. 1. p. 22.

Id vitioſum in illo non putandum. Acad. lib. 2. p. 11.

In Ariſtonea vitia, & peccata incidemus. de finib. lib. 4. p. 230.

Levantur vitiis, levantur erroribus. de finib. lib. 4. pagina 241.

Hoc unum vitio maximè premi mihi videntur tui Stoici. de finib. Tib. 4. p. 246.

Alii iracundi, alii crudeles, alii ſuperbi ſunt, alii à talibus vitiis abhorrent. ibid.

Sed hæc ex naturalibus cauſis vitia naſci poſſunt. Extirpari autem, & funditùs tolli, ut is ipſe, qui ad ea propenſus fuerit, à tantis vitiis avocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſis, ſed in voluntate, ſtudio, diſciplinâ. de fato. pag. 277.

Ac me iſtorum Philoſophorum pudet, qui nullum vitium vitare, niſi iudicio ipſo mulctatum putant. de legib. lib. . p. 313.

Eos qui ſingulis vitiis excellunt, aut eſſe pluribus propter damna & detrimenta miſeros dicimus. de leg. lib. 1. p. 313.

Digitized by Google

Humanis vitiis ſe contaminare. Qu. Tuſc.lib.1.p.324.

Quibus cæcati velut domeſticis vitiis, atq; flagitiis ſe inquinarunt. Quæſt.Tuſc.lib.1.p.324.

Vitia radicitus extrahere. Quæſt.Tuſc.lib.2.p.352.

Sceleſtum ac nefarium facinus, atq; eiuſmodi, quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe videntur. pro Sext.Roſc.p.49.

Summam laudem vitio, & culpa dediſſe. Pro Sex. Roſc. pagin. 52.

Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humanâ ſpecie, & figurâ, qui tantum immanitate beſtias vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſimè luce privarit. pro Roſc.p.58.

Credibile non ſit, niſi turpis adoleſcentia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi ſumtus effuſi, cum probro atque dedecore, niſi prorupta audacia, niſi tanta temeritas, ut non procul abhorreſcat ab inſaniâ. pro Sext. Roſc.p.59.

Iura divina, atque humana ſcelere qui nefario polluit. Ibidem.

Tantum facinus commiſerunt, ut non modò ſine curâ, non quieſcere, ſed ne reſpirare quidem ſine metu poſſint. pro Sext. Roſc. pagin. 59.

Scelus attingere. pro Sext. Roſc. p. 61.

Diſſolvere criminationes. pro Sext. Roſc. p. 65.

In reum commentatur. Ibid.

Id crimini alteri dat. in Verr. p. 120.

Sceleribus ſe obſtringere, ſcelus concipere, ſceleribus cooperiri, crimini dare. in Verr.p.159.

Ex hoc crimine elapſus ſum. in Verr. 193.

Crimen ſubterfugere. in Verr.p.199.

Voluptatum, flagitiorumque reliquias colligere. in Verr. pag. 279.

Nulla vita pars turpitudinis expers eſt. Ibid.

Maximo peccato teneri. Ibid.

Magis vir inter mulieres nequam, impura inter viros muliercula proferri non poteſt. in Verr. 303.

Non modò animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſervare potuit. in Verr.360.

Tu nullâ unquam mihi in cupiditate, ac turpitudine defuiſti. in Verr. 393.

Crimen pendet ex denariis. in Verr.p.394.

Locus

Digitized by Google

Locus intra Oceanum iam nullus eſt, neque tam longinquus, neq; tam reconditus, quem non per hæc tempora noſtrorum hominum libido iniquitasque pervaſerit. Maniſ.ſtis flagitiis tenetur homo audacias ac libidines reſecare. in Verr. p. 402.

Venio nunc ad eiuſmodi facinus, in quo Dii immortales violati, exiſtimatio atq; auctoritas nominis populi R. imminuta, hoſpitiũ ſpoliatum, ac proditum, abalienati ſcelere iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi, nationesq;, quæ in eorum regno ac ditione ſunt. in Verr. p. 440.

Domus ſtupris, flagitiisq; flagrat. in Verr. p. 445.

Quid huic ſacri unquam fore, aut quid fuiſſe religioſi putatis qui nunc tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentiat? in Verr. pagin. 446.

Rerum vi & auctoritate, omnia repagula iuris, pudoris, & officii perfringere. in Verr. p. 503.

Inferre alii crimen. in Verr. p. 530.

Nihil addi iam videtur, iudices, ad hanc improbitatem, amentiam, crudelitatemq; poſſe, & rectè nihil videtur. Nam ſi cùm aliorum improbitate certet, longè omnes multumq; ſuperabit, ſed ſecum ipſe certat, ut ſemper ſuperius ſuum facinus novo ſcelere vincat. in Verr. p. 36.

Diluere crimen. pro A. Cluent. p. 76.

In crimen vocare aliquid. pro C. Rab. p. 161.

Nunc ſe ſcelere alliget. pro L. Flac. p. 280.

Probris omnibus maledictisq; aliquem vexare. pro L. Flac. pagin. 283.

Crimen quærere in aliquem. pro L. Syll. p. 332.

Diluere crimen. Orat. ante exil p. 365.

Flagitium committere. Orat. poſt red. p. 392.

Sceleribus & factis notatum eſſe. pro domo. p. 428.

Turpitudinem non habuit. pro domo. p. 434.

In crimen vocare aliquem. pro C. Planc. p. 516.

Qui tùm in crimen vocabatur, ſe iniquè à tuis iactatum graviter querebatur. pro C. Planc. p. 517.

Incurrere in crimen. pro Cn. Planc p. 533.

Quod genus improbitatis & ſceleris in eo magiſtratu prætermiſeris. Vat. 78.

Quæ te tanta pravitas mentis tenuit? qui tantus furor? Vat. 79.

Digitized by Google

Non dubitat, quin magni facinoris arguatur. Cæl. 92.
Quod facinus in alienum hominem intuliſſet. Cæl. 115.
Tantum facinus ob nullam cauſam eſt commiſſum. Cæl. 116.
Ad ſe revocarunt maximi facinoris crimen. Cæl. 121.
Eſt homo ſceleribus & flagitiis contaminatiſſimus. Provinciis. 162.
Nunquam te in tot flagitia ingurgitaſſes. Piſ. 195.
Obire facinoris locum, & tempus voluit. Mil. 247.
Maximum ſceleris impendit reipublicæ à Conſulibus proximis. Provinc. 174.
Ille lacus, nemora, fineſq; omni nefario ſtupro, et ſcelere macularat. Mil. 156.
Mediocrium delictorum conſcientiam perculerunt. Mil. 247.
Ex hoc ipſo crimen exoritur. Rab. 275.
Hinc in Ligarium crimen oritur. pro Ligar. 300.
In exulcerato animo facilè crimen fictum inſidebat. pro Deiot. 309.
Quod facinus nec in hominem imprudentem cadere poſſet, propter metum præſentis exilii, nec facinoroſum. pro Deiot. 312.
Crimina in dominum delaturum eſſe dixit. pro Deioteron. 318.
Quod te abſtinueris nefario ſcelere. Phil. 2. 340.
Etenim quod unquam in terris flagitium tantum extitit, tanta turpitudo, tantum dedecus? Phil. 2. 360.
Non abiectum ſuſtuleras, ſed attuleras domo meditatum, & cogitatum ſcelus. Phil. 2. 371.
Magno ſcelere, ſe adſtrinxit. Phil. 4. p. 403
Miſerior, qui in ſe ſuſcipit ſcelus, quam is qui alterius facinus ſubire cogitur. Phil 11. 480.
Qui falſum crimen bonis obiectat. in Sall. 551.
Obſecro vos, ne miſericordiam noſtram in civili diſſenſione ſceleris loco ponat. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 318.
Dignitas amiſſa culpa eſt eorum, qui à Senatu ordinem coniunctiſſimum alienaſſent. Ep. 1. 8.
Vt iam ſit in iis culpa. Ep. 1. 8.
Cum in quo accuſabar, omni culpâ vacarem. Ep. 2. 1.
Tua ſumma culpa eſt. Ep. 3. 8.
Non meo quidem mehercule merito. Ep 5. 9.
Tibi perſuade, præter culpam ac peccatum quo ſemper caruiſti, & carebis

carebis, homini accidere nihil poſſe, quod ſit horribile. Epiſt 5. 21.

Ferenda eſt fortuna, præſertim quæ abſit à culpa. Ed. 6. 2.

Nec eſt ullum magnum malum, præter culpam, quâ tantum abſumus. Ep. 6. 4.

Cuius ſumma criminis eſt, quod armatus adverſario maledixi. Ep. 6. 7.

Sed tamen vacare culpa magnum eſt ſolatium. Ep. 7. 9.

Culpam retinere. Ep. 10. 8.

Nos in culpa ſumus. Wir sind vrsach Ep. 10. 26.

Vide ne tua iam, mi Brute culpa futura ſit. Ep. 11. 21.

Quicquid acciderit à quo mea culpa abſit animo forti feram. Epi. 12. 22.

Tibi idem cenſeo faciendum, NEC A QVO CVLPA ABSIT QV CQVAM IN MALIS NVMERANDVM. Ep. 12. 24. Et ad Qu. fr. lib. 1. epiſt. 1. *Ferre ea moleſtiſſime homines debent, quæ ipſorum culpâ contracta ſunt. Culpa mea propria eſt.* Ep. 14. 3

Horum malorum omnium culpam fortuna ſuſtinet. Ep. 15. 15.

Si qua culpa commiſſa eſt, &c. Ep. 16. 11.

Sunt permulta, quibus erit metuendum, etiamſi Reſpub. ſatis eſſe videtur ſceleribus hoſtium liberata. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 359.

Neſcio, cuius flagitii te inſimularem. Epiſt. Att. lib. 10. p. 132.

Ita neceſſe fuit, hac flagitia animo concipere. de nat. Deor. l. 1. p. 28.

Nonne caveam ne ſcelus faciam? Acad. l. 2. p. 69.

Ne quid criminis ſubeat, de nat. Deorum lib. 3. pagina 118.

Nefaria ſcelera meditari, de nat. Deorum lib. 3. p. 145.

Quin abnuerit, à ſe commiſſum eſſe facinus. de leg. lib. 1. pagina 308.

Facinoris defenſionem à naturâ iure aliquo quærere. de leg. lib. 1. pagin. 308.

Revocare aliquem à flagitio. de leg. l. 1. p. 318.

Flagitia alicuius non probare. Qu. Tuſc. l. 4. p. 443.

In quodam flagitio verſari. Quæſt. Tuſc. l. 4. p. 444.

Lacerarunt omni ſcelere patriam. Off. p. 24.

Quod poteſt eſſe maius ſcelus, quàm non modò hominem, ſed etiam familiarem occidere? Offic. lib. 3. p. 107.

Digitized by Google

An ſe ſcientes ſcelere contaminent. Offic.l.3.p.114.

Extra culpam eſſe. Attribuere alicui culpam. in Verrem pagina 544.

Culpam in alium transferre. pro Font.p.572.

Ligarii nullam culpam reprehendite. pro Lig.p.294.

Ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam. Ep. Att. lib. 7. pagina 201.

Culpam omnem Pompeius in Domitium confert. Ep. Att. l. 8. pagin. 254.

Crucis. Cruciatûs. Suſpendii. *Vide etiam* Ægritudinis. Torturæ. Carceris. Pœnæ. Supplicii. Verberandi.

Creutz/ Erhencken / Straffen / Hencken / Strangulieren/ Plagen/ Marteren/ Quelen.

VTinam me Divi adaxint ad ſuſpendium potiùs quidem, quàm hoc pacto apud te ſerviam. Aul. 1. 1. v. 11.

Neque quicquam melius eſt mihi, quàm ex me ut uvam faciam, aut litteram longam, meum collum laqueo quando obſtrinxero. Aul. 1. 1. v. 39.

Suſpendio ſatius eſt eſſe mortuum, quàm tu eius potior fias. Caſ. 1. 1. v. 24.

Tu te in laqueum induas. Ibid. v. 25.

Suſpendere ſe. Pœn 3.5.v.1.& 50. Item Pœn.5. 6. v. 6. Pſeud. 4. 7. verſ. 128. Formula eſt execrandi, in eos, qui aliis ſunt odio.

In cruciatum dedere. Bacch. 4.4.v 36.

Diſcipulus crucis. h. e. *ſuſpendio dignus, cruciarius, patibulatus.* Aul. 1.1. verſ. 20. Sic Mil. 2. 2. v. 28. *Contubernalis crucis.* Et Moſt. 1. 1. v. 53.

Credo ego iſtuc exemplo tibi eſſe eundum extra portam, diſpreſſis manibus patibulum cùm habebis. Mil.2.4.v.6.

Hæc multa ei eſto, vino viginti dies ut careat. Aſin. 4.1. v.55. Sic in ludicro Teſtamento, quod Sergio Polenſi paraſito adſcribitur, hæc iudiciaria legum formula reperitur: QVI. NON. PARVERIT. HÆC. MVLTA. EI. ESTO. TESTE. ALTERO. CAREAT.

Socienno,

Digitized by Google

Socienno tuo interſtringam gulam. Aul. 4.4.v.31.

Quando ego te exemplis excruciavero peſſimis, atq; ob ſutelas tuas morti miſero. Capt. 3.5.v.31.

Obſtringe collum, atq; obduce iſtum in malam crucem. Curcul. 5. 3.v.15.

Illa nos vult, qui ſervi ſumus, propter amorem ſuum omnes crucibus contubernales. Mil. 2.2.v.28.

Facite inter terram atq; cœlum ut medius ſit. Mil. 4. 8.v.2.

Qui me faciam penſilem. Pſeud.1.1.v.87.

Hoc febrim tibi eſſe, quia non licet huic inijcere ungulas. Pſeud.2. 2.v. 47.

Reſtem tibi cape craſſam, ac ſuſpende te. Perſ. 5.2.v.34.

Mihi iam intus potione vinceâ onerabo gulam. Stich. 4. 2. verſ. 52.

Tu me defigas, te cruci ipſum propediem affigent alij. Perſ. 2. 4. v. 24.

Quid melius eſt, quàm ut hinc intrò abeam, & me ſuſpendam clanculum? Rud.4.4.v.145.

Niſi me ſuſpendo, óccidi. Rud.5.3.v.59.

In crucem aliquem ſufferre. in Verr.p.489.

Crucem figere damnatis. in Verr.p.491.

In crucem tollere aliquem. in Verr p.559.

In crucem, & cruciatum agere aliquem. in Verrem pagina 560.

Arbori infelici ſuſpendito. pro C.Rab. 95.

In cruce qui angitur. de Fin.l.5 p.288.

In crucem actus eſt. de Fin.l.5 p.291.

Vxor ſua ſe ſuſpendit de ficu. de Orat.l.2.p.426.

Hominem corripi, ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam. in Verr. pag.329.

Pendere ex arbore. in Verr.p.333.

Collum in laqueum inſerere. in Verr.p.419.

Nihilominus eis conficior curis. Ep.4.12.

Confici dolore. Ep.6.1.

At quem virum? Non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere: plagen dempfen. Ep.9.20.

Aſſiduis laboribus, concurſationibus confici. Ep.10.17.

Quod illâ valetudine magis conficere ſe, quàm me iuuare poſſet. Sich verderben. ibid.

Digitized by Google

Quod ſi me Cæſar audiſſet, in tantas anguſtias Antonium compu-liſſet, ut inopiâ potius, quàm ferro conficeretur. Ep. 11. 10.

Conficior mœrore, nec me meæ miſeriæ magis excruciant, quàm tuæ. Ep. 14. 3.

Conficior dolore, tùm etiam pudore. ibid.

Conficior lachrymis, ſic ut ferre non poſſim. Ep. 14. 4.

Mulier ægra & corpore & animo confecta ibid.

Graviſſimè ægrotaſti, inediâ & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumptus es. Ep. 16. 12.

Crudelitatis. Immanitatis. Inhumanitatis. Sævitiæ, Tyrannidis.

Greuwlich. Tyranniſch / Vbel / Herb halten / Plagen / Martern / Vexiren.

Certum eſt moriri, quàm hunc pati graſſari lenonem in me. Rud. 3. 3. v. 22.

Si quis eſt, qui dictum in ſe inclementius exiſtimabit eſſe. Eunuch. Prol. v. 4.

Non adeò inhumano ingenio ſum. Eun. 5. 2. v. 41.

Ne cuiusquam miſereat, quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquam nactus ſis Hecyr. 1. 1. v. 7.

Quàm malè, me nunc animo ita eſſe duro, ut olim. Heautont. 4. 1.

Nimium ipſe durus eſt, præter æquumq; & bonum Adelph. 1. 1.

Tum hoc timet, ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. Heaut. 3. 1.

Diu etiam duras dabit. Er wirt vns zuſchaffen machen. ibid.

Scio tibi eſſe hoc gravius multò, ac durius, cui fit. Heaut. 5. 2.

Homo inhumaniſſimus. Phorm. 3. 2.

Hoccine eſt humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris? Andr. 1. 5.

Factum à vobis duriter, immiſericorditerq;, atq; etiam ſi eſt, pater, dicendum magis apertè, illiberaliter. Adelph. 5. 4.

Tulit

Digitized by Google

Tulit illa inſula multos & crudeles Tyrannos. in Verrem pag. 549.

Non Charybdin tam infeſtam, neq; Scyllam nautis, quàm iſtum in in eodem freto fuiſſe arbitorr: hoc etiam ille infeſtior, quòd multò ſe pluribus & maioribus canibus ſuccinxerat. in Verrem p. 549.

Vexare aliquem, & raptare, omniq; crudelitate lacerare. pro D. pag. 424.

Nonne omnem humanitatem exuiſſes? pro Lig. 298.

Saturavit ſe ſanguine diſſimilimorum ſui civium. Philipp. 2. p. 361.

Guſtares ſanguinem civilem vel exorbueras. Phil. 2. 365.

Alteri à puero pro delitijs crudelitas fuit. Phil. 11. 480.

Me exiſtimes eſſe humanitate prohibitum: Ep. Att. p. 7.

Clam ad iſta obduruimus, & omnem humanitatem exuimus. Ep. ad Att. lib. 13. p. 399.

Si duriorem te eius miſeræ & afflictæ fortunæ præbes. Ep. ad Att. l. 13. p. 446.

Hæ literæ invidioſam atrocitatem habent verborum. Ep. ad Qu. Frat. l. 1. p. 589.

Quorum crudelitas nondum eſſet noſtrâ calamitate ſatiata. Epiſt. ad Q. Frat. lib. 1. p. 595.

Equidem arbitror multas eſſe gentes ſic immanitate efferatas, ut apud eos nulla ſuſpicio deorum ſit. de Natur. Deorum lib. 1. pag. 26.

Tyrannum quem ipſe expulerat, in prælio concidiſſet. Qu. Tuſc. l. 1. p. 382.

Ferocitatemq; eius ita repreſſit. Off. l. 2. p. 80.

Nihil niſi atrox, & ſævum cogitat, atq; etiam loquitur. Epiſtol. 8. 17.

Cuius tanta eſt, non inſolentia, ſed immanitas. Ep. 10. 1.

Syllani temporis acerbitatem, deorum immortalium benignitate ſubterfugerunt. Ep. 13. 4.

Spero homines intellecturos, quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clementia. Ep. 15. 19.

Malo veterem & clementem dominum habere, quàm novum, & crudelem experiri. ibid.

Scis, quomodo crudelitatem virtutem putent. ibid.

Non pecuniam modò verùm etiam hominis propinqui ſanguinem vitamq; eripere conatur. pro Qu. p. 13.

Domeſticâ

Domeſticâ crudelitate laborare. pro S.R.p.91.

Ademit miſericordiam conſuetudine incommodorum, aſſiduitate moleſtiarum ſenſum omnem humanitatis ex animis amittimus. ibid.

Indignitate ſervos, temeritate fugitivos, ſcelere barbaros, crudelitate hoſtes vicerit. in Verr.p.464.

Veruntamen mors ſit extrema: non erit, eſtne aliquid ultra, quò progredi crudelitas poſſit? in Verr.p.537.

Ab huius audaciâ fratris liberos ne materni quidem corporis cuſtodia tegere potuit. pro A.Clu.p.16.

Singulari immanitate, & crudelitate præditum eſſe. pro C. Sul. p. 316.

Adhibere in aliquem crudelitatem. pro Dom. p. 424.

Tantum eſt in illo homine ſceleris, audaciæ, & crudelitatis, quantum numquam putavi. pro Seſt. p.12.

Pertuli crudelitatem inimicorum. pro Seſt. p.72.

Crudelitatem veſtram ſaturare cuperetis. Vat. p.76.

Quanquam ſis omni diritate, & immanitate teterrimus. Vat p. 77.

Qui ſalutem perpetuam populi Romani: me & nos fœdiſſimè, & crudeliſſimè vexarunt. Provinc. p.175.

In meo amico crudelitatem prompſiſti tuam. Mil. p.236.

Quàm avidum, in pecunijs locupletum, qui pauperum ſanguinem concupiſſet, vidimus. Phil.4.p.415.

Vt remotus ſit ab omni crudelitate. Epiſt. Attic. lib. 9. pag. 278.

In quos Sulla crudelis hoc ſocio fuiſſet. Epiſtol. Attic. lib. 9. pag. 296.

Cùm extitiſſet etiam in cives tanta crudelitas. Offic. lib. 2. pag. 74.

Sit ſane adhibenda ſævitia. Off. lib.3.p.73.

Culpandi. *Vide* Calumniandi.
Cultûs Dei. *Vide* Adorandi, & Religionis.

Cultûs, Habitûs. Veſtimenti. Veſtium.

Kleidung

Digitized by Google

Kleidung/Tracht.

AMiculum hoc ſuſtollo ſaltem. S1. Sine trahi, cùm egomet trahor. Ciſt. 1.1. v. 1 7. *Trahi* σύρεσθαι, item *defluere* dicebatur veſtis. cùm negligentius haberetur. Horat. *Ruſticius tonſo toga defluit.* Contrarium eſt εὐσχημονεῖν. Plaut. *Euſchemè aſtare.* Mil.22.v.58.

Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit. Epid. 3. 3. v. 50.

Et liberalis iuba, & cæſaries quam decent! Mil. 1. 1. verſ. 64.

Nam quæ elauta eſt, niſi perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illauta eſt. Pœn.1.2.v.22.23.

Omni cultu propter frigoris aut caloris vim vacare. Qu. Tuſc. l.1. p.313.

Cumuli. *Vide* Abundantiæ.
Cunctandi. *Vide* Moræ.

Cupiendi. Cupiditatis. Aviditatis. Appetendi. Affectandi. *Vide etiam* Deſiderandi.

Wollen/ Begeren/ Begierig ſein/ Lüſten haben/ Begirden.

IMproba vino modò cupidæ ſi eſtis. Pſeud.1. 2. v. 50. Sic loquitur in Mil.3.1.v.204. *Studioſus adulterio.* Ennius: *Studioſus robore belli.* Virgil. Culice: *Compos mente.* Idem: *Ferax oleo.*

Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id, quod cupis, neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas. Andr. 5. 1.

Miſerè cupio hunc diem in lætitiâ degere. Adelph. 4. 1.

Quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eò vereor magis. Adelph. 4.5.

Impensè cupitis. Adelph.5.9.

Non

Digitized by Google

Non dici poteſt, quàm cupida eram huc redeundi. Hecyr. 1. verſ. 24.

Nemo ad te venit, niſi cupiens tui. ibid.

Vbi animus ſemel ſe cupiditate devinxit malâ, neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia. Heaut. 1. 2. v. 34.

Quàm ſcitum eſt, eiuſmodi parare in animo cupiditates, quas, cùm res adverſæ ſient, paullò mederi poſſis. Phorm. 1. 4.

Ad dominas qui affectant viam. Heaut. 2. 3. v. 60.

Quis eſt, qui non officij cupidior ſit, quàm pecuniæ? de Invent. l. 1. p. 183.

Nimis etiam intelligo flagrare cupiditate. de Orat. libr. 1. pag. 304.

Ardebat cupiditate. Brut. p. 611.

Cupiditati obtemperare. pro Quint. p. 2.

Cupiditati morem gerere. ibid.

Reſpirat cupiditas, atq; avaritia. pro Qu. p. 19.

Ducit me cupiditas, ducit me fides. pro Sext. Roſc. p. 65.

Eò prorumpunt hominum cupiditates, ſcelera, & audacia. pro S. Roſc. p. 41.

Ipſos avaritia, cupiditas, audacia cæcos reddit. pro Sext. Roſc. p. 72.

In his ſolis rebus indomitas cupiditates, atq; effrænatas habet. in Verr. p. 178.

Cupiditate rapitur. in Verr. p. 182.

Eſt hoc in morbo, & cupiditate. in Verr. p. 194.

Apertâ cupiditate eſſe. in Verr. p. 193.

Cupiditate progreditur, ſtatuit ſe nihil tam clauſum, neq; tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumq; eſſet. in V. p. 131.

Hi in iſtius cupiditatem facti ſunt. in V. p. 521.

Cupiditati ſervire. pro L. Syll p. 317.

Ardebas nimiâ cupiditate triumphi. Piſ. p. 202.

Triumphi nomine legent, & vetant ſuam cupiditatem. Prætexunt cupiditatem triumphi. ibid.

Flagrat, & ardet cupiditate iuſti, & magni triumphi. Piſ. 203.

Meditare, quibus verbis incenſam eam illius cupiditatem comprimas, atque reſtinguas. Piſ. p. 203.

Prædæ ac rapinarum cæca cupiditas te rapuit. Piſ. pag. 203.

Te

Digitized by Google

Te à cupiditate triumphandi longè abhorrere dixiſti. Piſ. pag. 205.

In laudis atq; gloriæ cupiditate verſatur. Piſ. 213.

Non mediocri cupiditate imperium arripuit. pro Lig. pag. 294.

Iam tantâ cupiditate ſum incenſus ad reditum. Philipp. 1. pag. 326.

Quæ eſt iſta cupiditas ferendæ legis? Philipp. libr. 1. pag. 331.

Quò cupiditatem infinitam cùm immani crudelitate iam pridem intendit. Philip. 7. p. 415.

Ipſi veſtrâ ſponte excuſſiſtis ad libertatis recuperandæ cupiditatem. Phil. 11. p. 477.

Cupiditatibus infinitis efferebaris. in Sall. p. 554.

Libero eum omni ſuſpicione cupiditatis. Epiſt. Famil. lib. 1. pag. 8.

Cùm ſine ſuſpicione tuæ cupiditatis non poſſis illius cupiditatem refutare. Ep. Fam. l. 1. p. 35.

Abijcere cupiditatem vincendi. Ep. Fam. l. 4. p. 103.

Cognovi Hortenſium percupidum tui &c. Ep. 1. 7.

Incideram in hominum pugnandi cupidorum inſanias. Ep. 4. 1.

Cum ſpe vincendi, ſimul abiecisti, certandi etiam cupiditatem. Ep. 4. 7.

Ardeo cupiditate incredibili. Ep. 5. 12.

Illa nos cupiditas incendit feſtinationis. ibid.

Arbitrabar videndi mei te ſummâ cupiditate affectum eſſe. Epiſt. 5. 1.

Te videre, & omnia intima conferre, diſcupio, id eſt, *vehementer cupio.* Ep. 8. 16.

Vt impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. Epiſt. 8. 17.

Sum avidior etiam quàm ſatis eſt, gloriæ. Ep. 9. 14.

Pernicioſum aliquid concupiſcere. Ep. 10. 8.

Putabam poſſe me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam, id eſt, *gloriæ cupidi.* Ep. 10. 21.

Non debemus cuiquam videri nimium vitæ cupidi. Ep. 11. 2.

Non tam nomen captans Imperatorum, quàm cupiens militibus ſatisfacere. Ep. 11. 4.

Non nimis concupiſcendus honos Ep. 15. 6. [E. 15. 21.

Cùm incendiſſes cupiditatem meam conſuetudinis augendæ noſtræ.

Quantam

Quantam cupiditatem hominibus inijciat novitas, non te fugit. Ep.Fam.lib.11.p.329.

Ardeo cupiditate incredibili, neq; ut ego arbitror, reprehendendâ, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur. Epiſt. Fam.libr. 5. pag. 130.

A cupiditate omni remotiſſimum. Epiſt. Fam. libr. 13. pag. 397.

Hoc ſi tu cupidius factum exiſtimas, Cæſari attribues. de Orat. 130 a

Cum utriſque ſeparatim locutus eſt, ne cupidè quid agerent. Offic. 7.b

Quid cupidè à Senatu, quid temere fiebat. In Ant.170. b. Cupidè aliquid facere, *aut agere, Latini dicebant, cùm quis cupiditate nimiâ victus aliquid faciebat, quod æquum non eſſet.*

De triumpho nulla me cupiditatas unquam tenuit. Ep. Att. l. 7. p.199.

Adoleſcentem incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ. Ep. Att.lib. 13.p.418.

Cuius tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti magnâ cum æquitate. Epiſt. Quint. Fratr.lib.1. pag. 575.

Me quadam tenet propter ſingularem amorem infinita in te aviditas gloriæ. Ep.Qu.Fr.l.1.p,586.

Occæcati cupiditate non provident. de Fin.l.1.p.109.

Quis unquam fuit tam effrenatis cupiditatibus? de Fin. libr. 3. p.195.

Cupiditates ſunt inſatiabiles, quæ non modò ſingulos homines, ſed univerſas familias evertunt, totam etiam labefactant Remp. de Fin.l.1.p. 114.

Cupiditates in alios cæco impetu incurrunt. de Finib. libr. 1.p. 114.

Alij cupiditate efferuntur. de Fin.l.5.p.26.

Cupiditatum incendijs inflammatum. de Finib. libr. 5. pag. 282.

Cupiditatum levationem habere. Qu.Tuſc.l.1.p.346.

Cupiditate liberari. Qu. Tuſc.l.2.p.347.

Quis non frangeret eorum libidines, niſi illi ipſi, qui eas frangere debuerunt, cupiditate eiuſdem tenerentur? de Legib.lib. 3. p.361.

Omnia

Digitized by Google

Omnia rabidè appetere cum explebili cupiditate. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 456.
Cupiditatis amore incenſum eſſe. Quæſt. Tuſcul. lib. 5. pag. 481.
Pleriq; vehementer expetunt, de quibus inter ſe digladiari ſolent. 1. Off. p. 13.
Frangi cupiditate, vinci à voluptate. 1. Off. p. 28.
Cavenda eſt gloriæ cupiditas. ibid.
Ne ſit in eis ulla cupiditas, vel libido, audacia. de Amicit. pag. 190.
Sed innumerabiles cupiditates habet. Paradox. 6. p. 229.

Curandi. Curæ. Solicitudinis. Angoris. *Vide etiam* Ægritudinis. *Et paulò poſt*: Curæ. Studij. Diligentiæ. Animi. Laboris.

Sorgen/ Sorgfeltigkeit/ Müh/ Arbeitt/ Bemühen/ Bekümmernuß.

Q*Vod me ſollicitat plurimis miſerum modis, ne noctu, nec diu quietus unquam eam, nec dormiam.* Aulular. 1. 1. v. 27.
Myropolas omnes ſolicito. Caſ 2. 3. v. 10.
Sopor neminem ſolicitat ire dormitum. Moſt. 3. 2. v. 15. Epid. 5. 2. 15.
Diſcrucior animi. Aul. 1. 2. 27.
Facinus tuum ſolicitat animum. Aul. 14. 10. v. 4.
Curâ macet. Aul. 2. 6. v. 28. quamquam & aliter legi poſſit. vide quæ adnotavi ad Tit. Maciei corporis.
Vt miſeræ matres ſolicitæ ex animo ſunt, cruciantur q;. Truc. 2. 5. v. 2.
Ea nunc meditabor, quomodo. Amph. 1. 1. v. 12.
Sed una turbat res. Epid. 2. 3. v. 7.
Abſurdè facis, qui angas te animi. Epid. 3. 3. v. 7.
Caperam ego me excruciare animi. ibid.
Cui multa in unum confluunt, quæ meum pectus pulſant ſimul. Epid. 4. 1. v. 2.
Scin' quid volo ego te accurare? Men. 1. 3. v. 24.

Dd *Magnâ*

Digitized by Google

Magnâ cum curâ ego illum curari volo. Menæchm. 5. 4. verſ.7.

Curâ cruciabar miſer. Merc 2.1.v.23.

Curas malas abjicite jam. Pſeud.Prol.v.23.

Labore laſſitudo omnis eſt exigunda ex corpore. Capt. 5. 4. verſ.4.

Vidésne, ut miſeri moliantur, nequeunt ſatis complecti. Curcul. 13.v.23.

Nimio opere ſumat operam, ſi quem conventum vult. Curc. 4. 1. verſ.7.

Omnibus rebus relictis mihi frequentem operam dediſti. Ciſt. 1.2.v 10.

Amico impartit operam. Bacch. Prol.v.77.

Negocium hoc ad me nunc attinet aurarium. Bacch. 2. 2. verſ. 51.

Virtute id factum tuâ, & magiſterio tuo. Moſt.1.1.v.32.

Perdidi operam fabrorum ilicò. Moſt.1.2.v.55.

Niſi quid magis es occupatus, operam mihi da. Moſtell. 4. 3. v.16.

Me bene iuves, operamq; des: ſervorum operam & lora mihi cedo. Moſt.4.3. v. 43.

Qui negocioſi eramus, nos noſtris armentis complicandis & componendis ſtuduimus Merc.1.2.v.79. 80.

Hic annus ſextus, poſtquam ei rei operam damus. Men. 2. 1. verſ. 9.

Ruri qui nobis exhibet negocium. Merc.2.2. v.2.

Eos oportet concioni dare operam, atq; comitiis. Menæchm. 3. 1.v.12.

Aut ne laborem capias cum eo, uti voles. Merc. 1. 2. verſ. 35.

Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum. Merc. Prolog. v.65.

Neq; ulla mihi obſiſtet amnis, neq; mons, neq; mare, nec calor, nec frigus, neq; ventum, neq; grandinem, imbrem perpetiar. laborem ſufferam, Solem, ſitim non concedam, neq; quieſcam uſquam noctu, neq; interdius. Merc. 5. 2. v. 19. 20. 20.21.

Opera non eſt. Merc.5. 2.v.77.

Superavit is ſuis ærumnis ærumnas Herculis. Perſ. 1. 5. verſ. 2.

Digitized by Google

Male operam locas. Perſ. 2. 2. v. 46.

Pariter bonam boni operam date gregi. Pſeudol. Prolog verſ. 9.

Opera non eſt. Es iſt nicht der arbeit werth. Merc. 5. 2. v. 77.

Nam ſenſi ſedulò, te mihi dare bonam operam. Perſ. 4. 10. verſ. 11.

Operam & ſumptum perdunt. Rud. Prol. 24.

Operam ſuam locare ad artes nugatorias. Trin. 4. 2. v. 2.

Vt me iam omnium laborum levas! Rud. 1. 4. v. 27.

Nunc operam, & ludos fecit. Rud. 4. 1. v. 9.

Opus faciam, ut defatiger uſq; ingratis. Eunuch. 2. 1. verſ. 14.

Qui illum ad laborem impulerim. Heaut. 1. 1. v. 108.

Quibus alicunde aliquis abiectus eſt labor. Hecyr. 3. 1. v. 6.

Niſi Phœdria haud ceſſavit, pro te eniti. Phorm. 3. 1. v. 11.

In quibus officiis artis elaborare conveniret. ad Herenn. lib. 2. pag. 19.

Ego pro me, & te curabo. Pſeud. 1. 3. v. 3.

Laſſus de viâ me volo curare. Pſeud. 2. 2. v. 66.

Si hanc rem ſobriè accuraſſis. Pſeud. 4. 1. v. 29.

Suam ætatem benè curant. Pſeud. 4. 7. v. 34.

Illum multa in pectore ſuo collocare oportet. Perſ. 1. 1. v. 8.

Ita malè vivo, atq; ita multa mihi in pectore ſunt curæ exanimales. Rud. 1. 4. v. 2.

Item, tot meâ ſolius ſollicitiſunt causâ, ut me unum expleant? Heaut. 1. 1. v. 72.

Quibus ego nunc ſollicitor rebus. Adelph. 1. 1. v. 11.

Inieci homini ſcrupulum. Adelph. 2. 2. v. 20.

Id illi nunc dolet alieno, pater is nihilo pendit. Adelph. 3. 4. verſ. 5.

Ego vos ſolvi curis cæteris. Hecyr. 2. 1. v. 33.

Cura ex cordè exceſſit mihi. Hecyr. 3. v. 12.

Iſthæc res mihi ſolicitudini eſt. Phorm. 4. 1. v. 22.

Cùm commemorans, quanta curæ ea res fuerit diis immortalibus. ad Her. lib. 2. p. 49.

Suſcipere laborem. ad Her. lib. 3. p. 54.

Hominibus id ætatis, oneris, ad horum adoleſcentiam ſtudiis imponitur. de Orat. l. 1. p. 324.

Prudentiâ tamen rerum magnarum magis, quàm dicendi arte nititur de Orat. l. 1. p. 337.

Dd 2 Eniten-

Enitendum eſt, ut oſtendas in eâ re, quam defendas. de Orat. lib. 2. p. 404.

Magnos labores excipere. Brut. p. 592.

Tot tantisq́ negocijs eſt diſtentus, ut reſpirare liberè non poſſit. pro S. R p. 44.

Summo cum labore, ſtomacho, miſeriaq́ aliquem erudire. pro Qu. R. p. 102.

Magnum laborem capere. pro Qu. R. p. 109.

Operam, laborem, ſtudium interponere. in Verrem pag. 132.

Nemini meus adventus labori ac ſumptui fuit. in Verr. pag. 182.

Quantæ curæ ea res fuit? de Inv. l. 1. p. 192.

Suſpenſo & occupato animo Craſſum tibi reſpondiſſe video. de Or. l. 1. p. 335.

In ſententijs eligendis labor, & cura me torquet. de Orat. l. 3. p. 461.

Vt eorum aſpectu omnis, quæ me angebat, de Republicâ cura conſederit. Brut. p. 523.

Nihil mihi accidit, Brute, quod vellem, aut aliquâ ex parte ſolicitudines allevaret meas. Brut. p. 524.

Hic me dolor tangit, hæc me cura ſolicitat. Brut. p. 621.

Cordi eſt hoc mihi. pro Q. p. 34.

Res cordi eſt. in Verr. p. 203.

Nunquam animum tuum cura tuarum fortunarum, cogitatioq́ tangit. in Verr. p. 331.

Animum frangere ac debilitare. in Orat. poſt redit. p. 397.

Domicilium ſibi, & vitæ, & mortis depoſcere. Orat. poſt redit. p. 398.

Sed mihi ante oculos obverſatur Reipub. dignitas, quæ me ad ſe rapit. Seſt. p. 6.

Revocat ſe ad curam rei domeſticæ. pro Cæl. 108.

Milo magis de ſalute Reipubl. quàm de ſuâ turbatur. Mil. 222.

In hac cauſâ multa me perturbant. pro Deiot. p. 306.

Animis meus maioribus ſuſpenſus eſt curis. Philipp. lib. 7. pag. 436.

Curam eius incredibilem in aſperrimis periculis non modò ſalutis, ſed etiam dignitatis meæ perſpexi. Phil. 7. p. 438.

Confici curis. Ep. Fam. l. 4. p. 110.

Interim

Digitized by Google

Interim maximam hic ſolicitudinem curamq́ ſuſtineo. Ep. Fam. l. 10. p. 278.

Magnam habeo gratiam Philoſophia, qua me non modò à ſolicitudine abducit, ſed etiam contra omnes fortuna impetus armat. Ep. Fam. l. 16. p. 501.

Incredibili ſum ſolicitudine de tuâ valetudine. ibid.

Quam tibi ſumma cura eſſe ſcio. Ep. Att. p. 5.

Multa ſunt, qua ſolicitant anguntq́: domeſticarum ſolicitudinum aculeos omnes, & ſcrupulos occultabo. Epiſt. Att. libr. 1. p. 35.

Qua me curâ aliquâ afficiunt. Epiſt. Att. l. 1. p. 34.

Qui ſæpiſſimè curam & angorem animi mei ſermone, & conſilio levaſti tuo. Ep. Att. l. 1. p. 35.

Iam exhibere mihi moleſtiam deſtiterunt. Epiſt. Att. libr. 2. p. 45.

Multa me ſolicitabant, qua mihi ipſi intenduntur. Ep. Att. libr. 2. p. 69.

Magna me curâ levaris. Ep. Att. l. 5. p. 140.

Bibulus in tanto mœrore ſuo maximam curam belli ſuſtineret. Ep. Att. l. 6. p. 188.

Excubo animo, nec partem ullam capio quietis. ad Att. libr. 9. epiſt. 13.

Incumbite ad Reipubl. ſalutem, circumſpicite omnes procellas, qua impendent. in L. Catil. p. 207.

Totum animum, atq́ omnem curam, operam, diligentiamq́ ſuam in petitione non poſſit ponere. pro L. Mur. p. 240.

Curâ, cogitatione, vigilijs omnibus nihil niſi de ſalute meorum civium laboraſſem. pro Dom. p. 460.

Navare alicui operam. de Aruſp. reſp. p. 461.

Studium conſumere in aliquâ re. pro Cneo Planc. pag. 525.

Oratio & bonis artibus inſtituta, & curâ & vigilijs elaborata. pro Cœl. 109.

Quantum mea fides ſtudij afferat ad ſalutem regis defendendam. pro Deiot. 307.

Annon meis civibus provideam? Philipp. libr. 6. pagin. 435.

Conſilio quantum potero, labore plus penè quàm potero, excubabo, atq́ vigilabo, pro vobis. Phil. 6. p. 435.

Omnem noſtra induſtria curriculum in amicorum periculis pro-

pulſandis laboratum eſt. Phil.7.p.438.

Partem aliquam curæ & cogitationis ſuæ in Aſiam, & Syriam derivavit Phil.11.p.486.

Sed de literis hactenus: nonenim vereor ne non ſcribendo te expleam, præſertim ſi in eo genere ſtudium meum non aſpernabere. Ep.Fam.l.2.p.36.

Curam tibi maiorem afferre ſentio. Ep. Att.l.7.p.206.

Omnia mea ſtudia, omnem operam, curam, induſtriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis conſulatu fixi, & locavi. Ep. Fam.l.2.p.41.

Talium virorum tanta ſtudia aſſequi, ſola virtus eſt. Ep.Fam.l.3. pag.89.

Adhibui diligentiam quotieſcunq; ſenatus fuit, ut adeſſem. Epiſt. Fam.lib.5.p.123.

Quod tibi decedenti pollicitus ſum, me omnes res urbanas diligentiſſimè tibi perſcripturum, datâ operâ paravi. Ep.Fam. lib.8. p.214.

Balbi quoque Cornelij operam, & ſedulitatem laudare poſſum. Ep. Fam.lib.8.p.233.

Incumbe per Deos immortales in eam curam, & cogitationem, quæ tibi ſummam dignitatem, & gloriam afferre poſſunt. Epiſt. Fam.l.10.p.277.

Ne quid detrimenti Reipub. iniungant, ſumma à nobis dabitur opera. Ep.Fam.l.11.p.333.

Dabo operam, ut meum ſtudium & diligentiam vobis P. C. & Reipub. præſtem Ep.Fam.l.12.p.369.

Curam diligentiamq; in alicuius ſalutem conferre. Ep. Fam.l. 15. p 464.

Quæ ad me de tuis rebus ſcribis, ea tanta mihi curæ ſunt, ut me nolim admoneri. Ep. 1. 10.

Nec verò cuipiam ſalutem ac fortunas ſuas tantâ curâ fuiſſe unquam puto, quanta mihi ſit honos huius. Ep. 2. 5.

Non mihi tam mea ſalus cara fuit. ibid.

De ſacerdotio tuo, quantam curam adhibuerim, cognoſces. Epiſt. 2. 6.

Mihi ſcies indies maiori curæ eſſe dignitatem tuam. Ep. 2. 17.

Affinitas novam curam mihi affert cavendi. Ep.3.12.

Nos curâ, & dolore proximi ſumus. Ep.4.7.

Quæ curo, attendoq;. Ep.14.13.

Velim

Velim ita ſtatutum habeas, tuas omnes res non minori mihi curæ, quàm meas eſſe. Ep.6 2.

Valebis, meaq; negotia videbis. Ep. 7. 21.

Quâ tu curâ ſis, neſcio. Ep.8 5.

Eos tibi, & rem, de qua vidi, velim curæ habeas. ibid.

Omnem noſtram de Repub. curam abiecimus. Ep.9.20.

Cave exiſtimes, me abieciſſe curam Reipub. Ep.9.24.

Ex quo intelligi poteſt, curam Reipub. ſummè defendendæ, iam pridem apud nos excubare. Ep.10.8.

Non mediocris adhibenda mihi eſt curatio. Ep.10.11.

Curas conferre. Ep.10.12.

In eam curam incumbe, mi Plance &c. Ep.10.14.

Videbaris, gravem curam ſuſcepiſſe. Ep.12.11.

De noſtrâ dignitate velim tibi, ut ſemper curæ ſit. Ep. 12.14.

Te hortor, ut omni curâ in Rempub. incumbas. Ep.12.25.

Curam mihi attulit. Ep.16.13.

Scio, quàm ſis curioſus. Ep.8.1.

Addis, viſum eſſe quibuſdam edictum meum, quaſi conſultò ad iſtas legiones impediendas eſſe accommodatum. Ep.3.8.

Datâ operâ paravi, qui ſic omnia perſequeretur. Ep.8.1.

Quantum me diligis, tantam adhibe in te diligentia. Ep. Fam.lib. 16.p.494.

Nunc ego te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas, ad convaleſcendum. Ep.Fam.l.16.p.496.

Atq; utinam præſens illum diem mihi optatiſſimum videre potuiſſem, pro quo tuis ampliſſimis erga me ſtudiis atq; beneficijs tibi operam ſtudiumq; navarem. Ep.Fam.lib.15.p.748.

Nos in omni munere ſummam adhibemus diligentiam. Epiſt. Att. pag.6.

Agam ſtudioſius, & contendam ab illo vehementius. Epiſt. Att. l. 1.p.14.

Vt agerem diligentiſſimè cum Luceio. ibid.

In hac cauſâ Piſo amicitiâ P. Clodij ductus operam dat. Ep. Att.l. 1 pag.18.

Omnes profudi vires animi atq; ingenij mei. Epiſt. Att. libr. 1. pag.18.

Adhibeam quandam cautionem, & diligentiam. Ep. Att. lib. 1. p.40.

Hæc nobis coram ſummâ curâ, ac diligentiâ ſunt agenda. Ep. Att. lib.1.p.41.

Magnopere dixi, nobis eſſe laborandum. Ep. Att. lib. 2. p. 46.

Incumbamus ad illa præclara ſtudia. Epiſt. Attic. libr. 2. p. 65.

Hac curâ certè iam vacuus ſum. Ep. Att. l. 2. p. 65.

In illâ operâ noſtrâ forenſi ſummâ induſtriâ verſamur. Ep. Attic. lib. 2. p. 75.

Totos nos ad forenſem laborem operamq; contulimus. Ep. Attic. lib. 2. p. 77.

Scito me eſſe in ſummâ ſolicitudine. Epiſt. Attic. libr. 8. pag. 254.

Me illâ curâ ſollicitat, angitq; vehementer. Ep. Qu. Fratr. lib. 3. p. 633.

An ab omni curatione, & adminiſtratione rerum vacent. de Nat. Deor. l. 1. p. 4.

Omni curâ liberari. de Nat. Deor. l. 2. p. 102.

Ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes atq; dies exeduntur. de Fin. l. 1. p. 117.

Hi curatione adhibitâ levantur in dies. de Finib. libr. 4. p. 241.

Qui illa non modò curâ digna putant. de Divinat. libr. 2. pag. 262.

Omni curâ eſſe liberatum. de Fin. l. 5. p. 276.

Curas, ſolicitudines perferre, ibid.

Cum laxati ſumus curis. Qu. Tuſc. l. 1. p. 312.

Curam ſomno ſuſpenſam levare. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. pag 339.

Inanes curas detrahere. Tuſculan. Quæſt. libr. 2. pag. 350.

Curas ponere. Qu. Tuſc. lib. 3. p. 404.

Außleſchen/ Außtilgen/ Vertilgen/ Vernichtigen.

Imperium delere, & nomen alicuius extinguere. in Luc. Catil. pag. 208.
Memoriam publicæ recenſionis tabulis publicis impreſſam, extinxit. Mil. 251.
Ea vis perniciem extinxit, & ſuſtulit. Mil. 256.
Dictatoris nomen propter recentem perpetuæ dictaturæ memoriam funditus ex Repub. ſuſtulit. Phil. 1. p. 324.
Illud ius vi, & armis omne ſublatum eſt. Phil. 1. p. 333.
Tu propter unius odium dictatoris nomen funditus ſuſtuliſti. Phil. 1. p. 335
Ne delere, & evertere Remp. funditus vellet. Phil. 2. p. 358.
Studetis furorem extinguere, opprimere audaciam. Philipp. 6. p. 415.
Totus conſulatus ex omni monumentorum memoriâ revulſus eſt. Phil. 12. p. 819.
Horum nomen omninò extinctum eſt. Phil. 13. 530.
Inducere nomina, id eſt, *delere.* At. 67. b. Inducere, *ſignificat idem quod, Delere:* vt ſi quis ſtylo lineam ducat tranſverſam per ea quæ ſcripta ſunt, quæ notet ea non valere amplius. Inde etiam hoc verbo exprimitur, *quod* Barbari dicunt per *Annihilare.*
Etſi nomina facta ſunt, vel induci, vel mutari poſſunt. Att. 228. a
Vt induceretur locatio, poſtulatum eſt. ibid. 15. b
Oppianicus, qui digito legata deleverat, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignavit. pro Cl. 25. b
Cum mendum ſcripturæ tollatur liturâ. Ep. 85. a
His igitur tabulis nullam lituram in nomen (al. *nomine.*) *A. Licinij videtis.* pro Arch. 187. a
Deinde in codicis extremâ cerâ nomen infimum, in flagitioſâ liturâ fecit. in Verr. 95. a
Cur id nomen infimum in lituraq; ſit. ibid.
Videtiſne totum hoc nomen, coram ubi facit delatum, eſſe in lituras? quid fuit iſthic antea ſcriptum? quod mendum iſta litura correxit. in Verr. 129. b

Tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atq; interlitas eſſe clamant. ibid.

Caudam illam Verris tanquam in luto demerſam eſſe in liturâ. in Verr. 147.a

Vnius nominis liturâ commotus eſt. pro Arch. 187.b

Neq; pugnandum arbitrarer, contra tantas opes, neq; delendum ſummorum civium principatum. Ep. 1. 9.

Meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit oblivio. Ep. 2. 1.

Quid eſt non ita affectum, ut id non deletum, extinctumq; eſſe fateretur. Ep. 5. 13.

Vt expungatur nomen, ne quid debeam. ad Her. lib. 4. p. 105.

Civitatem funditùs deiecisti. ad Her l. 4. p. 105.

Formæ dignitas aut morbo defloreſcit aut vetuſtate. ad Her. l. 4. p. 104.

Cùm extinguebas Senatum. Piſ. 202.

Cruore & flammâ cuncta delere vis. Ep. Oct. p. 648.

Si iudicium eſt nequiſſimos nummulis acceptis ius & fas omne delere. Ep. Att. l. 1. p. 26.

Id nomen ex omnibus libris tollatur. Ep. At. l. 13. p. 428.

Si huius æterni beneficij immortalem memoriam decreviſſet. Para. 4. p. 232.

Deliberandi. Conſilij. Agendi. Conſultandi. Decernendi. Propoſiti. *Vide etiam* Animi. Conſilij. Sententiæ.

Bedencken/Berathſchlagen/Erwegen/Handeln.

I*Am tunc igitur amota ei omnis conſultatio nuptiarum.* Epid. 2. 2. v. 98.

Sed quid agam ſcio. Bacch 1. 1. v. 45. & Terent. And. 1. 2. v. 28.

Quid ille ſolus ſe in conſilium vocat? Merc. 2. 3. v. 48.

Volutare aliquid ſecum in corde. Mil. 2. 2. v. 41.

Quæ habent nocturna ora noctu ſacruficatum ire occupant. Pœn. 1. 2. v. 107.

In conſilium eum ſine causâ ſubſortiebatur. in Verr. p. 212.

Non ex verbis totum pendere ius, ſed verba ſervire hominum conſilijs.

Digitized by Google

ſilijs & auctoritatibus ſcimus. pro Cæci. p. 606.

Totam hanc deliberationem evoluis accuratiùs. Ep. Att. lib. 9. p 287.

In deliberationem cadit. 1. Off. p. 6.

Deliberatio omnis cadit in rationem utilitatis. 1. Off. 6.

Fit ut diſtrahatur in deliberando animus. 1. Off. p. 7.

Spatium deliberandi habuerunt. 1. Off p. 47.

Ad ſuam cuiusq; naturam conſilium eſt omne revocandum. 1. Off. p. 48.

Conſilium vitæ omne contulit. ibid.

Mihi deliberatum & conſtitutum eſt, ita gerere conſulatum. cont. Rul. 65. a

Certum eſt deliberatumq; dicere. pro S. R. 23. a

Si iam tibi deliberatum eſt, quibus abroges fidem iuriſiurandi, reſponde. pro Qu. R. 25. a

Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum, omnes, qui habitarent. in V. 168. a

Iſte certè ſtatuerat, & deliberaverat non adeſſe. in V. 76. b

Sperarunt ſe iniecturos vobis cauſſam deliberandi, & iudicandi iuſtam moram & religionem. pro Cæc. 285. a

Reliqua videtur eſſe deliberatio, quod conſilium, &c. ſequamur. Ep. 4. 2.

Magna eſt deliberationis, quæ ratio ſit ineunda nobis. Ep. 4. 6.

Neq; illi quicquam deliberatius fuit. Ep. 5. 3.

Flagitare Senatus inſtitit, Cornutum ut referret, ſtatim de tuis literis, ille ſe conſiderare, aut velle. **Wolt es in bedencken nemen.**

Tibi decernitur, ut regem deducas. Ep. 1. 1.

Stipendium Cæſari decretum eſt. Ep. 1. 7.

Vt ne quid novi decernatur. Ep. 2. 9.

Quod Marcus Marcellus conſul F. de provincijs conſularibus R. D. E. R. V. I. C. retulit, de eâ re univerſi ita cenſuerunt. Initium huius loci mendoſum putatur, & poni debere pro, N. V. F. *Verba fecit.* Ep. 8. 9.

Hoc melius ex re, & ex tempore decernes. Ep. 12. 19.

Longi ſubſellij iudicatio & mora, id eſt, *longa deliberatio & conſultatio, utrum tibi triumphus decernendus ſit.* Ep. 3. 9.

Non deſtitit inire cum Domitio conſilia. Ep. 8. 13.

Aquini conſilia ſunt inita de me: **Man hatt rathſchläg vber mich gehalten.** Ep. 5. 24.

Digitized by Google

Demonſtrandi. *Vide* Confirmandi.
Depellendi. *Vide* Arcendi.

Depingendi. Notandi.

Beſchreiben/vor Augen mahlen.

SI qua mulier ſit eiuſmodi, qualem paulò antè deſcripſi, vita inſtitutoq; meretricio. pro Cæl. 48. a

Nonne mehercule contumeliæ cauſſa deſcribebam quenquam, præſertim ingenioſum. in Piſ. 94. a

Hominum ſermones moreſque deſcribere. Or. 209. a

Quæ ſit in figuris animantium, & quàm ſolers ſubtilisq; deſcriptio partium. de N. 50. a

Deſcriptio, quam Græci χαταγεαφλὼ *vocant, qualis ſit avarus, qualis aſſentator, ceteraq; eiuſdem generis, in quibus natura & vita deſcribitur.* Top. 228. a

Horum exempla & deſcriptiones in præceptis elocutionis continentur. de In. 52. a

Deprecandi. Intercedendi.

Bitten / Vorbitt anlegen/ Abbitten.

SIne me per te, here, obſecro Deos immortales. Bacch. 4. 8. v. 64. Sic ſolebant in deprecationibus Comici inter præpoſitionem, eiuſque caſum, interponere pronomen. Vt etiam Men. 5. 7. v. 1. *Per ego vobis Deos atq; homines dico.* Terent. Andr. *Per ego te Deos oro.* Virgil. lib. 8. Aeneid. *Per ego has lacrymas.* Seneca Agamemnone: *Per te parentis memoriam obteſtor mei.* Feſtus. *Ob vos ſacro, in quibuſdam precationibus eſt*, pro: *Vos obſecro.* Vt &: *Sub vos placo*, pro: *vos ſupplico.*

Eum precatorem mihi para: id eſt, *interceſſorem.* Heaut. 5. 2.

Nec tu aram tibi, neque precatorem pararis. ibid.

Ad precatorem adeam credo, qui mihi ſic oret: nunc amitte, quæſo, hunc:

Digitized by Google

ſo, bonus: ceterùm poſt hac ſi quidquam, nihil precor: tantummodò non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito. Phorm. 1. 2.

Nec pretium neque rem ullam interceſſiſſe: Es iſt nichts darzwiſchen kommen. Adelph. 3 2.

Nibil eſt preci loci relictum. Andr. 3. 4.

Vt nullus locus relinquatur preci. Phorm. 3. 3.

Eum precatorem mihi paro, id eſt, interceſſorem. Heaut. 5. 2.

Deos precando, gratulando obtundere. Heaut. 5. 1.

Tu potiùs deos comprecare: nam tibi eos certè ſcio, quo vir melior multó es, quám ego ſum, obtemperaturos magis. Adelphis 4. 5.

Adeóne ingenio eſſe duro te atque inexorabili, ut neq; miſericordiâ neq; precibus molliri queas. Phorm 3. 2.

Audes ſupplicium deprecari. Herenn. lib. 4. p. 89.

Afferre aliquam deprecationem. pro C. Rab. p. 162.

Non erit deprecationi locus. Ep. ad Att. lib. 10. p. 320.

Neque eſt ullum periculum, quod pro libertate aut refugiam aut deprecer. Ep. 163. b

Qui nullum ſupplicium deprecatus eſt, neque recuſavit. Tuſcul. 186. b

Iam qui tot ſcelera commiſit, is nullam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari. in Verr. 108. a

Vt à me quandam propè iuſtam patriæ querimoniam deteſter ac deprecer. in Cat. 100. b

Invidia remota, quam dies mitigavit, oratio mea deprecata eſt pro Cluent. 34. b

Deprecari mortem alicuius. in Verr. 261. a

Deprecari iniuriam ab aliquo. Ep. 121. a

Non ſupplicium deprecarer. pro Rab. 97. a

Multorum hic vitam eſt à L. Sylla deprecatus. pro Sylla 108. b

Pro reditu Popilii multi cognati & affines deprecati ſunt. Poſtquam. 199. b

Deprecatorem me pro illius periculo præbeas. Ep. 2. 12.

Ius adeundi, cùm ipſi deprecatione eguerimus, non habemus. Epiſtol. 4. 7.

Neſcio quid à me ſcripſiſti deprecationis diligentiſſimè. Epiſtol. 5. 10.

Non erit deprecationi locus. Ep. 8. 17.

Sin (quod Dij omen avertant!) oppreſſus ibi erit. Ep. 12. 6.

Si (quod nolim) adverſi quid acciderit. Ep. 12. 8.

Filium

Digitized by Google

Filium miſit non ſolùm ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. Att.175.b.179.a

Cretenſes ad Pompeium legatos deprecatoresque miſerunt. pro Pom.10.a

Sperabam, iudices honoris potius L. Flacci me auditorem futurum, quàm miſeriarum deprecatorem. pro Fla. 146.a

Deprecator fortunarum alicuius. pro Planc.281.a

Deprecator ſalutis meæ. pro Seſt.8.b

Poſt temeritatem noſtri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Ep.21.a

Pro uno filio duo patres deprecamur. pro Pl. 281.a

Mater & ſoror deprecatur pro pueris. At. 280.b

Omnia ſemper pro amicorum periculis, nihil unquam pro meipſo, deprecatus ſum. de Or.127.a

Pro reditu P. Popilii multi cognati & affines deprecati ſunt. Poſtquam 199. a

Deprecari aliquem pro aliquo. Poſtquam.212.a

Quid ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit, &c. videtur ne interceſſiſſe appellatio tribunorum? pro Qu.12.a

De his rebus pridiè quam hæc ſcripſi, ſenatus auctoritas graviſſima interceſſerat: cui cum Cato & Caninius interceſſiſſent, tamen eſt perſcripta. Ep.3.b

Sed mihi credite, nunquam ſuccedetur illis, niſi cùm eâ lege referetur, quâ intercedi de provinciis non licebit. de Pr. 27.b

Eaq; quæ de reductione regis ſcripta eſt, auctoritas, cui ſcis interceſſum: ut ne quis omninò regem reduceret, tantam vim habet. Ep.7.a

Qui veritus eſt, ne Fuſius ei legi intercederet, &c. At.10.b

Meæque ſententiæ, quæ ſecunda pronuntiata erat, cùm frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Servilii P. Titius interceſſit. Epiſtol. 151. a

Tribuni ex templo pulſi, cùm intercedere rogationi vellent. de Orat. 129. b

Quod legationis genus ego conſul ſuſtuliſſem, approbante ſenatu, niſi mihi Levinus (a: leviſſimus) Tribunus plebis interceſſiſſet. de Leg.187.b

Aſſiduis internuntiis cum Lepido egi, ut &c. Ep.153.b

Quæ quidem me internuntio, ad illos celeriter deferentur. Octa. 331. b

Damnato-

Digitized by Google

Damnatorum vitam à prætore, vel ipſo carnifice internuncio redimi. in Verr. 238. b.

Deprehendendi.
Antreffen.

Niſi triduo bis deprehenſus eſſet. Ep. 8. 7.
Non dubito quin Dolabella tabellarios meos deprehenderit, literasq́; interceperit. Ep. 12. 12.

Depromendi.
Herfür thun.

Argumenta alicunde depromere. de Or. 119. a
E quibus locis quaſi theſauris argumenta depromerentur. de Fin. 108. a
Ex arte depromere genus commendationis. Ep. 105. a
Principia cùm erunt penè ex intimâ defenſione depromta. de Orat. 138. a
Cùm illa verba ex intimo artificio depromſiſſet. pro Cluent. 29. b
Nam ut in rerum privatarum cauſſis atq; iudiciis depromenda ſæpè ratio eſt ex iure civili. de orat. 101. b
Quod de iure civili depromtum videretur. de Or. 106. a
Primum in Cæſarem maledicta congeſſit, depromta ex recordatione ſtuprorum ſuorum. in Att. 186. a
Vereor, ne cui ex Stoicorum diſputationibus, non ex meo ſenſu, depromta hæc videatur oratio. Parad. 116. b
Non verba domo patroni depromere videtur? in Verr. 182. b

Derogandi.
Abſprechen/ Benemen.

Quomod

Quomodo iſti, ſi ſomnium verum evaſit aliquod, non ex multis potiùs vni fidem derogant, quàm ex uno innumerabilia confirmant. de D. 138. b

Derogare aliquid de dignitate populi. de In. 68. b

Non ego nationi huic fidem derogo. pro Flac. 147. b

De adverſarii teſtium fide derogatur. pro Cæc. 186. b

Quorum virtuti & rebus geſtis fidem & auctoritatem in teſtimonio inimicitiarum ſuſpicio derogavit. pro Font. 278. b

Dignane cauſſa videatur, quare aut de magnificentiâ, aut de honeſtate quiddam derogetur. de In. 84. a

Indignum eſſe, de lege aliquid derogari, aut legem abrogari, aut aliquâ ex parte commutari. de Inven. 79. a

Cùm oſtenditur id factum eſſe, quod ea lex ſanciat, cui legi abrogatum vel derogatum eſt. ad Her. 9. a

Non enim mihi tantum derogo, tametſi nihil arrogo, ut te copioſius quàm me putem poſſe dicere. pro S.R. 33. a

---

Deſerendi. Relinquendi.

Verlaſſen.

ME his deſeruiſti malis. Heaut. 2 3. v. 17.

Animam relinquam potiùs, quàm illas deſeram. Adelphis 3. 5.

Itáne tandem quæſo eſt, ut pater tam in brevi ſpatio omnem de me eiecerit animum patris? Heauton. 5. 2.

Itáne hunc patiemur, Geta, fieri miſerum? Phorm. 3. 3.

Enitor, ut neq; amicis, neq; etiam alienioribus operâ, conſilio, labore deſim. Ep. 1 9.

Deeſſe mihi nolui. Ep. 5. 12.

Nullâ in re ſaluti tuæ defui. Ep. 5. 17.

In privatis rebus, nullum neq; officium, neq; ſtudium meum deſiderabis. Ep. 10. 2.

Nunquam deero, ne cum periculo quidem meo dignitati tuæ. Ibidem.

Neq; deeſſe, neq; ſupereſſe Reipub. volo. Ep. 10. 33.

Ab iis à quibus curandus, derelictus, &c. 1. 9.

Cùm intelligat deſertum ſe atq; abiectum fore. Ep. 1. 5.

Video

Digitized by Google

Video me deſertum, à quibus minimè conveniebat. Ep. 5. 1.

Ita me deſtituit nudum. Ep. 9. 22.

Amicum, quanquam re offendebar, tamen non deſerebam. Epiſtol. 11. 28.

Iam biennium aut triennium eſt, cùm virtuti nuntium remiſiſti, id eſt, *renuntiaſti.* Ep. 15. 16. *Nuntium remittere.* pro *renuntiare*, quemadmodum alibi etiam, ut in Topicis, & de oratore. lib. 1. *uſu memoria patrum venit, ut paterfamilias, qui ex Hiſpaniâ Romam veniſſet, cùm uxorem pragnantem in provincia reliquiſſet, Romaq; alteram duxiſſet, neq; nuntium priori remiſiſſet, mortuusq; eſſet*, &c.

Reliquum aliquid facere. in Verr. p. 387.

Accepi hac oppida atq; oram maritimam illum pro derelicto habere. Ep. Att. lib. 8 p. 232.

Quos tutari debent, deſertos eſſe patiuntur. 1. offi. p. 13.

Deſiderandi. Deſiderii. Ardoris. Ardendi. Anhelandi. Aucupandi. Appetendi. *Vide etiam* Cupiditatis.

Verlangen / Begeren.

QVa exanimata exequitur aſpectum tuum. Epid. 4. 2. v. 3.

Qui ingenuis ſatis reſpondere nequeas, qua cupiunt tui. Mil. 4. 1. v. 17. Sic enim ibi legendum rectè iudicavit quidam vir doctus: & nos non aliter ductu nonnullorum codd. expreſſimus. Sic loquitur Cicero lib. 3. de Nat. Deor. *Parentem habere avarum, illepidum in liberos, difficilem, qui te nec amet, nec ſtudeat tui.* Symmachus lib. 1. Epiſt. 8. *Iamdudum veſtri cupiunt Lucrina tacita.* Et ſanè Donatus ex Plauti Trinummo 4. 1. v. 22. citat: *Quamquam domi cupio, opperiar tamen.* Vbi dicit τὸ *Domi* eſſe genitivi caſûs.

Cœpit me deſiderium huius. Hecyr. 1. 2. v. 14.

Ita magno deſiderio fuit eius filius. Ihn hat ſo ſehr nach ihr verlanget. Heaut. 4. 4.

Anhelans domum. Hecyr. 5. 3.

Prudentia ſua triſte deſiderium nobis reliquerat. Brut. p. 635.

Inſolitâ inflammari victoriâ. pro Leg. Man. p. 645.

Ad Ita-

Ad Italiam ſtudio inflammato rapitur. pro Leg. Man. paginâ 635.

Dies auget eius deſiderium. Provinc. 168.

Omnes gemebant deſiderium mei. Piſ. 188.

Legatio plena fuit deſiderii, ac ſolicitudinis propter incredibilem fratrum amorem. pro Lig. 295.

Deſiderium tui diſſidii ferre non poteſt. Phil. 2. 316.

Tota Italia deſiderio libertatis exarſit. Phil. 10. 473.

Huius deſiderium civitas ferre diutius non poteſt Phil 10. 474.

Ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. In L. Catil. p. 181.

Mirum me deſiderium tenet urbis. Epiſt. ad fam. libro 2. pagina 47.

Glorioſè triumpharam, ſi non eſſem in deſiderio rerum mihi chariſſimarum. Ep. fam. lib. 2. p. 49.

Deſiderium præſentiæ tuæ meo labore minuatur. Epiſt. fam. lib. 5. p. 127.

Deſiderare te ſignificabas literas meas. Ep. 2. 1.

Miro deſiderio, me urbs afficit, & omnes mei, tuq; in primis. Epiſt. 2. 12.

Venies expectatus, neque ſolùm nobis, ſed prorſus omnibus. Epiſtol. 4. 10.

Multarum rerum deſiderio te angi neceſſe eſt. Epiſt. 6. 1.

Hoc malo nos ferre deſiderium. Ep. 7. 1.

Tantus ardor animos hominum occupavit deſiderio libertatis. Epiſt. 11. 8.

Quem cùm obiurgarem, quod parùm valetudini parceret, tum ille, nihil ſibi fuiſſe longius, quàm ut me videret. Ep. 11. 27.

Quò tolerabiliùs feramus igniculum deſiderii tui, crebriùs nos literis appellato. Ep. 15. 20.

Non ignoro, quantum ex deſiderio labores. 16. 0.

Sin autem omnia, quæ ſentio, perſcripſerim, ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum. Epiſt ad fam. lib. 5. p. 142.

Magis te deſiderio noſtri æſtuare putaram. Epiſt. ad fam. libro 16. pag 500.

Dum diſcedis à nobis, me deſiderio afficis. Ep. ad fam. lib. 15. pagina 488.

Noſtrum deſiderium crebris, & longis epiſtolis leniatur. ibid.

Non poteſt dici, quàm flagrem deſiderio urbis. Epiſt. Att. libro 5. pag. 146.

Cùm

Digitized by Google

Cùm ſe lucis deſiderio moveri diceret. de fin. libro 5. pagina 274.

Nec ſitienter quid appetens deſiderio ardeat. Qu. Tuſc. lib. 4. pag. 428.

Quis eſt enim tam cupidus in perſpiciendâ cognoſcendâq; rerum naturâ? Offic. l. 1. p. 61.

Quis integro, & puro, & libero eodemq; acerrimo, & mobiliſſimo ardore teneatur. de Nat. Deor. l. 2. p. 61.

Ardore aliquo inflammati, & incitati cernunt, illa profectò, quæ vaticinantes prænunciant. de Nat. Deor. l. 1 p. 202.

Nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. Attic. 97. a

Leguleii aucupes ſyllabarum. de Orat. 105. b

Si verba inter nos aucupabimur. pro Cæcin. 194. b

Attendere & aucupari verba oportebit. de Or. 132. b

Præcipitisque, ut errantem aliorum opinionem aucupemur. de Fin. 79. b

Ars dicendi opiniones hominum, & ſæpè errores aucupatur. de Or. 111. b

Ac non vereor, ne aſſentatiunculâ quâdam aucupari tuam gratiam videar. Ep. 68. b

Levitatis eſt, inanem aucupari rumorem, & omnes umbras etiam falſæ gloriæ conſectari. in Piſon. 99. b

Imperitorum hominum rumuſculos aucupari. pro Clu. 39. a

Delectationem aliquam dicendo aucupari. Or. 202. b

Cùm præſertim tam multi occupationem eius obſervent, tempusq; aucupentur, pro S. R. 21. b

Non ſum tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper. pro Seſt. 25. a

Cur epiſtolis & ſororis & matris imbecillitatem aucupatur? pro Flac. 163. b

Non enim ad utilitatem, ad dicendum aucupans, horum libros lego. de Or. 114. a

Cùm res ſine propriâ lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus ſimilitudinem aucupatur. ab Her. 4. b

Vt aliquando vos, Patres conſcriptos, Italiamq; univerſam memoria mei, miſericordia, deſideriumq; teneret. Poſtquam. 198. a

Me mirum deſiderium tenet urbis, incredibile meorum, atq; inprimis ſacietas actæ provinciæ. Ep. 24. a

Teneri ſtudio alicuius rei. Ac. 39. a

Digitized by Google

Deridendi *Vide* Contemnendi.
Deſidiæ. *Vide* Ignaviæ.
Deſiſtendi. Deſinendi. *Vide* Abſolvendi.

Deſperandi. Animum abiiciendi Diffidentiæ. Diffidendi. *Vide etiam* Credendi.

Kleinmütig werden / den Muth fallen laſſen / Verzagen / Verzweiffeln / Mißtrawen.

N*Vlla ſum, nulla ſum, tota, tota óccidi.* Caſ. 3. 5. v. 1. *Actum eſt: ilicet.* Ciſt. 4. 2. v. 17. & verſ. 36. *Actam rem ago, quod periit, periit.* Verba ſunt, *inquit Donatus Terent.* Adelph. 3. 2. Nam actum eſt dicitur in ea re, de qua iam lata eſt ſententia. *Vide etiam Lexicon Plaut.* Actum eſt, & Ilicet.

Pater animum deſpondit. Men. prol p. 35.
Neve animum deſpondeat. Mil. 1. 1. v. 6.
Actum eſt. And. 3. 1. v. 7. ὠίπεϱακται.
Nullus ſum. And. 3. 4. 21.
Operâ tuâ mihi adreſtim res rediit planiſſumé. Phorm. 4. 4.
Sed eâ cauſſâ nihil magis defecimus. Es iſt aus mit vns. Phorm. 3. 1.
Occidi: utinam mihi eſſet aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem. Andr. 3. 4.
Id mihi viſus es dicere, abi citò & ſuſpende te. And. 1. 5.
Nullus ſum. quid cauſſæ eſt, quin hinc in piſtrinum rectâ proficiſcar viâ? Andr. 3. 4.
Servi deſperantes vitam domini. pro Mil. 112. a
Deſperare honores, vel aliquam rem. in C. 108. a
Deſperare de aliquâ re. Ep. 192. b
Sive reſtituimur, ſive deſperamur: nihil ampliùs opus eſt. Quint. Fr. 304. b
Eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen ferendi. in C. 106. b

Is enim

Digitized by Google

Is eum promiſſis ſuis excitavit, & ſimul ſaluti deſperare vetuit. pio Clu. 31. b

Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuis deſperare. Poſtquam. 211. b

Qui cùm oppidò deſperaſſent, munire arcē cœperunt. in P. 97. b 98. b

Quoniam ſibi hic ipſe deſperat. pro Mur. 134. b

Deſperare ab aliquo. in Piſ. 81. b

Eudemus graviter æger fuit, vt omnes medici diffiderent. de D. 91. b

Videſne tu illum triſtem, demiſſum? iacet, diffidit, abiecit haſtas. pro Mur. 4. b

Qui autem diffidit perpetuitati bonorum, timeat neceſſe eſt. de Fin. 82. b

Is certè potiùs, qui ſibi aliâ ratione diffideret, quàm is, qui omni ratione confideret. pro Clu. 30. b

Aliquem fugientem excipere, diffidentem rebus ſuis confirmare. pro Pom. 8. a

Diffidere ſibi. de Pro. 77. a

Nihil affirmabo, quæram omnia dubitans plerunque, & mihi ipſe diffidens. de D. 110. a

Huic incipio ſententiæ diffidere. Tuſc. 218. b

Tanta adhibebatur, & à nobis, & prætoribus contentio, ut rem poſſe confici non diffiderem. Qu. Fr. 290 a

Diffido me poſſe in hac cauſâ conſiſtere. pro Qu. Fr. 14. a

Invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſunt. Acad. 3. a

Qui deſperatione debilitati experiri id nolent, quod ſe aſſequi poſſe diffidant. Orat. 197. a

Eloquentia, quam omnes ſe aſſequi poſſe diffiderent. Orat. 295. b

Animo deficere. pro Sex. Roſc. p. 40.

Tu toties diffidens ac deſperans reb. tuis in ſordibus luctuq; iacuiſti. Piſ. 2. 16.

Te rogo, ne contrahas aut demittas animum. Ep. 1. Frat. libro 1. pag. 169.

Alter mortem ſibi conſcivit. de divin. l. 2 p. 240.

Impediti auſpiciis. de divin. lib. 2. p. 243.

Vos veſtris fortunis diffiditis. ad Her. l. 4. p. 122.

Ingeniis veſtris videor diffidere. Sex. Roſc. p. 65.

Diffidere alicuius fidei. in Verr. p. 147.

Difficile factu eſt à Diis ortis fidem non habere. de univerſ. pag. 881.

Digitized by Google

Deſpiciendi. *Vide* Contemnendi.
Determinandi. *Vide* Definiendi.
Detrimenti. *Vide* Damni: *Et* Ægritudinis.

Deſtituendi. *Vide* Defectûs.

Verlaſſen/ Mangel laſſen.

IN *hac causâ mihi aqua hæret.* Ep. Qu. Frat. lib. 2. p. 608.
Res me ipſa deficit. Ep. Qu. Frat. lib. 2. p. 616.

Dicere. Loqui. Eloqui. Sermonis. Fabulandi. Eloquentiæ. Orationis. Verborum. Mentionis. *Vide etiam* Alloquij.

Reden / Sprechen / Anſprechen / Sagen / Außſagen / Melden / Meldung thun / Sprach halten / Außreden.

Q*Vaſo quod te percontabo, ne id pigeat proloqui.* Aul. 2. 2. verſ. 33.
Dum quidem, ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui. Aul. 2. 2. v. 34.
Noli mentionem facere, te has emiſſe. Moſt. 3. 2. v. 128.
Ergò hoc mihi expedi, quò abis? Perſ. 2. 2. v. 33.
Illa cum illò ſermonem illicò. Eunuch. 4. 1.
Interea dum ſermones cadimus, illa ſunt relicta. Heaut. 2. 2.
Pergin' ſceleſta mecum perplexé loqui? ſcio, neſcio, abijt, audivi, ego non adfui: non tu iſtuc mihi dictura aperté es, quidquid eſt? Eunuch. 5. 1.
Lingua hæret metu. Eunuch. 5. 6.

Nunquam

Digitized by Google

Nunquam commodiús unquam herum audivi loqui. Heaut. 3. 2.
Optata loquere. Heaut. 3. 3.
Illi haud licebat niſi præfinitó loqui quæ illi placerent : Er dorffte nicht frey reden. Hecyr. 1. 2.
Hanc habere orationem mecum à principio inſtitit. Hecyr. 3. 3.
Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi. Hecyr. 4. 3.
Lupus in fabulâ. Adelph. 4. 1.
Sine me pervenire, quó volo. laß mich außreden. Eunuch. 1. 2.
Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. Heaut. Prol.
Quid, malum, bone vir mihi narras? Adelph. 4. 2.
Non eſt opus prolato. Es iſt nicht von nöhten/daß ichs ſag. Hecyr. 1. 2.
Ne ſuis te iratus ſævi dictis protelet. Phorm. 1. 4.
Sed me repreſſi tamen, ne quid illi dicerem. Adelph. 4. 4.
Ah, dictum ſapienti ſat eſt. Phorm. 3. 3.
Rem ipſam putaſti. Du haſt recht geſagt Phorm. 4. 5.
Tum quod malevolus vetus poeta dictitat, &c. Heaut. Prolog.
Qui ita dictitat, quas ante hac fecit fabulas, tenui eſſe oratione, &c. Phorm. Prolog.
Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti. Phorm. 5. 1.
Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit. Er hat zu unſerm keinem nichts geſagt. Andr. 1. 2.
Nempe ergò apertè vis, quæ reſtant, me loqui. Ibid.
Ita apertè ipſam rem modò loquutus: nihil circuitione uſus es. Ibidem.
Cenſen' ullum me verbum potuiſſe proloqui? And. 1. 5.
Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſâ, aut me aliquid de illâ adverſum hunc loqui. Ibid.
Verbum unum cave de nuptiis. Ibid.
Verbum ſi mihi unum, præterquám quod te rogo, faxis, cave. Andr. 4. 5.
Verbum ſi addideris, &c. Andr. 5. 2.
Pater, licétne pauca? Andr. 5. 3.
Itáne verò obturbat? fält er mir alſo in die rede? Andr. 5. 4.
Siccine me interloquere? Heaut. 4. 2.
Ait rem ſeriam velle agere mecum. Eunuch. 3. 3.
Ipſa accumbere mecum, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere: ubi friget: Da ſie nichts mehr hatte zu reden: *huc evaſit, quàm pridem pater mihi, & mater mortui eſſent.* Ibid.

Cedò, quid iurgabit tecum? ibid.
Cedò nunc porrò quid fiet? Phorm. 4. 4.
Hic actor tantum poterit à facundiâ, quantum, &c. Heaut. Prolog.
Eja ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine: eâ eloquentiâ eſt. Phorm. 4. 3.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem: Er werde alſo ſagen. Andr. 2. 3.
Dixin' ego vobis? Eunuch. 5. 9.
Non tu iſtuc mihi dictura apertè es, quicquid eſt? Eunuch. 5. 1.
Si pol Glycerio non omnia hæc: ſcil. *dixero.* Andr. 4. 5.
Id primùm dicam: deinde, quod veni, eloquar. Heaut. Prolog.
Nunc qui ſcripſerit, ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem. ibid.
Tu, ut ſubſervias orationi, verbis vide. Andr. 4. 3 v. 21.
Ne ille pro ſe dictum exiſtimet, qui nuper fecit: &c. Heaut. Prol.
Nolo in illum graviùs dicere. Adelph. 1. 2.
Nec nihil, neq; omnia hæc ſunt, quæ dicit. ibid.
Hoc advenienti quot mihi, Mitio, dixêre? in ore eſt omni populo. Adelph. 1. 2.
Iam ſuſurrari audio, civem Atticam eſſe hanc. Andr. 4. 5.
Dictum inter nos hoc fuit, ne tu curares meum, néve ego tuum. Adelph. 5. 3.
Dixti pulcré. nihil eſt dictu facilius. Phorm. 1. 5.
Non temerè dico. Ich weiß es für gewiß. Phorm. 5. 3.
Ego me ire ſenibus Sunium dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta: i. e. *de quâ dixit.* Phorm. 5. 5.
Si quæret me, tum dicas; ſi nõ quæret, nullus dixeris. ſo ſage nichts. Hecyr. 1. 2.
Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum tuam in fidem committam. Ibid.
Non herclè verbis dici poteſt tantum, quám re ipſa navigare incommodum eſt. Hecyr. 3. 4.
Iam ſi verbum unum poſthac: ſcil. *dixeris.* Adelph. 1. 2.
Ain' tandem, civis Glycerium eſt? ita prædicant. And. 5. 3.
Aliquot me adiêre, ex te auditum qui aiebant, daß du ſelbſt geſagt haben/ *hodiè filiam nubere tuo gnato.* Andr. 3. 3.
Acceſſi: vos ſemotæ: nos ſoli: incipit: Mi Pamphile, &c. Andr. 1. 5.
Obtundis, tametſi intelligo. Andr. 2. 2.
Longum eſt dicere, ſed hoc breve dicam. pro S. 5. 2.

De omnibus.

De omnibus longum eſt dicere. in Ver. 108. a

Iam ut, &c. & quibus, &c. longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti. pro Clu. 25. a

Iam de Platonis inconſtantiâ longum eſt dicere. de Nat. 8. a

Syllaba producta, atq; longa de Or. 160. a

Non faciam longius: huc enim pertinet. de Leg. 160. a

Non opus eſt exemplis hoc facere longius. de Fin. 128. a

Quicquid de ſuâ re cogitavit, in medium proferat. de orat. libro 2. p. 374.

Plurimum temporibus illis etiam de naturâ rerum, & diſſeruit, & ſcripſit. de orat. l. 3. p. 489.

Qui linguam non modò acuiſſes ex exercitatione dicendi. Brut. pagina 621.

Quantum dicendo aſſequi pro ſe quiſq; poterat, docere me ea cœpit! quæ paulò ante commemoravi. in Verr. p. 479.

Quâ vi vocis, quâ grauitate verborum, quo dolore animi dicam? Ibidem.

Rem in medio ponam, quæ tantum habet gravitatis, ut neque mea, neq; cuiuſpiam ad inflammandos veſtros animos eloquentia requiratur. in Verr. p 554.

Statui huc nil niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtriâ afferri oportere. pro lege Manil. p. 628.

Copioſiſſimè aliquid dicere. pro A. Cluent. p. 14.

Breviter ſtrictimq; aliquid dicere. pro A. Clu. p. 14.

Acervatim aliquid dicere. pro A. Cluent. p. 15.

Cautè pedetentimq; dicere. pro A. Cluent. p. 55.

Voce perſequi aliquid. pro Cn. Planc. p. 517.

Clodius conciones miſeras habebat. Epiſtol. Attic. libro 1. pagina 22.

Quam orationem cùm ingreſſus eſſem. Epiſt. Attic. lib. 15 pagina 212.

Contra omnes dicere. Acad. l. 2 p. 6.

Contra Academicos diſſeramus. Acad. [illegible] p. 12.

Dictioni operam dare. Qu. Tuſc. lib. 1. v. 350.

Vnâ alicuius, quem primùm audierunt, oratione capti. Academic. 2. p. 7.

Orationem nullam putabant illuſtriorem ipsâ evidentiâ reperiri. Acad. l. 2. p. 12.

Cùm adhibemus ad eos orationem huiuſmodi. Academic. libro 2. pag. 21.

Luminibus utens oratio. Acad. l.2.p.24.
Quid dicere habent? Ibid.
Multâ & variâ oratione defendere quid. Academic. libro 2. pagina 24.
Longius progredi. Acad.l.2.p. 25.
Poteſt perſpici levitas orationis eorum, qui cupiunt confundere. Acad.l.2.p.29.
Oratio deflexit, quæ eſt habita copiosè, memoriter, accuratè. Acad. l. 2. p. 34.
Huiuſmodi quadam oratione ſum exorſus. Acad. l.2.p.34.
Me oratio Luculli de ipsâ removit. Ibid.
Cùm ſit campus, in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Acad. lib. 2. pag. 61.
Veniet flumen orationis fundens aureum Ariſtotelem. Ibidem.
Quod & orationes declarant refertæ plurimorum Philoſophorum ſententijs. de Nat. Deor. l.1. p.5.
Negarem enim primam hanc partem egere oratione. de Nat. Deor. l. 2. p. 59.
Vti oratione perpetuâ malo, quàm interrogare. de Fin. l. 1. p. 107.
In quo maximè iactaret ſe veſtra oratio. Ibid.
Virtutum laus, in quâ maximè cæterorum Philoſophorum exultat oratio. de Fin. l.1. p.118.
Itaque cogito, ut dixi, non tam refellere eius orationem, quàm ea, quæ minus intellexi. de Nat. Deor. l.2. p. 1.
Admodum delectatus ſum eius oratione perpetuâ. de Fin. l. 2. pagina 117.
Rapidam orationem coercere. Ibid.
Quando me in hunc locum deduxit oratio, docebo meliora. de Nat. Deor. l.3. p.133.
Omnis ferè noſtra in deliberationibus conſumebatur oratio. de Fato. p. 273.
Neſcio, quomodo prætervolavit oratio. de Fin. l.5. p. 285.
Proclivius currit oratio. de Fin. l.5. p.287.
Narro tibi, Quintus exultat lætitiâ. Att.147.b
Narro tibi, planè relegatus mihi videor, poſteaquam in Formiano ſum. Att.29.a
Narro tibi, loca venuſta ſunt. Att.146. a
Narra mihi, reges Armenij patricios ſalutare non ſolent? Att. 26. a

Cùm

Cùm mihi in ſermone iniecisſet, ſe velle Aliam viſere. E.149.a

Quod Hortenſium, quia nuper iniecit, & quia Navius ſemper id clamitat, dicturum arbitror. pro Qu.12.b

Cedo, qui rempub. tantam amiſiſtis tam citò. de Sen.81.a

Vidiſti igitur virum ut ſcripſeras? ingemuiſti certè, cedò reliqua, At.153.

Obviam mihi fit tabellarius, & ego ſtatim, cedò, inquam, ſi quid ab Attico. & 259. b

Cedò, cui Siculo, cùm is reus fieret, civis Romanus cognitor factus unquam ſit. in Verr.130.a

Rei magnitudo me breviter perſtringere atrocitatem criminis non ſinit. in Verr.225.a

Sic quid eſſet illud, perquam breviter perſtringit, atq; attigit. de Or.127.a

In animo eſt, leviter tranſire, aut tantummodò perſtringere unamquamq; rem. pro R.S.33.b

Nunc reliquũ curſum videte, quem quidem celeriter perſtringam: ad ea enim. quæ, &c. feſtinat animus. in Att.169.b

Conſulatus meus illum leviter perſtrinxit. de Clar.195.b

Itaq; perſtringam ſine ullâ contumeliâ. Att.258.a

Vt eos, quorum ſcelere eſſem violatus, vocis libertate perſtringerem. pro Seſt.5.a

Ille L. Craſſi voluntatem aſperioribus verbis ſæpè perſtrinxit impunè. pro Plan.266.b

Nemo unquam me tenuiſſimâ ſuſpicione perſtrinxit, quem non perverterim (al. *præverterim.* pro Syl.275.b

Primùm igitur agam ſic, ut ipſi auctori huius diſciplinæ placet, conſtitutam quid, & quale ſit id, de quo quærimus: non quo vos ignorare arbitrer, ſed ut ratione & viâ procedat oratio. de Fin.54.

Verbum ei quod unquam ex ore eius excidit, unde quiſquam poſſet offendit? pro Syl. 180.b

Ex iſto ore religionis verbum excidere aut elabi poteſt? pro Dom. 234.b

Quod verbum tibi non excidit fortuitò. in Ant.225.a

Libellus, qui me imprudente & invito excidit, & pervenit in manus hominum. de Or.85.a Ibidem.

Multis verbis ultrò citroq; habitis, ille nobis conſumtus eſt dies. de Som.116.b

Nam implicati ultrò, & citrò, vel uſu diuturno, vel etiam officiis repentè. de Am.112.a

Beneficia ultrò citroq́ data & accepta. Off.12.a
Vocem pro repub. nemo miſit. pro Seſt. 12.a
Vox de quæſturâ nulla miſſa eſt. pro Flac. 147.a
Iacere ac mittere ridicula. Or.105.a
Coniunctionem verborum, ſicuti verſum numeroſè cadere, & quadrare, & perfici volumus. Or.159.a
Sic minimè animadvertetur delectationis aucupium, & quadrandæ orationis induſtria. Orat.216.a
Redigere ſententias in quadrum numerum. Or.217.a
Si alicuius inconditi arripias diſſipatam aliquam ſententiam, eamque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas. Or.226.
Infringitur ille quaſi verborum ambitus: ſic enim has orationis converſiones Græci nominant. de Or. 160.a
Comprehenſio & ambitus ille verborum, ſi ſic periodum appellari placet, erat apud illum contractus & brevis. de Cla.170.a
Arguti, certique & circumſcripti verborum ambitus. Orat. 200.a
Meæ aures perfecto completoq́ verborum ambitu gaudent. Orat. 233.a
Interſpirationis enim, non defatigationis noſtræ, neq́ librariorum notis, ſed verborum & ſententiarum modo interpunctus, clauſulas in orationibus eſſe voluerunt. de Or.159.a
Cùm eſſet cum eo Tarracinæ de amiculâ rixatus: falſa, attamen (al. *falſa tota, ac tamen*) *à te ipſo ficta tota narratio: addidiſti clauſulam, tota Tarracina, &c.* de Or.13 .a
Illa verò præclara eſt clauſula edicti, quod omnium controverſiarum, quæ eſſent inter oratorem & decumanum, ſi uter velit, edicit ſe recuperatores daturum. in V.154.b
Cicero in Antonij epiſtolâ recitandâ cùm ad finem pervenit, inquit: veniamus aliquando ad clauſulam, Legatos venire non credo. in Ant.257.a
Quamobrem, quoniam mihi nullum ſcribendi argumentum relictum eſt, utar eâ clauſulâ, quâ ſoleo, teq́ ad ſtudium ſummæ laudis cohortabor. Ep.19.b
Mimi ergò eſt etiam exitus non fabulæ, in quo cum clauſula non invenitur, fugit aliquis è manibus. pro Cæl.51.b
Craſſus ſermonem de ſtudio dicendi intulit. de Orat.87.b
In re ſeverâ convivio dignum aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Offic.49.a

Circuitus

Digitized by Google

Circuitus orationis, quem Græci περίοδον, *nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehenſionem, aut continuationem, aut circumſcriptionem dicimus.* Orat. 217. a

Cùm illi veteres circuitum, & quaſi orbem verborum conficere non poſſent, terna aut bina, aut nonnulli ſingula etiam verba dicebant. de Or. 161. b

Modò ne circuitus verborum ſit aut brevior, quàm aures exſpectent: aut longior quàm vires atq; anima patiatur. de Orat. 160. b

Circuitus continuatioq; verborum. Orat. 204. a

Infracta & amputata loqui. Or. 2 3. b

Effudi vobis omnia, quæ habebam. de Or. 98. a

Teſtis effudit, quæ voluit omnia. pro Flac. 154. b

Nec enim ætas effudit hanc copiam. de Or. 167. b

Brutus effudit illa omnia, quæ tacuerat. At. 256. b

Pompeius in nos ſuauiſſimè eſt effuſus. At. 60. a

Verba ponenda ſunt, quæ vim habeant illuſtrandi, nec ab uſu ſint abhorrentia, gravia, plena ſonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, &c. Part. 234. b

Licentiam poetarum faciendorum iungendorumq; verborum, maiorem eſſe, quàm Oratorum. Or. 203. a

Ornatus autem verborum duplex: unus ſimplicium, alter collocatorum. Poſt: *Collocata verba habent ornatum, ſi aliquid concinnitatis efficiunt, &c.* Ora. 204. a

Prima vis eſt in ſimplicibus verbis, in coniunctis ſecunda. Simplicia invenienda ſunt. Coniuncta collocanda. Part. 231. a

Omnis igitur oratio conficitur ex verbis: quorum primum nobis ratio ſimpliciter videnda eſt, deinde coniunctè. nam eſt quidam ornatus orationis, qui ex ſingulis verbis eſt: alius qui ex continuatis coniunctisq; conſtat. de Orat. 156. b

Gravatè ille primò, quid multa? impetrat. Off. 63. b

Quid multa? vereor ne hæc iniecta à bonis defenſio magnorum Reip. malorum cauſa ſit. At. 8 a

Quid ergò irrigationes? quid agri foſſiones, repaſtinationesq; proferam? de Sen. 88. a

Quid ego vitium ſatus, ortus, incrementa commemorem? ibid.

Quid de pratorum viriditate dicam? de Sen. 89. a

Quid de utilitate loquar ſtercorandi? de Sen. 88. a

Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? &c. pro Mil. 110. a

Nam quid Accium memorem? de Leg. 175. a

Quid enim eſt, quamobrem abs te Q. Hortenſi, factum clariſſimi

atq;

atq; ornatiſſimi viri non reprehenditur, reprehendatur meum? pro Syl.

Quid enim eſt, quamobrem ciui Gaditano in hanc civitatem venire non liceat? pro Bal.

Quid eſt quamobrem putes te tuam culpam non modo derivare in aliquem, ſed communicare cum aliquo poſſe? in Verr. 118. b

Quid eſt, Naſo, cur tu in hoc loco ſexto ſedeas? pro C.

Quid eſt, quod tu alios accuſes? in Verr.

Oratio conformanda eſt non ſolùm electione, ſed etiam conſtructione verborum. de Or. 86. a

Verborum apta, & quaſi rotunda conſtructio. de Cla. 190. a

Magna & ornata conſtructio verborum. ad Her. 26. a

Compoſitio eſt verborum conſtructio, quæ facit omnes partes orationis æqualiter perpolitas. ad Her. 27. b

Conſecutio in coniunctione verborum ſervanda eſt, ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus, perturbetur oratio. Nam ut in ſimplicibus verbis: quod non eſt Latinum, ſic in coniunctis, quod non eſt conſequens, vituperandum eſt. Parad. 231. a

Epicurus circuitione quadam deos tollens, rectè non dubitat divinationem tollere. de D. 116. b

Circuitio eſt oratio, rem ſimplicem aſſumtam circumſcribens elocutione. ad Her. 34. a

Iam verò quid opus eſt circuitione, & anfractu? ut ſit utendum interpretibus ſomniorum potiùs quàm directo? Deus ſiquidem conſulebat nobis, hoc facito, hoc ne feceris diceret? de Divin. 134. b

Brutus ſic Philoſophiam Latinis literis perſequitur, nihil ut, &c. Acad. 41. a

Perſequi omnia literis. Ep. 147. a

Has res Xenophon commodiſſimè perſecutus eſt in eo libro, qui, &c. Off. 51. a

Nunc reliquorum Oratorum ætates & gradus perſequamur. de Clar. 175. b

Epicurus voluptates perſequitur omnes nominatim. de Nat. 23. & 77. a

Nec ſum copiam, quam potui, &c. perſecutus. de Fin. 140. a

Longum eſt perſequi cæteros. in Ant. 165.

Is diligentiſſimè res Annibalis perſecutus eſt. de D. 80. b

Qui

Digitized by Google

Qui conſuetudine & celeritate ſcribendi facillimè, quæ dicerentur perſequi poſſent: pro Syll.175.a

Quæ verſibus perſecutus eſt Ennius.de ſen.80.a

Omnem autem ſermonem tribuimus M. Catoni ſeni, quò maiorem autoritatem haberet oratio.de Sen.77.b

Quaſi enim ipſos induxi loquentes, ne inquam & inquit, ſæpius interponeretur, atq; ideò feci, ut tanquam à præſentibus coràm haberi ſermo videretur.de Am.96.a

Is expoſuit nobis ſermonem de amicitiâ habitum ab illo ſecum & cum altero genero Scævolâ.de Amic.95.a

Incidere in ſermonem alicuius.ibid.

Quò citiùs, quod ſuſcepimus, non mediocre munus, conficere poſſumus, omiſsâ noſtrâ adhortatione, ad eorum, quos propoſuimus, ſermonem, diſputationemq; veniamus.de Or.109.b

Habentur autem plerunq; ſermones de domeſticis negotiis. Off. 27.b

Curandum, ut eos quibus cum ſermonem conferimus, & vereri & diligere videamur.ibid.

Habeat quibus cum familiares poſſis conferre ſermones. Off. 40.b

Sed nuncij varios ſermones excitarunt.Ep.120.b

In ſermonem hominum, atq; in magnam vituperationem venirem. in V.202.b

Etſi vide, quæſo, ſatiſne rectum ſit nos hoc tanto incendio civitatis in iſtis locis eſſe, dabimus ſermonem ijs, qui neſciunt nobis, quocunq; in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe, quid refert? tamen in ſermonem incidimus.Ep.127.b

Fac me mente fuiſſe, tu in noſtris ſermonibus collocutionibusq; ipſe ſæpè vidiſti.Ep.10.a

Feci ſermonem habitum in Cumano inter nos.Ep.130.a

Eo verbo ante nemo tali in re uſus eſſet, plurimisq; idem novis verbis uſus eſt.Acad.Qu.l.1.p.93.

Cognitiones verborum ex animis extorquere. de Finib. lib. 3. p.133.

Quibus etiam verba facienda ſunt. de Fin.l.3.p.180.

Verba arripere de foro non poteſt. ibid.

Verba alicuius excipere, & literis mandare. de Divin. lib. 2.pag. 232.

Commutatis verbis aliquid efferre. de Fin.l.4.p.239.

Niſi quod verbis aliter utamur. de Fin.l.4.p.247.

Verba

Digitized by Google

Verba ſingunt arbitratu ſuo. de Fin.l.5.p.290.
Verbo aliquem premere. Qu. Tuſc.l.1.p.299.
Caſtigare aliquem verbis. Q Tuſ.l 3.p.404.
Conferam tecum quam cuiq; verbo rem ſubijcias. de Finib. pag. 113 a
Explicat orationem ſanè longam, & verbis valdè bonis. con.Ruſ. p.207.
Dilatato orationem meam. pro L.Flac.p.267.
Neq; umquam mihi viſus es ita te adducendum dediſſe, ut ius civile contemneres. de Leg.l.1.p.297.
Continentem audire orationem. Quæſt. Tuſculan. lib. 1. pag. 30.
Orationibus inducebar tuis. de leg.l.2. p 319.
Ne invidiâ verbi labefactetur oratio mea. ibid.
Vbertas orationis non defuit. Qu.Tuſc.l.1.p.344.
Egregiè mihi probata eſt oratio tua. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. pag. 416.
Pandere vela orationis. Qu.Tuſc.l.4.p. 417.
Ex hoc Platonis quaſi quodam ſancto auguſtoq; fonte noſtra omnis manabit oratio. Qu.Tuſc l.5.p.464.
Eſt oratoris proprium, aptè, diſtinctè, ornateq; dicere. 1. Offic. pag 3.
Vis dicendi maior eſt in illis, ſed hoc quoq; colendum eſt æquabile, & temperatum, genus orationis 1.Off.p.4.
Nemini video Græcorum adhuc contigiſſe, ut idem in utroq; genere laboraret, ſequereturq; & illud forenſe dicendi, & hoc quietum diſputandi genus. 1.Off.p.4.
Nos quãtum in utroq; profecerimus, aliorum ſit iudicium: utrumq; certè ſecuti ſumus. ibid.
Platonem exiſtimo, ſi genus id forenſe dicendi tractare voluiſſet, graviſſimè & copioſiſſimè potuiſſe dicere. 1.Off p.4.
Vterq; ſuo ſtudio delectatus, contemſit alterum. 1. Offic. pag.4.
Cùm de animo tuo, de ſermonibus, quos de me haberes quotidie, mihi narraret. Epiſt. 3.1.
Veni in eum ſermonem, ut dicerem, &c Ep.3.5.
Illud ſcio, meos multos & illuſtres, & ex ſuperiore, & ex æquo loco ſermones habitos: id eſt, *& publicè in concionibus forenſibus ac iudicijs, & in amicorum conventibus privatim.* Epiſt. 3.8.

Indu-

Digitized by Google

Inducis in amicitiam genus ſermonis minimè liberale. Epiſtol. 5.8.

Recordare quàm multa de te verba fecerim. Ep.5.2.

Oratio honorifica ſed contumelioſa ibid.

Quam orationem habuerit tecum. Ep 8.1.

Diſputando coniecit illam vocem Cn. Pompeij, id eſt, *in eam vocem erupit, protulit:* Hatt ſolche wort mit vnderlauffen/ vnd vernemmen laſſen. Ep 8.4

Surgo, neq; verbum de re facio. Ep.8.8.

Dabimus ſermonem ijs, qui neſciunt, id eſt, *materiam rumoris de nobis ſpargendi.* Ep.9.3.

In ſermonem incidere. ibid.

Huc ut venirem, ſuperior longiùs, quàm volui, fluxit oratio. Ep. 9.6.

Feci ſermonem inter nos habitum in Cumano, id eſt, *in dialogi formam reduxi* Ep 9.8.

Sermo familiaris, qui eſt in convivijs dulciſſimus. Epiſtol. 9.24.

Pro concione dicere. Ep.10 31.

Quantas habuerim conciones &c. ibidem.

Narravit mihi, apud Cæſarem ſe fuiſſe, multumq; ſermonem de te habitum eſſe. Ep.11.20.

Omnibus es viſus, ſuo more monere, non dicere: productus ſum in concionem à tribuno plebis. Ep.12.7.

Habeo multa occultiora, quæ vix verbis exequi, non eſt ſeiunctus locus à Philologiâ. Ep 16.21.

Dicis causâ. *Vide* Obiter.

Diei. Lucis. Meridiei. Veſperi. Ortûs Solis. Auroræ. Proſpectûs. Obſcurandi.

Tag/ Erleuchten/ Sonnenſchein/ Hell/ Heyter/ Tag werden/ Abend werden.

Nunc

Digitized by Google

Nunc te nox, quæ me manſiſti, mitto ut cedas diei, ut mortales illuciſcas luce clarâ. Amph. 1.3. v. 49.
Brevior dies ut fiat faciam, ut æquè diſpares, & dies è nocte accidat. Amph. 1.3. v. 51.
Dies ad umbilicum eſt dimidiatus mortuus. Menæchm. 1. 2. v. 45.
Cùm luci ſimul commodùm radioſus ecce ſol ſuperabis ex mari. Stich. 2. 3. v. 40.
Lucebat iam ferè. in Verr. p. 526.
Quantâ luce iam circumfuſa ſunt. Acad. l. 2. p. 20.
Sed facilè patiar, te hunc diem etiam tum in iſto ſermone conſumere. de Leg. p. 304.
Lætus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit. Qu. Tuſc. lib. 1. p. 325.
Sine illum priores parteis hoſce aliquot dies apud me habere. Eunuch. 1. 2.
O feſtus dies hominis! id eſt, *felix.* Eunuch. 3. 5.
Cui rei eſt, ſcilic. *dicatus, ei rei hunc ſumamus diem.* Adelph. 5. 3.
Nunquam unum intermittit diem, quin ſemper veniat: Er kompt alle Tag hieher. Adelph. 3. 1.
Dies triginta, aut plus eo, in navi fui. Hecyr 3. 4.
Cæterùm rus cras cum filio cum primo lucu: *ſcil.* ibo, pro prima luce, ſummo mane. Adelph. 5. 3.
Luciſcit hoc iam: Es wirt nun Tag. Heaut. 3. 1.
Ad IIII. Idus Oct. cùm adveſperaſceret, expedito exercitu ita noctu iter feci, vt ad III. Idus Oct. cùm luceſceret, in Amanum aſcenderem. Ep. 245. a
Nondum legere poteramus: nam & lumina dimiſeramus, nec ſatis lucebat: cùm autem luceret, &c. At. 259. b
Luce noctem, nocte lucem expectas. ad Her. 35. b
Pridie Iduum hæc ſcripſi ante lucem. Qu. Fr. 309. a
Centeſima lux eſt hæc ab interitu P. Clodij. pro Mil. 120. a
Quis audeat luci, quis in militari viâ, quis benè comitatum, quis illuſtrem aggredi? in Att. 244. b
Luce palàm in foro ſaltare. Off. 70. b
Metellus primâ luce in campum currebat. At. 56. b
M. Buculeius cùm ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina, ut tum erant, ita recipit. de Or. 99. b
Quid cuicunq; particula cœli officeretur, quamvis eſſet procul, mutari

Digitized by Google

mutari lumina putabat. ibidem.

Nec mentis aciem quibus luminibus officit altitudo fortunæ. pro R.179.b

Noctu lumine appoſito, experrecta nutrix animadvertit puerum. de D.97.a

Vos mihi in tantis tenebris clariſſimum lumen prætuliſtis. pro Syl. 74.b

Primò ſe luminibus ejus obſtructurum eſſe minabatur. pro Dom. 236.a.

Sic Catonis luminibus obſtruxit hæc poſteriorum quaſi exaggerata altius oratio. de Clar.170.b

---

Differentiæ. Diſcriminis. Diſcrepantiæ. Diſſimilitudinis. Diverſitatis, Diſtantiæ.

Vngleich / Vnterſcheiden / Anderſt / Fern ſein / Weit ſein / Entlegen.

Diſtertunt mores virgini longè lupæ. Epid 3.3.v.22.

Aliter longè catuli olent, aliter ſues. Epi.4.2.v.9. Proverbialiter dictum.

Quaſi verò paullùm interſiet: Es iſt ein gröſſer Vnterſcheid zwiſchen ihnen beyden. Eunuch.4.4.

Hæc fratri mecum non conveniunt: id eſt, in his diſcrepamus. Adelph.1.1.

Is adeò diſſimili ſtudio eſt. Er hat gar eine andere Art / als ſein Bruder. Adelph.1.1.

Nimium inter vos intereſt: Ihr ſeyd einander gar vngleich. Adelph.3.4.

Vir viro quid præſtat? Phorm.5.3.

Ludum iocúmq; dices fuiſſe illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. Eunuch.2.3.

Hoc pater ac dominus intereſt: id eſt. *in eo differunt,* Adelph. 1. 1.

Paullùm intereſſe cenſes, ex animo omnia, ut fert natura facias, an de induſtriâ. Andr. 4.5.

Dij immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens quid intereſt? Eunuch.2.2.

Multùm inter ſe diſtant iſtæ facultates, longeq́ ſunt diverſæ. de Brut.l.1.p.327.

Cùm inter inanimum, & animal hoc maximè interſit. Acad. lib. 1.p. 22.

Quæ à veris nihil differat. Acad.l.1.p.24.

Noſtra non multum à Peripateticis diſſidentia leges. 1. Offic. pag.3.

Nullâ in re abſumus à naturâ ferarum. 1. Off.p.21.

Quàm longè eſt hinc ſaltum veſtrum Gallicanum. pro Quint. 14. b

Iſti Nervij quàm longè ſint neſcio Qu.Fr.327.a

Longè abſum, audio ſerò. Ep.21.a

Cùm tam longè abfuturus eſſem. Ep.44.b

Longiſſimè abeſſe ab aliquo. pro Planc. 262.a

Horum defenſio repetita quàm longè eſt. de D.133.a

Longè ad virtutem proceſſerunt. de Fin.111.a

In poſterum quàm longiſſimè providere. Ep. 22.a

Sol longè lateq́ collucet. de N.33.b

Dij vim ſuam longè lateq́ diffundunt. de D.97.a

Longè lateq́ peregrinari. de N.1[illegible].b

A quo mea voluntas longiſſimè abhorret. in Verr.110.b

Et erat huic iudicio longè diſſimilis illa contentio. pro Syll. 176.a

Longè diverſus. Top 225.a

Cæſaris autem longiſſimè diverſa ratio. de D.84.b

Vir longè poſt natos homines improbiſſimus. de Cla.158.a

T. Corruncanus longè plurimus ingenio valuit. de Cl. 169.a

Quod longiſſimè ſit ab imperitorum intelligentiâ ſenſuq́ diſiunctum. de Or.86.a

Græci longè à noſtrorum hominum gravitate diſiuncti. pro Sest. 27.a

Quæ vita eſt maximè diſiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. pro S.R.[illegible]4 b

Mores eius longiſſimè à tanti ſceleris atrocitate ſunt diſiuncti. pro Cæc. 48 b

Ætolia procul à Barbaris diſiuncta gentib. in P.90.b

Quorum mentes longè à communi ſalute diſiunctæ ſunt. de Ar. 156.a

Quod longiſſimè eſt ab imperitorum intelligentiâ ſenſuq́ diſiunctum. de Or.86.a

Duo

Digitized by Google

Duo loca diſiunctiſſima, maximeq; diverſa. pro Pomp. 5. b
Nihil eſt diſiunctius ab eâ cogitatione, quæ &c. At. 17. a
Diſiunctiſſima terra. Ep. 131. b: inter quas longum intervallum eſt. Sic *intervallo locorum & temporum diſiunctos eſſe.* Ep. 6. a
Barbari, *Valdè longè à ſe invicem abeſſe.*

Differendi. Aufſchieben. *Vide* Procraſtinandi.

Dignandi. Dignum iudicandi.

Würdig achten.

H*Aud quaquam dignum habet decedere.* Merc. 1. 2. v. 7.
Te ſi arbitrarem dignum, miſiſſem tibi. Pſeud. 4. 2. v. 57.
Ita victu excurato, ita mundicijs dignati: παθητικῶς. Pſeud. 5. 1. v. 8.
Ita ibi expreſſi. Ianus Paſſeratius mavult: *dignè habiti.*
Haud quiſquam dignum habet decedere. Merc. 1. 2. v. 7.

Dignitatis. *Vide Tit.* Honoris.
Dilapidandi. *Vide* Abligurriendi.
Diligentiæ. *Vide* Curæ.
Diligendi. *Vide* Amandi.

Diminuendi. Detrahendi. V*ide etiam* Extenuandi.

Verkleinern / Gering ſchetzen / Abzwacken / Abziehen / Geringern / Einziehen.

S*I quid ex iis rebus, quas tibi fortuna largita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit. &c.* Ep. 1. 5.
Multùm intereſt, utrum laus minuatur, aut ſalus deſeratur. E. 1. 7.
Plus additum ad memoriam nominis noſtri, quàm ademptum de fortunâ &c. ibid.

Digitized by Google

Si abſenti mihi unius menſis labor detractus eſſet. Epiſt.3.6.

Sine ullâ imminutione dignitatis tuæ. Ep.3.8.

Minuere ſumtus. ibid.

Hoc te ſcire volo, me de iſto ſumtu legationum, aut minuendo, aut remittendo decreviſſe nihil. ibid.

Si *de tuâ prolixâ, beneficaq; naturâ limitabit aliquid poſterior annus*, id eſt, *reſtringet, contrahet, & certis quaſi finibus modoq; deſcribet.* ibid.

Ne quid de ſummo meo erga te amore detractum eſſe videatur. Ep 3.12.

Dolorem minuere. Ep 4.5.

De imperio præterea tanta diminutio facta eſt ibid.

Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat. ibid.

Citiùs amore tui fratrem tuum odiſſe deſinam, quàm illius odio quicquam de noſtrâ benevolentiâ detrahatur. Ep.5.2.

Ne ijs, qui me rogarent, aliquid de noſtrâ coniunctione imminutum eſſe oſtenderem. Ep.5.5.

Vt præſentiæ tuæ deſiderium meo labore minuatur. Epiſtol. 5.8.

Non intelliges duplicari ſolicitudines, quas elevare tua te prudentia poſtulat. Ep.5.14. *Elevare*, id eſt, *extenuare, minuere*, ut de Amic. *Suſpiciones & offenſiones in amicitiâ, tum evitare, tum elevare, tum ferre ſapientis eſt.*

Permultum erit ex mœrore tuo diminutum. Ep.5.16.

Eadem cauſſa opes meas fregit, id eſt, *diminuit, exhauſit:* **hat mich entblöſſet.** Ep.6 13.

Quantum de illo libro, tantundem de mei iudicij famâ detrahatur. Ep 6.18.

Ne imminuam laudem tuam. Ep.9 14.

Vt neq; offendam animum cuiusquam, nec frangam dignitatem meam, id eſt, *imminuam.* Ep.9 16.

De laude ieiuni hominis delibare. Ep.10.21.

Dummodò, ne quid hæc ambitioſa feſtinatio imminuat eius gloriæ, quam conſequuti ſumus. Ep.10. 25.

Recurri ad meas copiolas, ſunt extenuatiſſimæ. Ep.11.13.

Res familiaris mea, lege Cæſaris diminuta eſt. Ep.11.28.

Quam indignitatem, diminutionemq; maieſtatis, non ſolum iuris noſtri, ſed etiam imperij, populiq; Romani, idcircò tulimus. &c. Ep.12.15.

Dimitten-

Dimittendi. Manumittendi. Miſſum faciendi.

Erlaſſen/ Weg laſſen/ Ziehen laſſen.

AMittere pro *dimittere*: Plauto & Terentio proprium. Vide exempla parallela in Lexico Plautino. Infinitum enim foret omnia huc ponere.

Impellit militem Palæſtrio, omiſſam faciat concubinam. Mil. Arg. v. 11.

Cum DIs volentibus ite. Mil. 4. v. 48.

Miſſa habere omnia. Pſeud. 2. 2. v. 8.

Miſſum facere. Amph. 5. 3. v. 1. Merc. 3. 4. v. 72.

Mittere: pro *dimittere*. Pſeud. 1. 3. v. 10. Pœn. Prol. verſ. 100.

Miſit porrò orare, ut venirem ſeriò. Eun. 3. 3.

Mitte orare: Hőre auff zu bitten. Andr. 5. 4.

Omitte de te dicere: Eunuch 5. 6.

Quin omitte me: laß mich zu frieden. Phorm. 3. 2.

Me miſſum face. Andr. 4. 1.

Nos miſſos face. Andr. 5. 1.

Quin tu hinc pollicitationes aufer: id eſt, *miſſos face.* Phormion. 5. 6.

Vis me uxorem ducere? hanc amittere? ut potero, feram. Andr. 5. 3.

Hoc temerè nunquam amittam ego à me. Ich wils nicht leichtlich auß meinen Händen geben Phorm. 4. 5.

Vt veni, itidem incertum amiſti. Hecyr. 2. 2.

Æquum eſt me à te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno venerunt, miſſum facias. At. 230. b

Iuravitq́ ſe illum interfecturum, niſi ſibi iuſiurandum dediſſet, ſe patrem miſſum eſſe facturum. Off. 74. b

Easq́ legiones bello confecto miſſas fieri placet. in Ant. 205. a

Quibus de cauſſis miſſi fieri debeant. Ep. 113. a

Duo præfecti fabrum Pompeij, qui in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt. At. 141. a

Et eum ſtatim miſſum feci. ibid.

Qui cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc

ductus eſt, poſtea miſſus. pro Flac. 156. b
Dicebat quiſq; quos miſſos ſciret eſſe. in Verr. 256 a
Remotis ſive omninò miſſis lictoribus. At. 134. b
Sed hæc miſſa faciam, quæ facta ſunt. pro S. R. 40. a
Qui voluptatibus ducuntur, miſſos faciant honores. pro Sext. 26. a
Hos agros miſſos facio. in Verr. 2; 6. a
Miſſos faciant patronos, ipſi prodeant. Or. 219. a

Diffidentiæ. *Vide* Credendi.

Mißtrawen.

Nihil agit, qui diffidentem verbis ſolatur ſuis. Epid. 1. 2. verſ. 9.
Valete, ut hoſtes veſtri diffidant ſibi. Rud. Prol. verſ. 82.
Diffidere alicui. Sulpitius ad Cic. l. 4. 5. 21.
Defatigari & diffidere in prohibendis malis. Brut. Cic. 16. 17.
Dubitari & ſibi ipſi diffidere. de Divin. p. 12.
Iacere, & diffidere. pro Mur. p. 42.
Diffidere ingenijs. pro Roſc. Am. p. 49.
Sententiæ alicui diffidere. Tuſc. p. 4.
Sibi ac ſuis diffidere fortunis. Anteq. p. 7.
Diffidere de nobis. Herenn. p. 16.
Diffidere de aliquo. Att. l. 12. p. 257.
Vt rem confici poſſe non diffiderem. Q. Fr. l. 1. p. 1.
Invenire ſe poſſe, quod cuperent, diffiſi ſunt. Acad. libr. 4. pag. 15.
Cùm perſuaderi poſſe diffideret. Ep. 1. 9.
Quia diffidis copiis noſtris. Ep. 2. 9.
Plura me ad te de hac re ſcribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. ibid.
Rationes in eâ re collectæ vetabant me Reipub. penitùs diffidere. Ep. 5. 13.
Cunctantem, & diffidentem excitare. Ep 6. 1.

Diſceden-

Digitized by Google

Diſcedendi. *Vide* Abeundi: & Seiungendi.

Diſciplinæ.

Zucht/Vnterweiſung/Art.

Malum hic peſſimumq́ modò intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri cœpit, quod haud Atticam condecet diſciplinam. Caſ 3.5.v.24.

Nuſquam eſt diſciplina ignavior. Merc.1.2.v.23.

Hæc hic diſciplina peſſima eſt. ibid.v.6.

Ad hunc me modum intuli, ut illis ſatisfacerem ex diſciplinâ: quippe ergo qui propè Ionica perdidici. Pſeud.5.1.v.28.

Ita militaris diſciplina eſt, Ballio, manu ſalutem mittunt benevolentibus, eâdem malam remittunt malevolentibus. Pſeud. 4.2.v.47.

Haud volupè victitabam, parſimoniâ & duritiâ diſciplinæ aliis eram. Moſt.1.2.v.74.

Bonorum virorum relinquere diſciplinam. pro Qu.p.34.

Te in diſciplinam meam tradideras. Phil.2.339.

Quem nos diſciplinâ regimus. Ep. Att.l.10.p.313.

Incredibilis quædam ingenij magnitudo, non deſideravit indocilem uſus diſciplinam. Acad.l.2.p.3.

Si quiſquam ullam philoſophiæ diſciplinam probaret. Acad.l. 2. pag.6.

Sequi diſciplinam. ibid.

Ad quamcunq́ ſunt diſciplinam quaſi tempeſtatem delati. Acad. l.2.p.7.

Ad diſciplinam tanquam ad ſaxum adhæreſcunt. Acad. libr. 2. pag.7.

Reliquit perfectiſſimam diſciplinam. Acad.l.1.p.11.

Ipſorum ſequor diſciplinam. Acad.l.2.p.48.

Exponere diſciplinam ſapientiæ, naturam rerum evolvere. Acad.l. 2.p.58.

Digitized by Google

Quæ tandem ea eſt diſciplina, ad quam me deducas, ſi ab hac abſtraxeris.ibid.

Dicunt claros viros à ſe inſtructos. ibid.

A non ſapiente explicari ſententiam. ibid.

Eligere diſciplinam.Acad.l.2.p.60.

Qui autem mirantur nos hanc potiſſimum diſciplinam ſecutos. de Nat.Deor.l.1.p.4.

Qui accepit ab Anaximene diſciplinam. de Natur. Deor. lib.1. pag.13.

Vehementius fregit quodam modo veteris diſciplinæ authoritatem. Acad.Qu.l.1.p.90.

Vtrum percurri omnem Epicuri diſciplinam placet. de Fin. libr.1. p.107.

Sin ut ſuo dolore ſanciret militaris imperij diſciplinam. de Fin.l.1. p.110.

Diſciplinam & ſcientiam alicuius artis percipere. de Divin. l. 1. p. 197.

Ad ſaxa diſcendi cupiditate adhæreſcere. de Finib. libr. 5. pag 272.

Diſciplinam alicuius, & ſtudia cognoſcere. Quæſt. Tuſc. l. 4. p. 414.

Conferre ſe ad diſciplinam.ibid.

Diſcordiarum. *Vide* Tumultûs.
Diſcrepantiæ. *Vide* Differentiæ.

Diſcriminis, Periculi, Infortunij, *Vide etiam* Damni.

Gefahr/Schaden.

M*Alam rem quærere cum lucro*. Aul.4.6.15.
Vides pro tuo capite caro carum offerre meum caput utilitati.Capt.2.1.v.35.

Vitent infortunio.Curc.2.3.v.19.*Sic* Truc.2.2.v. *Vitare malo*.Petronius:*Cùm deinde vultu, atq; ipsâ trepidatione mandatum prodidiſſem.ponere iuſſit arma,& malo cavere*.

Verum

Digitized by Google

Verùm iam ad unum ſaxum me fluctus ferunt. Moſt. 3. 1. verſ. 143.

Numquam herclè ego ex iſtâ naſſâ hodie eſcampetam. Mil. 2.6.v. 98. De re prorſus periculoſâ.

Nunc hac res apud ſummum puteum geritur. Mil.4. 4.v.16.

Quàm maximè reſiſto, tam res in periculum vortitur. Merc. 1. 2. verſ. 12.

Mea quidem hercule in dubio eſt vita. And.2. 2.v.10.

Nihil periculi eſt, me vide. And.2.2.v.13.

Huius periculo fit: ego in portu navigo. And.3.1.v.22.

Neſcis, quantis in malis verſere. And 4.1.v.25.

Capitis periculum adire: And.4.1.v. 53.

Poſthac incolumem ſat ſcio fore me nunc, ſi evito hoc malum: id eſt, *in ſummo periculo verſor.* Andr. 3. 5.

Iocularium in malum inſciens pané incidi. Andr.4.5.

Satis pericli cœpi adire: Ich bin ſchon allbereit in ſolcher Gefahr/die groß genug iſt. Andr.5.1.

Pané illuſi vi[illegible] filia. Ibid

Omnis res eſt iam in vado: id eſt, *extra periculum.* Andr.5.2.

Tibi oſtendam, herum quid ſit pericli fallere. And.3.1.

Iſtac in me cudetur faba. Eunuch. 1.3.

In meâ vitâ, id eſt, *mea vita periculo, tu tibi laudem quaſitum is, ſcelus.* Heaut.2.2.

Niſi fallit me animus, haud multum à me abierit infortunium. Heaut.4.1.

Triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere: id eſt, *ex hoc periculo evadere.* ibid.

Tua fama, & gnata vita, in dubium veniet. Adelph.3.2.

Ita ſubitò nunc imparatum tanta te impendent mala. Phorm. 1. 4.

Aliis aliunde eſt periolum, unde aliquid abradi poteſt: mihi ſciunt nihil eſſe. Phorm.2. 1.

In eodem luto haſitas: id eſt, *in eodem verſaris periculo.* Phorm 5..2. verſ. 15.

Nihil tibi pericli à me eſt. Hecyr.5.1.v. 10.

Periculum in te eſt. Hec.3.1.v.46.

Priùs proditurum à me tuum vitam, & priùs pecuniam omnem, quàm &c. Heaut 3.1.v.70.

Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat. Phor.4.4.v.9.

Digitized by Google

Noſtra cauſa ſcilicet in nervum potiùs ibit. Phorm. 4. 4. verſ. 16.

Pro patriâ, parentibus, hoſpitibus, amicis & ijs rebus, quas iuſtitia colere cogit, adire periculum. ad Heren. l. 3. p. 54.

Sæpè ego in periculis Reipub. nullum ipſe periculum fugi. Ad Her. l. 4. p. 119.

Atrox periculum ſtudioſè ſuſcipit, & libenter ſubit. Ad Herenn. l. 4. pag. 119.

Sapiens nullum pro Rep. periculum vitabit. Ad Herenn. libro 4. pag. 120.

Qui fugiunt id periculum, quod pro Rep. ſubeundum eſt, ſtultè faciunt. Ad Heren. l. 4. p. 120.

Qui patriæ pericula ſuo periculo expetunt, hi ſapientes putandi ſunt. Ad Her. l. 4. p. 120.

Devenimus in medium rerum omnium certamen, atq; diſcrimen. de orat. l. 1. p. 269.

Hunc cùm afflictum, debilitatum, mœrentem, in ſummum diſcrimen adductum viderem. de orat. l. 2. p. 400.

Flammâ ſe tum eripuit. Brut. p. 545.

Quodvis potiùs periculum mihi adeundum, quàm à ſperatâ dicendi gloriâ diſcedendum putavi. Brut. p. 614.

Fluctibus iactari. Orat. ad Brut. p. 653.

Pro amico periculum ſubire. de part. p. 745.

Adhibenda vis eſt veritati, minæ iactantur, pericula intenduntur, formidines opponuntur. pro Qu. p. 16.

Res in diſcrimine verſatur. pro Qu. p. 34.

Periculum, quod in omnes intenditur, propulſare. pro Sex. Roſc. pag. 39.

Dignitas eius & ſalus in diſcrimen venit. pro Sex. Roſc. pagina 42.

Licet undique omnes terrores, minæ, periculaq; impendeant omnia, ſuccurram, atq; ſubibo. pro Sex. Roſc. p. 47.

Mihi periculum creatur. pro Sex. Roſc. p. 66.

Summa Reip. in hoc periculo tentatur. pro Sex. Roſc. p. 88.

Innocenti periculum ne faceſſeris. in Verr p. 137.

Periculum adire. in Verr. pag. 185. & pro Cæcin. p. 625.

In periculum adduci. ibid.

Aliquem ex periculo eripere. ibid.

Pericula ſublevare. in Verr. p. 188.

Periculum rei proponere. in Ver. p. 201.

Multi

Digitized by Google

Multi fortes viri in communi incertoq; periculo belli, & terrâ, & mari ſæpè offenderunt. in Ver. p. 542.

Multa mercatoribus ſunt neceſſariò pericula ſubeunda fortunæ: niſi etiam hæ formidines ab noſtris impendebunt. in Verr. pag. 553.

Periculum alicui inijcere. pro Cecin. p. 619.

Plus firmamenti ac roboris habet periculum, depulſum eſt. pro lege Man. p. 631.

Siciliam multis undique cinctam periculis non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit. pro Leg. Man. pag. 639.

Mortis ac ſervitutis periculo ſe committere. Pro lege Man. pag. 6. 40.

Eripere aliquem ex periculo. pro A. Cluent. p. 33.

Legum præſidio à capite periculum propulſare. pro A. Cluent. p. 65.

In diſcrimen adduci. contra Rul. p. 103.

Video maximas tempeſtates Reipub. eſſe ſubeundas. pro Leg. Mur. pag. 220.

Huius totius belli, in unius viri fortiſſimi vitâ poſitum eſt diſcrimen. Phil. 14. 33.

Venire in periculum. pro L. Mur. p. 245.

In diſcrimen extremum venire. pro L. Mur. p. 259.

Adire periculum navigandi. pro L Flac. p. 301.

Comparare alicui periculum. pro L. Flac. p. 302.

E ſummis eripere aliquem periculis. pro L. Syllâ. p. 318.

Nullum in me periculum redundabit. pro L. Sylla. p. 318.

In capitis periculum vocari. in Orat. ante exil. p. 360.

Creare alicui periculum. Orat. ante exil. p. 366.

In diſcrimen adducere aliquem pro domo. p. 431.

Cùm periculum vitæ mecum ſociare voluiſſes. pro Cn. Planc. pagina 525.

Voluntarios fortiſſimis atque optimis civibus periculum moliri. Seſt. 3.

Per optimos viros civibus optimis periculum inferre conatur. Seſt. 3.

Se ſalutem tuam in diſcrimen offerre pro ſtatu civitatis, & pro communi libertate. Seſt. 3.

Ipſum cautorem alieni periculi ſuis propriis periculis terruit. Seſt. pagina 9.

Subeunda ſunt pro patriâ pericula, vulnera excipienda, mors oppetenda. Seſt. 12.

Iecissem

Digitized by Google

Ieciſſem me potiùs in profundum. Sect.23.

Ipſos in magnum vitæ diſcrimen adducerem. Sect. 23.

Fluctare in alto tempeſtatibus ſeditionum & diſcordiarum. Sect. 23.

Invidiam eius capitis periculo ſibi præſtandum eſſe videbat. Sect. 32.

Obtulit in diſcrimen vitam ſuam. Sect.32.

Multa proponuntur pericula. Sect. 68.

Subeunda ſæpè pro Rep. tempeſtates. Sect. 69.

Flagrantem invidiâ propter intentum Gracchi populus Romanus periculo liberavit. Sect. 69.

Emerſiſſe iam è vadis, & ſcopulos iam prætervecta videtur oratio mea. Cæl.114.

Quanta impenderet procella urbi, quanta tempeſtas civitati. Cat.118.

Telis hoſtium, dimicationi capitis, & morti ſe obiecit. Cornel. 134.

Qui nullis præliis poſitis vitam ſuam hoſtium telis obiecerunt. Corn. 138.

Qui ſeſe opponit periculis nullo propoſito præmio. Corn. 135.

Qui ſe pro noſtro imperio in periculum capitis, & vitæ diſcrimen intulit. Corn.135.

Huic ab illo magnum periculum creatur. Corn.145.

Omnis illam tempeſtas, cui ceſſeram, Cæſare impulſore & adiectore, excitata eſt. Provin.163.

Maxima pericula patriæ impendent, & omnia tela undique in patriam ſunt intenta. Provin. 165.

Sæpè ex hoc portu ſe in illos fluctus propè neceſſariò contulerunt. Provin.172.

Ego tela intenta iugulis civitatis de coniuratorum nefarijs manib. extorſi. Faces iam accenſas ad huius urbis incendium, comprehendi, protuli, extinxi. Piſ.179.

In maximis turbinibus, & fluctibus Reip. *navem gubernavi.* Piſ. 186.

Alios ego vidi ventos, alias proſpexi procellas animo, alijs impendentibus tempeſtatibus non ceſſi, ſed his unum me pro omnium ſalute obtuli. Piſ.186.

Cæteræ tempeſtates & procellæ in illis fluctibus concionum Miloni ſemper ſubeundæ fuerunt. Mil.224.

Vita noſtra in aliquas inſidias, in vim, in tela latronum & inimicum incidit. Mil.234.

Vitam

Digitized by Google

Vitam ſuam nunquam in periculum ſine præſidio, & ſine cuſtodiâ provehebat. Mil.244.

In maximis periculis inſidiiſque eſſe verſatum accepimus. Rab. 272.

Qui nepos avum in diſcrimen adduxerit. Deiot.p.30.

Corpus ſuum periculo obiecit. Deiot.311.

Cùm ſemper & in urbe infinitum malum idq; manaret indies latius. Phil.11 p.324.

Duo tempora inciderunt. Phil.2.347.

Res in diſcrimen adducta eſt. Phil.3.395.

Armis & ferro res in diſcrimen adducta eſt. Phil.5.p. 421.

Hæc res in extremum adducta eſt diſcrimen. Phil.6.p.435.

Huius magnitudini animi & ſapientiæ tempeſtas eſt oblata formidoloſiſſimi temporis. Phil.7.438.

Res adducta eſt in maximum periculum, & extremum ferè diſcrimen. Phil.7.436.

Vitam quàm populi Rom. votis retinuit, pro libertate populi Romani in diſcrimen adducere putat. Phil.7.440.

In maximum diſcrimen venietur. Phil.8.456.

Ad incertum vitæ periculum ſine ullo metu mortis profecti ſunt. Phil.9.458.

Eius ſententia periculum vitavit. Phil. 9.461.

Dummodò repellat periculum ſervitutis. Phil.12.p.498.

Hæc tanta pericula effugere. Phil.12.506.

Bis ad iudicis ſubſellia attractus, extremâ fortunâ ſtetit. in Sulp. 555.

Si ſtatus erit aliquis civitatis, quicunq; erit, te omnium periculorũ video expertem fore. Ep. Fam.lib.4.p.114.

Quod ego non mirabar, cùm recordarer, te à primis temporibus ætatis in Rep. eſſe verſatum, & tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina ſalutis incidiſſe. Ep.ad Fam.l.6.p.173.

Afferre alicui periculum. Ep. Fam.l.8.p. 230.

Excitare periculum. Ep. Fam.l.9.p.250.

Niſi uno loco metaremur, magnum periculum ipſe Lepidus, magnũ ea pars exercitûs adiret, quæ bene de Rep. ſentit. Ep.Fam.l.10. pag. 295.

In ipſum diſcrimen rerum contuliſti tribunatum tuum. **Mitten in die ſchantz vnd gefahr wagen.** Ep. 2.6.

Turpis & periculoſa ratio. Ep.4.2.

Nihil conſtitui poteſt, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Ibid.

Te o-

Videtur mihi res in propinquum adducta diſcrimen. Ep. 5. 21.

Ab alterâ victoriâ tibi periculum nullum eſſe perſpicio. Epiſtol. 6. 1.

Cùm omnis Reſpubl. in meo capite diſcrimen eſſet habitura. Epiſtol. 7. 1.

Ruina periculum ſtruere. Ep. 6. 7.

Nec mihi videmini intelligere, quàm nos pateamus, hoc eſt, *periculo, quod à vobis nobis afferri poteſt, expoſiti ſimus.* Epiſtol. 8. 13.

Lepta ita laborat, ut eius fortunæ videantur in periculum venire. Epiſt. 9. 13.

In uno prælio omnis fortuna Reipub. diſceptat, id eſt, *periclitatur.* Iſt auffgeſetzt. Ep. 10 10.

Extrema tempora, id eſt, *deplorata.* Ep. 10. 12.

Ad omnia pericula princeps eſſe non recuſabat, id eſt, *primus propter Rempub. periclitari non dubitabat, primus pericula adijt.* Elegãs locutio q̃ & in Verrinis extat: *Vt quiſq; in fugâ poſtremus, ita periculo princeps erat.* Ep. 10. 17.

Exercitus Lepidi magnum habet caſum, id eſt *ſuſpicionem & metum periculi.* Ep. 10. 18.

Veniat Cæſar, &c. cuius ipſius magnum periculum agitur. Epiſt. 10. 23.

Aequo animo ſummam Reipub. in diſcrimen deduceremus. Epiſt. 10. 24.

Saltus Caſtulonenſis, frequentioribus latrocinijs infeſtior factus eſſet, id eſt, *propter certa pericula magis infeſtatur, & declinatur.* Epiſt. 10. 31. 11.

Longum & infeſtum iter. Ep. 10. 33.

Eas copias, quas diu ſimulatione Reipub. comparabant, ſubitò ad patriæ periculum converterunt. Ep. 11. 13.

Nullum periculum pro me adire dubitavit. Ep. 12. 19.

Periculum fortunarum, & capitis ſui pro meâ ſalute neglexit. Ep. 14. 4.

Quãdo ſubeũda fortuna eſt. weil es doch wil gewagt ſein. Ep. 14. 5.

Mitto quòd pericula, quòd omnes meas tẽpeſtates ſubieris. Ep. 15. 4.

Qui veniunt, ἀκίνδυνα μὲν χρονιώτερα δὲ *nuntiant*, hoc eſt, *non periculoſa quidem, attamen diuturn ora.* Ep. 10. 8.

Quo in diſcrimine verſetur ſalus mea, & bonorum omnium, atque univerſæ Reipub. ex eo ſcire potes. Epiſt. 16. 11.

Offerre ſeſe communi periculo. Ep. fam. l. 10. p. 295.

Nunquam

Nunquam mehercule, mi Cicero, pœnitebit pericula pro patriâ ſubire. Ep. fam. l. 10. p. 300.

Adire pericula. Ep. fam. l. 10. p. 312.

Neq; decet aut convenit nobis periculo ulli ſubmittere animum noſtrum. Wir wollen vnſers Gewiſſens frey ſeyn. Ep. fam. l. 11. p. 123.

Crede mihi, niſi iſta omnia ita fiant, quemadmodum ſcribo, magnū nos omnes adituros periculum. Ep. fam. l. 11. p. 342.

Quod ego periculum non extimeſco, modò facti veſtri gloriam cum meâ laude communicem. Ep. fam. l. 12. p. 351.

Quanquā, niſi me fallebat res, ſic ſeſe habebat, ut totius belli omne diſcrimen in Bruto poſitum videretur. Ep. ad fam. l. 12. pagina 355.

Cùm hæc ſcribebam, res erat in extremum diſcrimen adducta. Ep. fam. l. 12. p. 356.

Intelliges me nullum periculum, neq; laborem patriæ denegaſſe. Ep. fam. l. 12 p. 360.

Niſi ego tantam pecuniam, tantaq; præſidia, & tam celeriter, Caſſio dediſſem, ne auſus quidem eſſet ire in Syriam, & nunc non minora pericula Reipub. à Dolabellâ inſtarent. Epiſt. fam. lib. 12. p. 366.

Periculum omne quod inſtaret, ſi ille latro cum omnibus ſuis naves conſcendiſſet, expoſui. Ep. fam. l. 12. p. 368.

Nec ex eo inter nos amor natus eſt, ſed quod erat, & vetus & magnus, propterea nullum periculum pro me adire dubitarit. Epiſt. fam. l. 12. p. 383.

Vbicunque es, in eâdem es navi. Quod nimirum Reipub. calamitatem, ad abſentes, æquè ac præſentes pertineant. Ep. 2. 4.

Quod exiſtimas meam cauſam cōiunctam eſſe cū tuâ, &c. Ep. 4. 2.

In communibus miſerijs dolore angi. Ep. 4. 3.

Communem meam calamitatem exiſtimavi. Ep. 4. 5.

Cùm cogitarem hæc mihi tecum, & cum quibuſdam eſſe communia. Ep. 4. 6.

Cùm omnium noſtrum coniunctum periculum ſuo. Epiſt. 4. 9.

Nihil accidet & ſeparatim à reliquis civibus. Ep. 2. 15.

Quod mihi cum illo erat commune, ſibi ſoli attribuit. Ep. 2. 16.

Quod illius erat ſolius, id mecum communicat. ibid.

Patet latè hoc vitium, & eſt in multis. Ep. 3. 6.

Quàm fortiter ferres communes miſerias, non intellexi. Epiſt. 4. 15.

In magno periculo omnes, ſed tamen in communi ſumus. Ibidem.

Communis fortuna. Ibid. & 6.1.

Tibi periculum nullum eſſe perſpicio, quod quidem ſeiunctum ſit ab omnium interitu, i. e. *quod non ſit commune.* Epiſt. 6. 1.

Conſolatio neceſſaria eſt: Nihil eſſe præcipuè cuiquam dolendum in eo, quod accidat univerſis. Ep. 6. 2.

Hoc tibi confirmo, nihilo te nunc maiore in diſcrimine eſſe, quàm quemvis, &c. Ep. 6. 3.

Cùm omnis belli Mars communis, & ſemper incerti exitus prœliorum ſint. Ep. 6.4.

Fateor me communium malorum conſolationem nullam invenire. ibidem.

Quod mihi ad conſolationem commune tecum eſt. Ep. 6.4.

Vt impudentia videatur, eandem fortunam, ſi res cogat, recuſare. ibidem.

Qui fundus cum eo communis eſſet. Ep. 9. 25.

Ad ſocietatem integerrimorum & maximorum periculorum accedam. Epiſt. 10. 8.

Agrum Volaterranum, & oppidum omni periculo in perpetuum liberavit. Ep. ad fam. l. 13. 389.

Pergratum mihi feceris, ſi intellexerit, ſe quod pro ſalute meâ multa pericula adierit, ſæpè hyeme ſummâ navigarit, pro tuâ erga me benevolentiâ gratum etiam feciſſe tibi. Epiſt. ad fam. libro 13. pag. 431.

Subterfugere periculum. Ep. ad fam. lib. 18. p. 460.

Vitare periculum. Ep. ad fam. l. 14. p. 447.

Mitto quòd invidiam, quòd pericula, quòd omnes meas tempeſtates ſubieris. Epiſt. ad fam. lib. 11. p. 470.

Res non modò committenda eiuſmodi periculo. Epiſt. Att. libro 1. pag. 18.

Vt apertè iugula ſua pro meo capite, pro Clodio oſtentarint. Ep. At. l. 1. p. 25.

Multorum annorum oſtentationes meas nunc in diſcrimen eſſe adductas. Ep. ad Att. l. 5. p. 149.

An ſubeundum ſit periculum cum aliquo fortè dedecore. Epiſt. Att. lib. 8. p. 236.

Periculum eſt, ne in manus incidam perditorum. Epiſt. Att. lib. 10. pag. 326.

Quodvis periculum adire ex inſidijs paratiſſimi ad omnia latronis maluerit, quàm. Ep. Brut. p. 548.

Eris

Digitized by Google

Eris ab iſto periculo vacuus. Ep. Qu. Fratr. lib. 1. pag. 596.
Erit res iam in diſcrimine. Acad. lib. 2. p. 68.
Magnum periculum adire. de fin. l. 1. p. 110.
Multa pericula depulſa ſunt. de nat. deor. p. 114.
Quo libentius Reipubl. causâ periculum adiret optimus quiſque. de nat. Deor. l. 3. p. 136.
Adeunda ſunt quævis pericula decoris, honeſtatisq; causâ. de fin. 1. 1. p. 151.
Pericula in prœliis adire. Qu. Tuſc. 12. p. 371.
Adire aliquod periculum. Qu. Tuſc. 1. 5. p. 561.
Alii de vitâ, alii de gloriâ, & benevolentiâ civium in diſcrimen vocantur. 1. Offic. p. 34.
Promptiores debemus eſſe ad noſtra pericula, quàm ad communia. 1. Offi. pag. 34.
Nunquam omninò periculi fugâ committendum eſt, ut imbelles timidiq; videamur. 1. Offic. p. 33.
Sed fugiendum etiam illud, ne offeramus nos periculis ſine causâ. Ibidem.
In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt. Ibidem.
Subitò ſit allatum periculum diſcrimenq; patriæ. Offic. lib. 1. pagina 61.
Omnia incommoda ſubire vel externa, vel corporis, vel etiam ipſius animi. Offic. lib. 3. p. 110.
Quàm ſi ſenſerit nullum in delictis eſſe diſcrimen? Parad. 3. pagina 229.
Qui eadem pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingrediuntur. pro Mar. 124. b
Milo vitam ſuam nunquam in periculum ſine cuſtodiâ provehebat. pro Mil. 112. a
Multum mali, multum periculi unicuiq; noſtrum inferre poteſt vis tribunitia. pro Clu. 37. b
Cùm ii, qui anteà metuebant, redirent, & iam defunctos ſeſe periculis arbitrarentur. pro S. R. 21. b
Ex hoc mendacio, ſi qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur optavi. Ep. 112. a
In quo bello agitur populi Rom. gloria, &c. agitur ſalus ſociorum atq; amicorum, &c. aguntur certiſſima populi Rom. vectigalia & maxima: aguntur bona multorum civium. pro Pom. 4 b. 5. a

Digitized by Google

Qui hæc palam de loco ſuperiore ageret, pro imperio ac poteſtate. in Verr. 211. a & 220 a

Agebantur hæc in contentu palam de loco ſuperiore. ibid.

In quibus eorum aut de capite agatur, aut famâ. de Am. 107. a

Agitur magna res. de Fin. 76. b

Aguntur iniuriæ ſociorum. in Verr. 226. b

Sed vos moneo libertas agitur populi Rom. quæ &c. vitæ & fortuna optimi cuiuſque, quo &c. auctoritas veſtra, quam &c. in A. 213. b

Ego tela intenta iugulis civitatis de coniuratorum manibus extorſi. in Piſ. 80. b

Intenta ſigna legionum exiſtimantur cervicibus boniſq; veſtris. Seſt. 21. a

Intendere periculum alicui. Att. 33. b

Tela undiq; in patriam intenta. de Pro. 78. b

Peto à te, ut periculum, quod in omnes intẽditur, &c. pro S. R. 19. b

Iſta omnia in hunc unum inſtituta, parata, intenta ſunt. pro Mil. 114. b

Simul ac periculum iudicij intendi, omnem illius impetum compreſſi. de Att. 243. b

Clodius non ſervos, non arma, non vim intentavit. pro Mil. 108. b

Hæc ſic intentata à nobis eſt: hæc inſidiata Pompeio eſt. ibidem.

Dolor: ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam ſe debilitaturum minatur. Tuſc. 243. b

Tum ipſum adverſarium quaſi intentantis loco producendo, hoc interrogando, utrum. de In. 78 a

Tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga memoriam conſervabo. Ep. 57. b

Meum, tuum, aut alicuius tempus, ſignificat, cùm quis in periculis verſatur, ut patet in exemplis ſeqq.

Ego ſi ab improbis & perditis civib. Remp. teneri viderem, ſicut & meis temporib. ſcimus, & nonnullis alijs accidiſſe. Ep. 12. b

Heratini me ad ſua tempora (al. τέμπη) duxerunt, ut agerem cauſam. At. 62. b

A nullius unquam tempore aut commodum, aut ocium meum abſtraxerit. pro Arch. 188. a

Niſi forte eam pecuniam in reipub. magnum aliquod tempus contulerit. Off. 71. a

Id non humano conſilio, ſed prope divinitus datum atq; oblatum nobis ſummo Reip. tempore videtur. in Verr. 66. b

Quod

Digitized by Google

Quod C. Cæſar, &c. ſummo Imp. tempore milites & veteranos ad libertatem populi Ro. *cohortatus ſit, eosq́; conſcripſerit.* in Ant. 205. a

Difficillimoq́; Reip. tempore ſaluti, dignitati, atq; pop. Rom. ſubvenerit. in Ant. 203. b

Quæ qui recordetur, haud ſane periculum eſt, ne, &c. Tuſc. 251. a

Ne movear, &c. periculum non eſt. Tuſc. 163. a

Nullum periculum eſt, ne quid tu, &c. de Orat. 105. b

Summum erat periculum, ne ſi nihil impetrarent, à ſenatu alienarentur. Att. 15. b

Sumptu periculoq́; ſuo armatam navem aliquò mittere. in Verr. 246. a

Quid tu meo periculo gurges patrimonij helluabare? pro Seſt. 25. a

Brutus ſcripſit rem illam ſuo periculo eſſe. At. 85. b

Iniuſtè facis, ſi putas periculo noſtro vivere tuos contubernales. pro Fla. 154. b

Ego qui periculo Reipub. vivebam. pro Seſt. 14. a

Quod equidem tibi nummi meo periculo ſint. At. 59. a

Sed etiam atq; etiam dico, tuo periculo fiet. At. 212. b

Dux enim ſuo periculo progredi cogitat. de L. 188. a

Capitis noſtri ſæpe accidere poteſt, ut cauſſæ verſentur in iure. de Or. 100. a

Quam poſſumus reperire ex omnibus cauſſis civilibus cauſſam contentionemq́; maiorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis conſularis? ibid.

Cauſſa capitis. de Cla. 186. b

Socratis reſponſo exarſerunt iudices, ut capitis hominem innocentiſſimum condemnarent. de Or. 105. a

Socratem in iudicio capitis pro ſe dixiſſe. ibid. 104. a

Nihil de capite civis, aut de bonis ſine iudicio detrahi poteſt. pro Dom. 220. a

Iudicia ſumma exiſtimationis, & bene dicam capitis. Qu. Roſc. 47. b

In iudicium capitis aliquem vocare. de Cla. 176. b

Cùm verò abs te tui capitis cauſſa peteret, hominesq́; certos domo miſiſſet, ne tum quidem, &c. in V. 128. b

Vt ſi prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris. Off. 73. b

Diſputandi. Differendi. *Vide etiam* Dicendi. Confirmandi. Sermonis.

Unterreden / Diſputiren / Uberzeugen / Erweiſen.

M*Ecum argumentis puta*. Amph. 2.1.55.
Diſputationem mecum ingreſſus eſt. pro Cæcin. pagina 612.
Nec eſſe ullam rationem, diſputare cum iis, qui nihil probarent. Acad. l. 2. 12.
Diſputare ſubtiliter. Acad. l. 2. p. 19.
Erat diſputatio de hac unâ re unius diei. Academic. libro 2. pagina 27.
Incubuit in eas diſputationes. Acad. l. 2. p. 41.
Tractantur iſtæ ingenioſè, diſputantur eleganter. Acad. libro 2. pagina 45.
Illos aculeos, & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus. Acad. l. 2. p. 49.
Diſputationibus huc & illuc trahi. Acad. l. 2. p. 59.
Et id non proſequar longiùs, quàm mea fides poſtulabit. pro S. R. 32. a
Nec ab ultimo repetamus, ne longiùs proſequamur. ad Herenn. 3. b
Date nobis hanc veniam, ut ea, quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini. de Or. 93. a
Eum locum Poſſidonius proſequutus eſt. Att. 158. b
Accuſator rerum ordinem proſequitur. Par. 131. a
Ne hæc difficiliora ad proſequendum eſſe videantur. de Orat. 160. b
Cùm gravis & doctus adoleſcens ei diſputationi intereſſet. de fin. l. 1. pag. 107.
Ne blãditiis eius illecebriſq; impediatur diſputãdi ſeveritas. de fin. lib. 3. p. 179.
Nec differendi ſpinas probavit. de fin. lib. 4. p. 247.
Diſputationes in ſe ſuſcipere. de Fato. p. 274.

Diſpu-

Digitized by Google

Diſputationem & benè longam & ſatis litigioſam. de fin. libro 5. pag. 354.

Libertas tua diſſerendi amiſſa eſt. de leg. l. 1 p. 307.

Dici non poteſt, quàm ſim heſternâ diſputatione tuâ delectatus. Qu. Tuſ. l. 2. p. 310.

Reliqua diſputationis curſum tenere. Qu. Tuſc. l. 4.

Ita ſunt inpromptu, ut res diſputatione non egeat. 1. Offic. pagina 5.

Potes doctiſſimiſ hominibus autoribus, &c. *genus totum orationis tollere, diſputabant, ego contra diſſerebã, dicebant, ego negabam*, id eſt, *potes ex amicitiâ noſtrâ tollere ſimulationes, ſicut omnes ſapientes, & doctiſſimi præcipiunt.* Epiſt. lib. 3. 8.

Sic cum eo de Repub. diſputavi. Ep. 5. 2.

Diſputando coniecit illam vocem, & inter conſultandum. Epiſtol. 8. 4.

Stoici diſſerunt, nihil eſſe obſcœnum, &c. Ep. 9. 22.

Mihi quidem videtur, in utranq; partem de officio tuo diſputari poſſe. Ep. 11. 27.

Non eſt enim ſeiunctus locus à philologiâ, & quotidianâ συζητήσει, id eſt, *mutuâ collatione, commentatione, ſeu diſputatione.* Ep. 16. 21.

Tu velim inprimis cures ut valeas, ut unà συμφιλολογεῖν, poſſimus. ibidem.

Sunt à nobis alio loco diſputata. Off 1. p. 5.

Omnis diſputatio de officio futura eſt. ibid.

Qui ſine controverſiâ de officiis accuratiſſimè diſputavi. 3. Offic. pag. 103.

Quæ de amicitiâ eâ ipſa diſſerit. de Amic. p. 184.

Diſcurrendi. Curſitandi. *Vide* Feſtinandi.

Umblauffen / Umbſchweiffen / Hin und wider lauffen.

Gallicè: Courir deça dela.

C*Oncurſare* abſolutè, aut *Concurſare locum aliquem.*

Vt noſtras villas obire, & mecum ſimul lecticulâ concurſare (al. *circumcurſare*) *poſſis.* Ep. 95. b

Qui armati noctes dieſq; concurſabant. pro S.R.31.b
Concurſabant barbatuli iuvenes. At.9.a
Prætores concurſare. in Verr. 241.b
Obire provinciam, & concurſare. in Ver.251.b
Domos ferè omnium concurſare. pro Mur. 134. b
Deos immortales concurſare omnium mortalium non modò lectos, verùm etiam grabbatos. de D.135.a
Libonis & Hypſai non obſcura concurſatio & contentio, in eam opinionem rem adduxerunt. Ep.2.b
Laborib. & concurſationib. confectum eſſe. Epiſt.153.b

Diſſentiendi. *Vide* Conſentiendi.

Vneinig ſein / Nicht mit einſtimmen.

V*Aleant, qui inter nos diſſidium volunt.* Andr.4.2.
Quî ſcis, eos nunc diſcordare inter ſe? Andr.3.3.
Hæc fratri mecum non conveniunt. Adelph.1.1.
Diſſenſit cum Mario clariſſimo cive conſul nobiliſſimus & fortiſſimus L. Sylla. de Aruſp.256.b
Cum Octavio collegâ Cinna diſſenſit. ibid.
Cùm videtur ſcriptoris voluntas cum ſcripto diſſentire. ad Heren. 4.
Summa diſſenſio eſt. Ep.1. 7.
A quo honeſtè diſſentire non poſſum. Ep.1. 8.
Quidam ſuſpicati ſunt, animorum contentione, non opinionum diſſenſione me ab eo diſcrepare, id eſt, *animo & voluntate me illi contrarium eſſe, non variare ab eo opinionibus & iudicio de adminiſtratione provinciæ.* ibid.
Animorum contentionem appellat, animi abalienationem, & ſtudia inimica. Ep.2.12.
Frequentes ierunt in alia omnia, id eſt, *frequentes diſſenſerunt.* Ep. 1. 2.
Neq; in eo quicquam à meis rationibus diſcrepabunt tua. Ep.5. 20.
Succeſſionem futuram propter Galliarum controverſiam non video. Epiſt. 8.5.
Nunc quid eſt quod me in aliam partem trahere poſſit. Epiſt. 10.4.

Nunquam

Digitized by Google

Nunquam à tuis conſilijs diſcreparem. ibid.
Suſpicatus ſum, te à iudicio noſtro paululùm diſſidere. Epiſt.12.17.
In Philoſophiâ vehementer ab eo diſſentio. Ep.13.1.

Diſſimulandi. *Vide* Simulandi.

Diſſipandi.

Zerſtrewen/ Verwerffen.

IGnis quocunque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat. de Nat. 33. b
Illi ſtatuam iſtius deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant. in P. 99. b
Everſa domus eſt, diſſipati liberi, rapta coniunx. pro Seſt.28. a
Simia omnia, quæ erant ad ſortem parata, diſturbavit, & aliud aliò diſſipavit. de D 96.a.&121.b
Medeam prædicauit in fugâ fratris ſui membra in iis locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipaviſſe. pro Prom.8.a
Capere, occidere, & diſſipare hoſtes. Ep. 23. b. & *Diſſipare claſſem.* 190. a
Faciliùs eſt apta diſſolvere, quàm diſſipata connectere. Orat. 220. a
Amicitia omnia contrahit, diſcordia diſſipat. de A.110. a
Omnia, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt. de Or.100.b
Genus hominum in montibus, & ſylvis diſſipatum. de Or.88.a
Ius civile, quod nunc fuſum & diſſipatum eſt, in certa genera cogere, & ad artem facilè redigere. Ibid.121. b
Qui diſcedere animum cenſent, alii diſſipari ſtatim, alii diu permanere, alii, &c. Tuſc.152.a
Diſperdere ac diſſipare patrimonium. cont.Ruſ.61.a
Diſtributis partib. ſermo eſt totâ Aſiâ diſſipatus, &c. pro Flac. 149. a
Diſſipare famam, vel rumorem. in Acad.261.a

Cùm iſtius amici ſermones huiuſmodi diſſipaviſſent, me, &c. in Verr. 79. b

---

Diu. *Vide* Æternitatis, Temporis.

Dividendi, Diſtribuendi.

Theilen / Außtheilen / Von einander reiſſen.

Magiſter Curiæ dividere argenti dixit numos in viros. Aul. 1. 2. verſ. 30.

Edixit mihi, ut diſpartirem obſonium hîc bifariam. Aul. 2. 4. verſ. 3.

Ego me tuâ causâ non rupturus ſum. Capt. prol. v. 13.

Puer pædagogo tabulâ dirupit caput. Bacch. 3. 3. v. 37.

Harum voluptatum mihi omnium, atq; itidem tibi diſtractio, diſcidium, vaſtities venit. Pſeud. 4. 1. v. 67.

Totum dividuum face. Theile es / nimbs halber. Adelph. 2. 2. verſ. 33.

Partes facere. de Orat. l. 2. p. 451.

Dictionem cauſa in certas dividam partes. Pro Quint. p. 11.

Servare in defenſione diſtributionem. pro Aul. Cluent. pagina 3.

Res à naturâ copulatas audebit divellere errore. Offic. 3. p. 118.

Redeunt rurſus ad coniecturam, eamque in quatuor genera diſpertiunt. de Or. 252.

Diſpertire orationem in membra. de Cla. 79. a

Pecuniam illam iudicibus diſpertiendam eſſe. pro Clu. 32. a

Bona verbo redigenda, re diſpertienda. in Verr. 118. a

Romani homines, qui tempora voluptatis laboriſque diſpertiunt. pro Mur. 142. a

Deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat. de Or. 100. b

Satiùs exiſtimo vos diſpertitos, & in ſpeculis eſſe. Att. 145. b

Eam

Eam didicit artem, quæ doceret rem univerſam tribuere in partes. de Cl. 78 a

Sine philoſophorum diſciplinâ genus in partes tribuere non poſſumus. Or. 198. a

Flaccus deſcripſit pecuniam ad Pompeij *rationem, quæ fuit accommodata. L. Syllæ deſcriptionis.* pro Flac. 152. b

Vectigal, quod Græcis æqualiter Sylla reſcripſerat. Quint. Fr. pro Flac. 152. b

Civitatibus pro numero militum pecuniarum ſummas deſcribere. in V. 248. a

In Stellati campo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. contra Rul. 83. a

Deſcripſiſti verbis partes ad incendium. in Cl. 99. a. & 112. b. 107. a

Quorum bona ſuis comitibus compotoribusq; deſcripſit. in Ant. 198. b

Quæ platanus mihi videtur non tam ipsâ aqulâ, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creviſſe. de Orat. 87. a

Ius civium generatim in ordines ætatesq; deſcriptum. ibidem 90. a

Deſcribere ſuum cuiq; munus. Q. de Pet. 213. b

Poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur, id eſt, *quia non ſimplicem ſententiam, ſed geminam proponebat, nimirum non eſſe reluctandum oraculo, & per legatos regem reduci ſatius eſſe, poſtulatum eſt, ut ſeorſim de utraq; parte referretur.* Epiſtol. 1. 2.

Mons diviſus aquarum divortijs, id eſt, *aquis interlabentibus.* Epiſtol. 2. 9.

Illud adiunxi, mihi tecum ita diſpertitum officium fuiſſe, &c. Ep. 5. 2.

Quod ius ſtatues communi dividundo, &c. Ep 7. 12.

Funeſtam orbi terrarum victoriam partiri. Ep. 10. 8.

Divitiarum. Opum. Facultatum. Fortunarum. Pecuniæ. Auri. Argenti. Bonorum. Felicitatis. *Vide etiam* Hæreditatis.

Reichtumb

Digitized by Google

Reichthumb/ Hab vnnd gutt ſamlen/ Gelt/ Gelt aufbringen/ Gelt löſen/ machen/ Zu geltt machen/ Suchen/ Zuwegen bringen/ Nahrung.

HIc inierunt, viginti minæ bonæ, malâ operâ partæ. Aſin. 3. 3. v. 145.

Facit illius familiam opulentam. Aul. *ſcen.* Quid hîc. verſ. 295.

Ego virtute Deûm & majorum noſtrorum dives ſum ſatis. Iſtas malas factiones & dotes dapſiles nihil moror. Aul. 2. 1. v. 45. Capt. 2. 2. v. 74. Vide Lex. Plaut. *Factio.*

Sic tibi eſſe pecuniam grandem. Aul. 2. 2. v. 37.

Eſſe hominem divitem, factioſum, Aul. 2. 2. v. 50.

Picos divitijs, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Ego ſum ille rex Philippus. Aul. 4. 8. v. 1. &c.

Tum demùm homines noſtra intelligimus bona, cùm, quæ in poteſtate habuimus, ea amiſimus. Capt. 1. 2. v. 34.

Patri meo fateor eſſe divitias ſummas domi. Capt. 2. 2. verſ. 68.

Meas auges opes, maximas opimitates, opiparasq́; offers mihi. Cap. 4. 3. v. 1.

Liber in divitias venias. Capt. 5. 4. v. 13.

Haud mihi ſæpè tales veniunt hæreditates. Curculion. 1. 2. verſ 34.

Ego te reduco, & voco ad divitias. Ciſt. 2. 3. v. 17.

Qui Alceſimarcho filiam ſuam deſpondit in divitias. Ciſt. 2. 3. v. 57.

Qui tibi, cui domi divitiæ maximæ ſunt, is nummum nullus habes. Epid 3. 1. v. 8.

Oravit, ut ſibi argenti facerem copiam. Aſin. 1. 1. v. 60.

Argentum accepi, dote imperium vendidi. ibidem verſu 74.

Si mihi talenta numerata darentur in manum. Aſinar. 1. 3. v. 41.

Vt mihi rem eſſe reantur. Pſeud. 1. 2. v. 34.

Dividere nummos in viros. Aul. 1 2. v. 30.

Talentum argenti ipſius ſuâ annumerat manu. Merc. Prolog. verſ. 41.

Amantem

Digitized by Google

Amantem herilem copem facerem filium. Bacch. 2. 3. verſ. 117.

Magnas divitias indipiſci. Epid.3.4.v.15.

Ei liberorum, niſi divitiæ nihil erat. Men.Prol.v.59.

Illi tum divitiæ evenêre maximæ. Men.Prol.v.62.

Quibus cunctis montes maximi ac acervi frumenti ſunt domi. Pſeud.1.2.v.55.

Me dices avidum eſſe, tam hoc nunquam eris nummo divitior. Pſeud.5.2 v.25.

Nos iam de ornatu propemodum, ut locupletes ſimus ſcitis. Rud.2. 1. v.4.

Talentum argenti commodum magnum inerat in crumenâ Rud. 5. 2.v.31.Commodæ monetæ ſunt *pecunia integro margine,* κύκλῳ οὐκ ἀποτετμημένῳ, ut inquit Procopius.

Papæ! divitias tu quidem habuiſti luculentas. Rud. 5. 2. verſ. 33.

Mereat Perſarum ſibi montes, qui eſſe perhibentur aurei. Stich. 1. 1. v.21.

Cùm eorum aggerimus bona. Truc.1.2.v.16.

Servon' fortunas meas me commiſiſſe futili? Andr.3.5.v.3.

Ei credo munus hoc corraditur. Phorm.1.1.v.6.

Non fratrem videt rei operam dare. Adelph.1.2.v.15.

Collocupletaſti te, Antiphila: Heaut.2.3.v.17.

At quaſi is non divitijs abundet. Heaut.3.2.v.16.

Cui tanta res erat, & ſupererat. Phorm.1.2.v.10.

Oh! regem me eſſe oportuit: Ich ſolt ein Reicher Herr ſein. Phorm.1.2.v.20.

Illis dum ſtudeo, ut quàm plurimum facerem: id eſt, plurima con-raderem Adelph.5.4.

Ei de ratiunculâ iam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum: id ut conficerem, confeci: affero. Phormion. 1.1.

Quæ ſe inhoneſtè optavit parare hîc divitias potiùs, quàm in patriâ honeſtè pauper vivere. Andr.4.5.

Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cùm eſt, nil deſit tamen. Eunuch.2.2.

Omnes te in lautâ & benè auctâ parte putant. Heautontim. 4.4.

Quàm vos facillimè agitis, quàm eſtis maxumè potentes, dites, fortunati, nobiles. Adelph.3.5.

Dii

Digitized by Google

Dis quidem eſſes: id eſt, *dives, ac tuam rem conſtabiliſſes*. Adelph. 5.1.

Illis dum ſtudeo, ut quàm plurimum facerem. Adelph. 5.4.

Quàm iniquè comparatum eſt, ij, qui minùs habent, ut ſemper aliquid addant divitioribus. Phorm. 1. 1.

Ac ſi talentûm rem reliquiſſet decem: Wann er groſſe Schätze oder Reichtumb verlaſſen hette: Phorm. 2. 2.

Eſt, Dijs gratia, unde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt. Adelph. 1. 2.

Quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?

Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias:

Atq; hæc perinde ſunt, ut illius animus, qui ea poſſidet. Heaut. 1. 2.

Mea, quæ præter ſpem evenêre, bona utantur ſine.

De ſummâ nihil decedet: quod hinc acceſſerit, id de lucro putato eſſe. Adelph. 5. 3.

Mihi nunc, relictis rebus, inveniendus eſt aliquis, labore inventa cui dem bona. Heaut. 4. 6.

Mei patris benè parta indiligenter tutatur. Phorm. 5. 3.

Sumtus veſtros otiumq; ut noſtra res poſſet pati. Hecyr. 2. 1.

Tuarum miſeritum eſt, Menedeme fortunarum: Es wirt dir alles drauff gehen Heaut. 3. 1.

Pecuniam conficere: Gelt zuwegen bringen. Phormion. 1. 1. & 3. 2.

Pecuniam in loco negligere, maximum interdum eſt lucrum. Adelph. 2. 2.

Retraham herclè, opinor, ad me illud fugitiuum argentum tamen. Heaut. 4. 1.

De argento ſomnium: da iſt kein Gelt/ du darffſt nicht dran dencken. Adelph. 2. 1.

Non ratio, verùm argentum deerat. Phorm. 1. 5.

Sumeret alicunde argentum: *alicunde? nihil eſt dictu facilius. poſtremò, ſi nullo alio pacto, vel fenore*. Phorm. 1. 5.

Vendidit ancillam ære emptam ſuo. Phorm. 3. 2.

Dum id, quod eſt promiſſum, ab amicis argentum aufero. ibidem.

Meâ lege utar, ut potior ſit, qui prior ad dandum eſt. ibid.

Vnde

Digitized by Google

Unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inveniam miſer? Phor. 3.3.
Venio ut dicerem, argento opus eſſe, & id quo pacto fieret: **wie man es ſolte zuwegen bringen.** Phorm. 4.2.
Emunxi argento ſenes. Phorm. 4.4.
Hoc tempore nunquam ego amittam à me argentum, quin mihi teſtes adhibeam. Phorm. 4.5.
Argentum alterius conficere: **Eines andern Gelt verzehren.** Phorm. 5.5.
Tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi argentum iube rurſum reſcribi: id eſt, reddi factâ ſcripturâ apud argentarios, quæ teſtetur, illos mihi eam pecuniam tuo iuſſu renumeraſſe. Phorm. 5.7.
Na ego perſcripſi porrò illis, quibus debui: **Jch habs denen ſchon zugewieſen/denen ich ſchuldig war.** ibid.
Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat? ibid.
Quia paullulum vobis acceſſit pecunia, ſublati animi ſunt. Hecyr. 3.5.v.56.
Quaſi talenta ad quindecim coëgi. Heaut. 1.1.
Age, age, inventas reddam minas. Phorm. 3.3.
De fortunis alicuius dimicare. Oration. ante exil. pagina 365.
Conſulere alicuius fortunis. Ep. ad Fam. lib. 1. p. 389.
Periculum fortunarum mearum & capitis ſui pro meâ ſalute neglexit. Ep. ad Fam. l. 10. p 448.
Fortunas morte remittere. Qu. Tuſc. l. 1 p. 299.
Pecuniæ cupiditas ſpectat ad opes. 1. Off. p. 12.
Suis fructibus exercitum alere non poſſet. Ibid.
Effectum eſt, ut infinita pecuniæ cupiditas eſſet. 1. Off. p. 12.
Rei familiaris amplificatio nemini nocens, non eſt vituperanda. ibid.
Romæ ſibi nummorum facultas eſt. pro Quint. p. 5.
Penſio eſt ſolvenda. pro Quint. p. 109.
Nihil eſt tam ſanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari poſſit. in Verr. p. 137.
Pecuniam cogere à civitatibus. in Verr. p. 384.
A civitatibus pecuniam extorquere. in Verr. p. 387.
Pecunias in provinciâ magnas collocatas habent. pro Leg. Man. p. 634.

Non

Digitized by Google

Non eſt circumventus, non eſt oppreſſus pecuniâ. pro Aul. Cluent. p. 57.

Deſperatas pecunias exigere. pro L. Mur. p. 239.

Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiduciâ tamen acceptâ, occupaſti. pro L. Flac. p. 285.

Credere alicui pecunias. Ep. ad Fam. l. 1. p. 15.

Se ait curaſſe, ut cum quæſtu populi pecunia permutaretur. Ep. ad Fam. l. 2. p. 57.

Accipere pecuniam. Ep ad Fam. l. 3. p. 66.

A Dolobellâ procuratoribus exigam penſionem primam. Ep. ad Fam. l. 6. p. 178

Ad meum officium revertendum eſſe exiſtimavi, ut & reliqua vectigalia exigerem, & quam depoſui, pecuniam colligerem. Epi. ad Fam. l. 12. p. 367.

Dabo operam, ut pecuniam, quàm maximè potero, & quàm celerrimè cogam, omnibusq; cum rationibus ad vos mittam. Ep. ad Fam. l. 12. p. 369.

Vt in pecuniam adoleſcentis impetum facerem. Ep. ad Fam. lib. 12. p. 377.

Mylaſij & Labadenſes pecuniam debent. Ep. ad Fam. libr. 13. p. 429.

Velim cures, ut aut de hypothecis decedat, & eas procuratoribus Cluvij tradat, aut pecuniam ſolvat. ibid.

Acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine fruſtra diſſipari. Ep. ad Q. Fr. l. 1. p. 597.

Quemadmodum utendum pecuniâ. de Di. l. 2. p. 215.

Alexander in Ciciliâ depoſuiſſe apud Solem in delubro pecuniam dicitur. de leg. l. 2. p. 337.

Fortunæ muneribus, & naturæ commodis omnibus abundat. ad Heren. pro Qu. p. 7.

Venire ad maximas pecunias. de Orat. l. 2. p. 424.

Summa habere. pro Qu. p. 7.

Profuſus, ac perditus nepos, non adesâ iam, ſed abundanti pecuniâ diſſolutus fuit. pro Q. p. 13.

Noſtra pecuniâ dives eſt. pro Sex. Roſc. p. 69.

Homo pecunioſius. in Ver. p. 136.

Refertius erit ærarium populi R. quàm unquã fuit. in Verrem p. 400.

Hoſtium animi, opesq; creſcunt. pro Leg. Man. p. 645.

Nemo tam impudens fuit, qui à Dijs tot ac tantas res tacitas auderet op-

Digitized by Google

vet optare, quot & quantas Dij ad Cn. Pompeium detulerunt. pro Leg. Man. p. 647.
Inſula referta divitijs. pro leg. Man. p. 649.
Homo maioribus opibus praditus. pro A. Cl. p. 70.
Pecunia conſtructa & coacervata. cont. Rul. 63. a
Tanti acervi nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut iam appendatur, non numerentur pecunia. in A. 178. b
Multa & magnifica res conſtructa & recondita. de Or. 98.
Copia ornamentorum uno in loco conſtructa. ibid.
Redigere pecuniam ex bonis venditis. in V. 82. b
Redigere pecuniam ex vectigalibus. con. Rul. 86. a
De pecuniâ ex bonis redigendâ. pro R. P. 128. b
Scripſi ad eum, me quicquid poſſem nummorum ad apparatum ſperati triumphi ad te redacturum. A. 99. b
Integrorum & fortunatorum promiſſis ſaucios, & miſeros credere non oportere. pro L. Mur. 136. a
Quos ego florentes atq; integros vici. pro Pl. 277. b
Cùm Gabinio integerrimas pacatiſſimasq; gentes ad diripiendum tradidiſſes. pro Dom. 225. a
Imminebat tuus furor omnium fortunis & bonis. pro Dom. 218. a
Nihil tibi deeſſe arbitror ad tuas fortunas obtinendas. Epiſt. 52. b
Bonos viros lugere malui meas fortunas, quàm ſuas (al. *ſuis*) *deſperare.* Poſtquam 211. b
Itaq; ſi quis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, *de tuâ incolumitate agendi, agam ipſe per me.* Ep. 87. b
Tamen impetum pradonum in tuas fortunas fieri nolo. ibid. 53.
Ego pro meâ omni famâ fortuniſq; decerno. de Or. 127. a
Vir honoribus ampliſſimis, fortuniſq; maximis ornatus. Brut. 289. a
Succurrere ſaluti fortuniſq; communibus. de Invent. 15. b
Ad qua recuperanda per fortunas incumbe. At. 49. a
Erogaſti pecunias ex arario tuis legibus. in Vat. 35. a
Pecunia in claſſem erogata eſt. pro Flac. 152. a
Quanta tamen pecunia penderetur, ſi omnium nomine quicunq; Roma ludos facerent, erogaretur. Q. Fr. 395 a
Quâ ex inſulâ nullus nummus me obtinente erogabitur. At. 81. a
Pecunia publica ex arario in vectigalibus populi, ad emendum frumentum attributa. in Ver. 185. a

Oſtendam

Digitized by Google

Oſtendam multas pecunias iſti erogatas in operum locatione ***falſas*** *atq; inanes eſſe perſcriptas.* in Ver.245.b

Non inaurata Soli, ut ex omnibus, Delphis ſtatua, ſed ***aurea ſtatueretur.*** de Orat.154.b

Inauratam ſtatuam ponere in V.119.b.& 131.b

Pallâ inauratâ indutus. ad Her.38.b

Ait enim, dum Gabinio pecuniam poſthumus cogeret , ***ex decumis*** *imperatorum pecuniam ſibi coegiſſ* .pro R.p.127.b

Cogere pecuniam à civitatibus. in V.286.b

Cogere ſtipem. de Leg. 74.a

Cùm frumentum imperarem , cùm ſtipendium cogerem. in Verr. 90.b

Iſte navem maximam Meſſanæ publicè coactis operis ***ædificavit.*** ibidem.111.a

Dubiúmne eſt , quin iſta omnis improbitas cogendæ ***pecuniæ*** *cauſſa nata ſit , pòſt exegit tantum pecuniæ ab iis.* in Verrem 187.a

Non intelligo hoc, quale ſit: utrum acceſſionem pecuniæ , ***ut noſtri*** *coactores facere ſolent, centeſima , an deceſſionem* ***de ſummâ fecerit.*** pro R.p.127.b

Erat nobis curata pecunia. Epiſtol.5.20.

Pecunias deponere. ibid.

Rationes referre ad ærarium. ibid.

Pecunia graviſſimis, certiſſimisq; monimentis teſtata , ***impreſſa tot*** *veſtigiis, id eſt , munita teſtimoniis , &* ***teſtimoniorum ſignis.*** **verſiegelt.** ibid.

Anguſtiæ pecuniæ publicæ. Ep.12.30.

Ajunt ſe depoſitam pecuniam habuiſſe, id eſt, *ex quâ* ***nullas debuerint*** *uſuras. Rutil.* Qui uſuras pendere amplius nollẽt. ***interpoſito*** *præſidis decreto , cùm cui ſolveretur non eſſet* ***ad manum*** *creditam pecuniam deponebant.* Ep.13.37.

Græci omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ ***cauſâ faciunt.*** ad Qu. Fr.l.1.Ep.1.

Extrema illa perſona eſt, ut is, qui mortuus ſit , pecuniam ***debuerit,*** *neminiq; eam ſolverit, perinde habeatur , quaſi eam* ***pecuniam*** *ceperit.* de leg.l 2.p.340.

Si maiorem partem pecuniæ capiat, aut ſi maior pars ***pecuniæ legata*** *eſt aut ſi inde quidpiam ceperit.* de leg. l.2.p.341.

Ea pecunia non minor eſſet facta , cum ſuperiore exactione , ***quàm*** *hæredibus eſſet relicta , qui eam pecuniam* ***exegiſſet*** ibid.

Pecunia

Digitized by Google

Pecuniæ cupiditate qui feruntur. Qu. Tuſc. l. 3. p. 377.
Quæ res pecuniæ cupiditatem afferunt. Qu. Tuſ. l. 5. p. 485.
Pecuniam magnoperè deſiderare. ibid.
Pro nihilo pecuniam ducere. ibid.
Pecuniâ non egere. ibid.
Non credere depoſitum. 1. Off. p. 14.
Pecuniæ fugienda cupiditas. 1. Off. p. 78.
Tot dotes magnam quærunt pecuniam. Parad. 6. p. 237.
Maximis opibus præditum eſſe. cont. Rull. p. 20.
Cum verbis ſe locupletem facere. pro L. Flac. p. 282.
Magna in te ſunt opes: latè patet gratia, multi amici, multi cupidi tui: multi fautores laudis tuæ. pro Cn. Plan. p. 517.
Bona diripiebantur. Seſt. 28.
Ratio auferendæ, & conflandæ pecuniæ non reperiebatur. Seſt 24.
Haurit quotidie ex pacatiſſimis atq; opulentiſſimis Syriæ gazis innumerabile pondus auri. Seſt. 47.
Divitijs nos iam tuis terres. Vat. 83.
Pecunias aliorum deſpicis, de tuis divitijs intolerātiſſimè gloriaris. Vat. 85.
Oppugnari opibus meretricijs. Cœl. 92.
Opulentiam iſtam ex ſanguine & miſeriis civium parauerit. Sall. in Cic. p. 584.
Viri fruantur opibus ſuis. Corn. p. 148.
Ea vis huic urbi innumerabiles felicitates & opes attulit. Mil. 256.
Poteſt aliquando ad fortunas ſuas pervenire. pro Rab. 274.
Rem bonis & honeſtis rationibus auxit. pro Rab. 278.
Tanti acervi numorum apud iſtum conſtruuntur. Phil. 2. 375.
Eius opibus, quas intelligas eſſe maximas, ſic fruor ut meis. Ep. ad Fam. lib. 1. p. 32.
Supero Craſſum divitijs. Ep. Fam. l. 1. p. 9.
Si qui ſatis opibus hominum ſibi contra conſcientiam ſepti eſſe, & muniti videntur. de Fin. l. 1. p. 117.
Si aliud nacti ſimus quippiam fortuiti boni. de Nat. Deor. l. 1. p. 16.
Bonis aliquem affici quàm maximis, etiam ſi apud ſe ex ijs nihil redeat. de Fin. l. 2. p. 164.
Perpetuitati bonorum ſuorum diffidere. de Fin. l. 3. p. 191.
Summum bonum in animo ponerent. de Fin. l. 3. p. 220.

Digitized by Google

Amplitudines quædam bonorum excitabantur, de Fin. l. 4. p. 220.

Marcone Craſſo utile fuiſſe tuum, cùm maximis opibus fortuniſq́; florebat. de Divin. l. 2. p. 220.

Doceat, paratiorem me ad contemnendam pecuniam fore, ſi illam in rebus præpoſitis, quàm ſi in bonis duxero. de Fin. l. 4. p. 224.

Crœſus Halym penetrans magnam pervertet opum vim. de Divinat. l. 2. p. 258.

Magnis quibuſdam bonis ſpoliari. Tuſc. 1. p. 335.

Abundare bonis. de Divinat. l. 1. p. 46.

Cùm conſtituiſſet Deus omnibus bonis explere mundum, mali nihil admiſcere. de Univerſ. p. 37.

Continuò ſi ui ſummo bono Qu. Tuſc. 1. p. 393.

Bonis perceptis contentum eſſe. Tuſc. Q. 1. p. 393.

Bona naturæ appetere. Tuſc. Qu. l. 4. p. 419.

Iſto bono iam expoliari potes. Tuſc. Qu. l. 5. p. 461.

Opes contemnere, & pro nihilo ducere. Q. Tuſc. l. 5. p. 461.

Sed ſi multo maiore ex graviore ex parte bona perpenderit. Tuſc. Qu. l. 5. p. 484.

At mulctantur bonis exules. Tuſc. l. 1. p. 490.

Augere opes, utilitatesq́;. 1. Off. p. 0.

Arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupletent eos quacunq́; ratione. 1. Off. p. 19.

Quas copias his & ſuppeditari æquius eſt, & relinqui, eas transferunt ad alienos 1. Off. p. 20.

Ut ad largiendum ſuppetant copiæ ibid.

Expetuntur divitiæ ad uſus vitæ neceſſarios. 1. Off. p. 12.

Opes quàm maximas conſequi. 1. Off. p. 27.

Lacedæmoniorum opes corruerunt. 1. Off. p. 34.

Qui maiores opes habebant. Off. lib. 2. p. 8.

Neq; enim ſolùm nobis divites eſſe volumus. 1. Off. p. 124.

Divortij. Repudij. Repudiandi. *Vide etiam* Nuptiarum. Coniugij.

Scheiden/Verſtoſſen/Verwerffen.

N*Vm quid cauſam dicis, quin te hoc multem matrimonio?* Amphitr. 2. 2. v. 222.

Repudium

Repudium renunciant. Aul. *ſc.* Quid ſic. v. 16.
Renunciare repudium alicui. Aul. 4. 10. v. 48.
Remittere repudium alicui. Aul. 4. 10. v. 69.
Divortium & diſcordiam inter nos parem. Trucul. 2. 4. verſ. 61.
Ego illi remittam nuncium affini meo. Truc. 4. 3. v. 74.
Repudiare conditionem. Trin. 2. 4. v. 64.
Repudioſa nuptia. Perſ. 3. 1. v. 56.
Repudiare ab aliquo aliquid. Trin. 3. 2. v. 11. Sic enim legendum, quicquid Taubmanus ſentiat contra.
Repudiatus repetor. Andr 1. 5.
Si eveniat, quod Dij prohibeant, diſceſſio: daß ſie ſich von einander ſcheiden. Andr. 3. 3.
Illis repudium renunciet: Er ſoll jhnen/den freunden/anzeigen/ daß er die Tochter nicht haben will. Phorm. 4. 3.
Cùm ego veſtri honoris cauſâ repudium alterâ remiſerim. Phorm. 5. 7.
Obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, néve deſeras. Andr. 1. 5. verſ. 56.
Repudium remittere. Phorm. 5. 8. v. 35.
Sæpè fieri divortia, atq; affinitatum diſſidia vidimus. pro A. Cl. p. 86.
Nil eſt honeſtius, quàm quod cum mimâ fecit divortium. Phil. 2. v. 365.
Paula Valeria ſoror Triarij divortium ſine causâ, quo die vir è provincia venturus erat, fecit. Epiſtol. Fam. libr. 8. pag. 223.
Audio illum feciſſe divortium. Ep. Att. l. 1. p. 398.
Maximo clamore & concurſu totam legem ad quæſtionem repudiare. pro A. Cl. p. 62.
Conſulatûs repulſam ægrè ferre. Quæſt. Tuſcul. libr. 4. pag. 429.
A vano populo repulſam ferre. Quæſt. Tuſculan. libr. 5. pag. 471.
Qui mons mihi cum Bibulo communis eſt, diviſus aquarum divortijs. Ep. 2. 9.
Viro à Dolabellâ diſceſſit. Ep. 8. 6.

Divulgandi. *Vide* Rumoris.

Docendi. Inſtituendi. Inſtruendi. Informandi. Diſcendi. Diſciplinæ. Erudiendi.

Vnterweiſen/ Lehren/ Vnterrichten/ Lehrnen/ Begreiffen.

A*Beamus intrò, ut Colabiſcum villicum hanc perdoceamus, ut ferat fallaciam.* Pœn. 1.1.v.66.67.

Benè & pudicè eius doctum, atq; eductum, ſinam, coactum egeſtate ingenium immutarier? Andr. 1.5.

Verùm illa ne quid titubet: perdocta eſt probè. Heaut. 2.2.

Tuum ille quoque Syrus idem mirè finxit filium. Heaut. 5 1.

Pudore, & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Adelph. 1.1.

Hoc patrium eſt, potiùs conſuefacere filium ſuâ ſponte rectè facere, quam alieno metu: id eſt, *metu alterius.* ibid.

Fit ſedulò: nil prætermitto: conſuefacio: deniq; inſpicere tanquam in ſpeculum in vitas omnium iubeo, atq; ex aliis ſumere exemplum ſibi: hoc facito: hoc fugito: hoc laudi eſt: hoc vitio datur. Adelph. 3.4.

Domi habuit, unde diſceret. ibid.

Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. Eunuch. 4.7.

Nunquam ita quiſquam benè ſubducta ratione ad vitam fuit: quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi; aliquid moneat, &c. Adelph. 5.4.

Invenias argentum, cupio, ſed id unde, edoce. Phorm. 3.3.

Atq; ego in ſummo oratore fingendo talem informabo, qualis fortaſſe nemo fuit. Or. 197. b

Referamus nos igitur ad eum, quem volumus incoandum, & eadem eloquentiâ informandum, quam in nullo cognovit Antonium. Or. 199. b

Non arbitrabar à me informari oportere, qualis eſſet orator. de Or. 108. a

Is ora-

Is orator quem informare volumus. de Orat.200.a
Petitorum hæc eſt informata adhuc cogitatio. At.1.a
Ab illo qui antea dixit, informata tam cauſſa eſt pro Qu.6.a
Non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſt informata. Att. 173.a
Cornelius etiam nunc de iudicando dubitat, informat adhuc adumbratum iudicium filij. pro Syll.177.a
Informari virtus non poteſt, ſi quicquam relinquatur. de Finib. 116.a
Quibus quaſi informatum eſt, quod hominis natura poſtulet. ibi. 133.a
Ita eſt informatum anticipatumq; mentibus noſtris. de Natur. 16.a
In animis noſtris informatas deorum eſſe notiones. de N.28.b
Deos nec coniecturâ quidem informare poſſumus. de N.9.b
Sive illa inania viſa cogitatione informantur, ſive in quiete, ſive per vinum, ſive per inſaniam. Ac.13.b
Artes quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet. pro Arch.186.a
Qui ſe inculcant auribus noſtris: **die vns ſtetts in den ohren liegen.** de Orat.l.2.p.365.
Omnia minima manſa pueris in os inſerere. de Orat. lib. 2. p. 391.
Alijs captivis documentum dabo. Capt.3.5.v.94.
Optimi quiq; expetebant à me doctrinam ſibi. Moſtell. 1. 2. verſ. 75.
Lucium Craſſum non plus attigiſſe doctrinæ, quàm quantum primâ illâ puerili inſtitutione potuiſſet, &c. de Orat. libr. 3. pag. 344.
Ita eloquentia floruit, ut literis doctrinaq; præſtaret. de Orat.l. 3. p.492.
Quò quiſq; eſt ingenioſior, & ſolertior, hoc docet iracundiùs, & laborioſiùs. quod enim ipſe celeriter arripuit, id cum tardè percipi videt, diſcruciatur. pro Qu Roſc.p.103.
A Cneio Pompeio omnium rerum egregiarum exempla ſumantur. pro leg.Man.p 645.
Animos noſtros doctrinâ excolamus. pro Arch.Poet. p.349.
Homo tùm ingenio, tùm doctrinâ excellens. pro Ligar.296.
Nos à maioribus noſtris ſumus inſtituti, atq; imbuti. Phil. 10. p.474.

Interea, Vellei, noli quæſo præ te ferre vos planè expertes eſſe doctrinæ. de Nat. Deor. l. 2. p. 68.

Sed ſi hæc non videtis, quia nunquam eruditionem illum pulverem attigiſtis. de Nat. Deor. l. 2. p. 68.

Vellem ut ipſe doctrinis fuiſſet inſtructior. de Finib. libr. 1. pag. 106.

Non ſatis politus ijs artibus. ibid.

Aut ne deterruiſſet alios à ſtudijs. ibid.

Omni doctrinâ eruditum eſſe de Nat. Deor. l. 3. p. 25.

Totum ſe ad doctrinæ ſtudium conferre. de Finib. libr. 5. pag. 270.

Excultum eſſe doctrinâ. Qu. Tuſc. l. 1. p. 296.

Poſt à Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo ſupra feci mentionem, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, ocioq; non modò in Solem, & pulverem, ſed in ipſum diſcrimen, aciemq; perduxit. de leg. l. 3. p. 354.

Lentulum noſtrum, cùm ceteris artibus, tum imprimis imitatione tui fac erudias. Ep. 1. 7.

Omnia quæ à ſapientiſſimis tradita, ſummo ſtudio curaq; didiciſſe. Ep. 4. 3.

In omnibus ingeniis, artibus, ita verſatur, ut excellat. ibid.

Quæ didiciſti, quæq; ab adoleſcentiâ pulcerrimè à ſapientiſſimis viris tradita, memoriâ & ſcientiâ comprehendiſti. Epiſtol. 6. 12.

O me docilem ad hanc diſciplinam! Ep. 7. 21.

Caſſius & Dolabella, ſtudijs ijſdem tenentur, & meis æquiſſimis utuntur auribus, id eſt, *me præceptorem habent, me auſcultante declamant.* Ep. 7. 34.

Διδασκαλίαν *quandam habeat:* Ep. 8. 3.

Adventat Dolobella, eum puto magiſtrum fore: Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων. Ep. 9. 7. id eſt, *Multi diſcipuli præſtantiores magiſtris.*

Vtinam aliquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu civitatis, hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Ep. 9. 8.

Ne habeat Plancus Burſa, apud quem literas diſcat. Epiſtol. 9. 10.

Alumnus diſciplinæ. Ep. 9. 14.

Dionyſius tyrannus, cùm Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe. Ep. 9. 18.

Sella tibi erit in ludo, quaſi Hypodidaſcalo proxima. ibid.

Ὀψιμαθὴς

Ὀψιμαθεῖς homines ſtis, quàm inſolentes ſint, id eſt, *qui ſeriùs diſcunt*. Gel. *li*. 15. *c*. *ult*. *Qui ab alio vitæ genere detriti iam & retriti iam & retorridi, ad literarum diſciplinas, ſerius adeunt*. Ep. 9. 20.

Dediſcenda tibi ſunt ſportellæ. ibid.

Magnam ſpeciem doctrinæ ſapientiæq́ præ ſe ferre. Tuſc. Qu. l. 5 p. 376.

Vt illi non infundere in aures tuas orationem, ſed in animo videantur inſcribere. de Orat. l. 2. p. 447.

Dies lege præfinire. pro S. R. p. 82.

Res ſuas ita conſtituunt. in Verr. p. 489.

Confeſſus eſt à te accuſatores eſſe inſtructos, & ſubordinatos. Vat. 74.

Inſtruar conſilijs idoneis ad hoc noſtrum negotium. Ep. Att. lib. 5. p. 142.

Abundare præceptis inſtitutiſq́ philoſophiæ. 1. Off. 3 p. 3.

Altera te ſcientiâ augere poteſt, altera exemplis. ibid.

Doli, Fallendi Fraudis. Verſutiæ. Aſtutiæ. Calliditatis. Fallaciarum. Fruſtrandi. Decipiendi. Imponendi Technæ. Impoſturæ.

Betriegen / Hintergehen / Finantzen / Ränck ſuchen / Affen / Narren.

LVdi dolis. Amph. Arg. 1. v. 7.
Fruſtra habere. Amph. Arg. 2. v. 5.

Tu compoſitis mendacijs adveniſti audacia columẽ conſultis dolis. Amph. 1. 1. v. 211. Conſuere dolos: *Egregia formula*. Vide *Tutela*, pro fraudibus, & *conſuti doli*. Pſeud. 1. 5. v. 126 & Caſ. 2. 1. v. 7. Sic Terent. *Ne quis ſuo ſuat capiti*. Græci ῥάπτειν dicunt, h. e. ſtruere aliquid quod alteri damnoſum ſit: quod in ſutoris perniciem verti cùm optarunt, dixerunt: *Suo capiti*. Euripid. Andromachâ *vocat* μηχανοῤῥάφος κακῶν ſutores malorum.

Neſcio quis præſtigiator hanc fruſtratur mulierem. Amph. 2. 2. v. 60.

Digitized by Google

Servus & hera fruſtra ſunt duo. Amph.3.3.v.20.

Is adeo impranſus ludificabitur dolis. Amph.3.2.v.71.

Puduit eum ſtruere Sycophantias. Aſin.1.1.v.56.

Vxorem defraudare. Aſin.1.1.v.82.

Ad heri fraudationem callidum ingenium gerere. Aſinar. 2. 1. verſ.9.

Argento comparando fingere fallaciam. Aſin.2.1.v.2.

Metuo ne quam fraudem frauſus ſit. Aſin.2.2. v.20.

Vin' herum deludi? dignus ſanè eſt. Aſin.3.3.v.16.

Homines ſalus fruſtratur. Aſin. 3.3 v.136.

Satis iam deluſum cenſeo. Aſin. 3.3.v.140.

Captiores metuis. Aſin.1.1.v.45.

Verba facere perplexibilia. Aſin.4. 1.

Na mihi ex inſidijs verba imprudenti dicit. Aulul.1.1.v.23.

Hanc falſa ſum. Aul.2.1.v.4.

Illis impuris omnibus adij manum. Aul. 2. 6. v. 8. Mira formula, & paucis intellecta. Vſurpatur enim pro *decipere.* Vide Lexicon Plaut. litt. A. & *M.* ubi perſpicuè explicatur: & loca παράλληλα ex Plauto apponuntur.

Inter ſeſe hunc confinxerunt dolum. Capt. Prolog. verſ. 35.

Suâ ſibi fallaciâ ita compararunt & confinxerunt dolum. Capt. 3. 4.v.51.

Vſque effrenatum qui me deductarent dolis. Capt.3.5.v.97.

Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo, ut ipſus ſeſe, quâ ſe expediat, neſciat. Perſ.4.1.v.9. & 10.

Dictis delinere aliquem. Stich.3.2.v.4.

Os ſublinere alicui. Truc.2.4.v.157. Vide infrà.

Vt me in tricas inieciſti. Perſ.5.2.v.18.

Nunc ne mora illi ſim, petam hinc quicquam unde mihi imperavit. Rud.2.3.v.81.

Ego perplexim laceſſam oratione, ad hunc modum. Stich. 1. 2. 18.

Verſipellem ſe facit quando lubet. Amph.Prol.v. 123.

Ego pol iſtam iam aliquoverſum tragulam decidero. Caſ. 2. 4.v. 18. ἀλληγορικῶς. Vide etiam Tit. *Vulneris.* Et Lex.Plaut. *Tragula.*

Meo aliquam corde machinor aſtutiam. Capt.3.1.v. 15.

Ego deruncinatus, deartuatus ſum miſer huius ſceleſti technis: qui me ut lubitum eſt ductavit dolis. Capt.3.v.108.

Sed

Sed utrum ſtrictim me attonſurum dicam eſſe an per pectinem. Capt.2.2.v.18.

Ego inveni lepidam ſycophantiam qui admutiletur uſq; miles cæſariatus. Mil.3.1.v.172.

Tibi dixi, miles quemadmodum potis eſſet aſſecari, vel ut alii legunt *deaſciari.* **Wie man ihn könd hobeln.** Mil. 3. 3. verſ. 11.

Perpurgatis ambo damus tibi operam auribus. Mil.3.1.v.178.

Vt lepidè detruncinavit militem! Mil.4.4.v.6.

Quid agimus? manifeſtò hunc hominem teneo. Pſeud. 4. 7. verſ. 67.

Niſi atrocem mihi reperio aſtutiam. Capt.3.4.v.7.

Iam aliquid pugnæ edidit. Capt.3. 4.v. 53.

Ad illum modum ſublitum eſſe os mihi. Capt.4.2.v.7.

Hic eſt ſenex ductus, cui verba data ſunt. Capt.4. 2.v. 7.

Mihi ſtolido ſurſum vorſum os ſublevere offuciis. Aul. 4. 6. verſ. 2. & Capt.3.4.v.123. Os ſublinere alicui eſt *arte quâdam illudere, & decipere*, phraſi uſitatâ apud principem Comicorum Plautum noſtrum. Græci dicunt ὑπαλείνειν ςόμα. Germani: **Einem das Maul ſchmieren.** Originem huius φράσεως viri docti ſic explicant. Nonius à ridiculo quodam luſûs genere, quo dormientibus aut alioquin imprudentib. ora pingebantur, derivatum putat. Hinc Virgil. Eclog. 6. *Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.* Græci ἀπομύσσειν vel ἀπομύξαι τινά τὸ ἐξαπατῆσαι ὡς σύνηθη, ὅς ἐκ τῆ μύξῃ καταῤῥεῖν χαρακτηρίζεται, τὴν μύξαν ἐκμάσσειν. Lambinus tractum cenſet à mulieribus, quæ fucum faciunt, hoc eſt, quæ ſe ipſæ fuco linunt, ut rugas tegant, & amatores capiant: ut ita *fucum facere*, & *os ſublinere* idem valeant. Iſaacus Caſaubonus. *Veteres*, inquit, *ideò etiam faciem linebant, ut nævos occultarent. Atq; hinc ortum Proverbium. Os ſublinere: quod de eo propriè dicebant, qui ſimulans ſe os alicui linere ad decorem, uti mos fuit; contra & ſecus, quàm erat conſuetudo, os illi ridiculis picturis deturpabat: ut qui olim gryllum pingebant. Nam ſublinere in hac parœmiâ eſt* παραχρίειν *potiùs, quàm* ὑποχρίειν. *Plautus os oblinere dixit, quod iis* κυρίως *convenit, qui non faciei partem de more linebant, ſed os tantum. Oblinere eſt ad plenum linere,* καταχρίειν. Vide etiam Iani Douſæ Patris Præcidanea ad Petronium. lib. 1. c. 10.

Digitized by Google

Curculio eludit annulo rivalem. Curc. Arg. v. 3.
Vide ne me ludas. Curc. 2. 3. v. 47.
Sutelis ſuis clam aliquid præripere. Caſ. 1. 1. v. 7.
Vt eum ludificem viciſſim, poſtquam hunc deluſi alterum. Caſ. 3. 2. verſ. 30.
Me atq; uxorem larva ludificatus eſt. Caſ. 3. 4. v. 2.
Protrudere dolum. Caſ. 3. 5. v. 47.
Clam ſi occaſio uſquam eſt, frigidam ſubdolè ſuffundunt. Ciſt. 1. 1. verſ. 37.
Cognoſcit operam ſibi ſenex os ſublitum, Epid. Arg. v. 6.
Ego miſer perpuli meis dolis ſenem. Epid. 1. 1. v. 80.
Atq; eorum exugebo ſanguinem. Epid. 2. 2. v. 5.
Nihilin eâ re captio eſt. Epid. 2. 2. v. 113.
Quo pacto fiat ſubdola adverſus ſenem. Epid. 2. 3. v. 13.
Manifeſtò aliquem opprimere. Aſin. 5. 2. v. 27.
Peratim ductitare. Epid. 1. 1. v. 15.
Quas tu mihi tenebras cudis? Epid. 3. 4. v. 44.
Non mihi negari potes. Epid 3. 4. v. 46.
Alterâ manu fert lapidem, panem oſtentat alterâ. Aul. 2. 2. v. 19.
Articulatim te concidit ſenex tuus ſervus. Epid. 3. 4. v. 56.
Ludificas herum dictis delirantibus. Amph. 2. 1. v. 31.
Te deludam contra luſorem meum. Amph. 2. 1. v. 62.
Hæc quidem nos delirantes facere dictis poſtulat. Amph. 2. 2. verſ. 157.
Seſe à me derideri rebitur. Aul. 1. 2. v. 28.
Neque pol ego te deriſum venio, neque derideo. Aul. 2. 2. verſ. 46.
Et meus me ordo irrideat. Aul. 2. 2. v. 55.
Video te me arbitrari hominem idoneum, quem penè ſenectâ ætate ludos faciat. Aul. 2. 2. v. 75.
Me albis dentibus meus derideret filius meritiſſimò. Epid. 3. 3. verſ. 47.
Multos me hoc pacto iam dies fruſtramini. Moſt. 3. 1. v. 56.
Ludificatus eſt & me hodie indignis modis. Moſt. 4. 3. v. 39.
Ludificatus eſt me hodie in perpetuum modum, queis me exemplis hodie ludificatus eſt ibid.
Poſtquam quibus modis me ludificatus eſt. Moſt. 5. 2. v. 126.
Scis ſolere illam ætatem illo ludo ludere. Moſt. 5. 2. v. 36.
Eia delicias facis! Men. 2. 3. v. 30.

Qui

Digitized by Google

Cui lubet ludibrio habere me. Men.2.3.v.45.

Labijs ductare aliquem,ut maiorem partem videas vulgis ſuaviſſ. Mil.2.1.v.15.& 16.

Ludificare aliquem. Mil.2.6.v.15.

Nunquam edepol hominem quenquam ludificarier magis facetè vidi & magis miris modis. Mil.4.2.v.1.

Verſutior es,quàm rota figularis. Epid.3.2.35.

Eam permeditatam meis dolis, aſtutiisq; onuſtam mittam. Epid. 3.2.39.

Vt colubrino ingenio ambæ eſtis! Truc.4.3.6.11.

Feciſti furtum huic ætati malum. Bacch.1.2.v.9.

Qui me ei emunxiſti mucidum minimi pretii. Epid.3.4.v.61.

Senex,tibi os eſt ſublitum planè & probè. Epid.3.4.v.59.

Meum exenteravit Epidicus marſupium. Epid.3.4.v.78.

Tragulam in te iniicere adornat. Epid.5.2.v.24.

Etiam me animadverſus exordire argutias. Bacch. 1. 2. verſ. 19.

Non metuo,dum quidem hoc valebit pectus perfidiâ meum. Bacch. 2.2. verſ. 40.

Ego hodie aliquam machinabor machinam. Bacch. 2. 2. verſ. 54.

Si me illo auro tanto circumduxerit. Bacch.2.7.v.77.

Nunc ibo,herili filio hanc fabricam dabo. Bacch.2.3.v.132.

Condignê is quàm technam de auro adverſum meum fecit patrem? Bacch.3.2.v.8.

Nequius nihil eſt, quàm egens conſilii ſervus, niſi habeat omnipotens pectus. Bacch.4 4.v.9.

Callidum ſenem callidis dolis compuli , & perpuli, mihi omnia ut crederet. Bacch.4.4.v.4.

Senem hodie doctum doctè fallas. Bacch.4.4 v.45.

De ducentis nummis primùm intendam baliſtam in ſenem. Bacch. 4.4.v.58.

Pater mi, ne tibi hodie verba det cave quæſo. Bacch.4. 4. v.92.

Ludus rurſum fit ſenex. Moſt.Arg.verſ.7.Bacch.5.1.v.4.

Ne quid captioni mihi ſit,ſi dederim tibi. Ego ne te ioculo modo auſim dicto,aut facto favere? Nunquam quicquam tibi verborum dedi. Moſt.3.3. v.19. 20.

Paret artem , & diſciplinam , obtineat colorem. Mil. 2. 2. verſ. 30.

Verba

Digitized by Google

Verba dare illis non magis hodie quiſquam quàm lapidi poteſt. Moſt.5.1.v.25.

Verba dediſti mihi. Moſt.5.1.v.59.

Senem ludificatur Tranio. Deponentaliter. Moſt.Arg.v.3.ut etiam 3.2.v.150.& 4.3.v.39.41.46. & 5.2.v.3.26. & *Ludificare* activè Moſt.5.2.v.19. *Vide Lexicon Plaut.*

Sic decet dari verba cuſtodi Men.5.2.v.7.

Parare machinas. Mil.2.1.v.60.

Sublinere alicui os. Mil.2.1.v.31.& 73.

Domi habet dolos, domo delenefica facta, domi fallacias. Mil. 2.2. verſ. 37.

Quid agam? quem dolum doloſè conſervo parem? Mil. 2. 2. verſ. 43.

Nunc ſic rationem incipiſſam, ita hanc inſtituam aſtutiam. Mil.2. 2. verſ. 82.

Dum in regionem aſtutiarum mearum te induco. Mil. 2. 2. verſ. 18.

Nimis doctum dolum. Mil.2.2.v.93.

Tuis cruribus capitiq; fraudem capitalem creas. Mil. 2. 3. verſ. 23.

Age iam nunc inſiſte in dolos. Mil.2.4.v.4.

Ego inveni lepidam ſycophantiam. Mil 3.1.v.17.

Dabo rationem mearum fabricarum. Mil.3.1.

Accipe à me rurſum rationem doli, quem inſtitui. Mil. 2.1. verſ. 172.

Movere machinas. Mil.3.2.v.1.

Nunc cummaximè opus eſt dolis. Mil.4.4.v.10.

Detruncinare aliquem. Mil.4.4.6. Vide ſupra.

Quod apud nos fallaciarum eſt exciſum. Mil.4.4.v.20.

Oppidum quodvis videtur poſſe expugnari dolis. Mil. 4. 4. verſ. 21.

Is me in hanc illexit fallaciam & fraudem. Mil.4.8.v.42.

Vin' patri ſublinere os pulcherrimè tuo? Merc.2.4.v.17.

Pulchrè os ſublevit patri. Merc.3.4.v.19.

Ad faciem cùm adſpicis eorum, haud mali videntur, operâ fallunt. Pſeud.1.2.v.9.

At volui iniicere tragulam in noſtrum ſenem. Pſeud.1.4.v.14.

Te velle amentem argento circumducere. Pſeud.1.9.v.16.

Procudam ego hodie hinc multos dolos. Pſeud.2.2.v.20.

Quaſi

Quaſi dicas tu, me te velle argento circumducere. Pſeud. 2. 2. v. 39.

Ei os ſublevi modò. Pſeud. 2. 4. v. 29.

Doctè hanc fert fallaciam. Pſeud. 2. 4. v. 75. Vbi tamen quidam *ſerere fallaciam* malunt. Sic Pœn. 1. 1. v. 67. *Vt ferat fallaciam.* Pſeud. 2. 1. v. 20. *Procudere fallaciam* dixit. Et Caſ. 3. 5. verſ. 47. *Dolum ex proximo hac protulerunt.* Ibidem nonnulli *procuderunt*: quemadmodum nos in noſtrâ edit. Plaut. expreſſimus.

Dedit verba mihi hercule. Pſeud. 4. 1. 5.

Meditati ſunt doli doctè. Pſeud. 4. 1. 3.

Et abducere à me mulierem fallacijs. Pſeud. 4. 5. v. 4.

Benè illum tetigi. Pſeud. 4. 8. v. 1.

Ita decipiemus foveâ Leonem Pœn. 1. 1. v. 59.

Vt ingrediuntur docti in ſycophantiam! Pœn. 3. 3. v. 46.

Malus es, captatum ad me advenis. Pœn. 3. 5. v. 20.

Omnes ſycophantias inſtruxi, & comparavi. Perſ. 5. 2. 5. verſ. 24.

Hunc ego hominem in tranſennam doctis ducam dolis, itaq; huic inſidiæ paratæ ſunt probè. Perſ. 4. 3. v. 11. 12.

Ego ille doctus leno panè in foveam decidi. Perſ. 4. 4. v. 45.

Data verba hero ſunt. Rud. 2. 2. v. 19.

Deos & homines decepit. Rud. 2. 3. v. 16.

Decipitur in tranſennam avaritiâ ſuâ. Rud. 4. 7. v. 13.

Nunquam hercle iterum defraudabis me quidem poſt hunc diem. Rud. 5. 3. v. 61.

Faxo tantillum haud dederis verborum mihi. Trin. 1. 2. v. 22.

Circumducere aliquem. Trin. 4. 2. v. 117.

Dolare dolum Mil. 3. 3. v. 64.

Iſtum hodie aſtutis confexim fallacijs. Truc. 4. 4. v. 39.

Hanc fabricam, fallaciasque minus ſi tenetis, denuò volo percipiatis planè. Mil. 3. 3. v. 2.

Ludificas nunc me, ut opinor, Demipho. Merc. 2. 2. 36.

Me habent venalem. Mil. 2. 6. v. 97.

Iam eſt ante ædes cereus, ubi ſunt ludi faciundi mihi. Mil. 4. 2. verſ. 1.

Atq; in hanc intende digitum. Pſeud. 4. 7. v. 45.

Neq; ab iuventute ambæ irridiculo habitæ. Pœn. 5. 4. v. 10.

Tum profectò me habento ſcurræ ludificis caveis. Pœn. 5. 5. v. 2.

Tactus eſt leno. Perſ. 4. 4. v. 83.

Miris modis Dij ludos faciunt hominib. Rud. 3. 1. v. 1.

Sceleratus

Sceleratus Davus, ſi quid concilij habet, conſumat nunc, cùm nihil abſint doli. 1.1.v. 139.

Obſerva filium, quid agat, quid ille conſilii captet. Andr.1. 1. verſ. 139.

Fallacia aliquid conari. And.1.2.v.26.

Vbi vis faciliùs paſſus ſim, quàm in hac re me deludier. And. 1.2. verſ. 32.

Irrides, nihil me fallis. And.1.2.v.23.

Seni verba dare difficile eſt. And.1.3. v.6.

Me infenſus ſervat nequam, faciam nuptiis fallaciam. And. 1.3. verſ. 7.

Fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam, aliquid monſtri alunt. And.1.5.v.15.

Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare. And. 2.6. verſ. 1.

Hæc primùm mihi adfertur iam mihi ab hoc fallacia. Andr.3.1. verſ. 13.

Etiam me nunc ſubducere iſtis dolis poſtulas? And.4.1.v.20.

Solidum eſſet gaudium, niſi me lactaſſes amantem, & falſâ ſpe produceres. And.4.1.v.24.

In aliquo illudere. And.4.4. v.19.

Homines adoleſcentulos in fraudem illicis: ſolicitando, & pollicitando eorum animos lactas. And.5.3.v.9.

Vt falſus animi eſt! Eun.2.2 v.43.

Eas itidem fallam, ut ab illis fallimur æquum eſt fieri, ut à me ludatur dolis. Eun.2.3.v.98 99.

Quo pacto tetigero Rhodium in convivio. Eun.3.1.v.30.

Me video ab illâ aſtutè labefactarier. Eun.3.3.v.3.

Parmenonis ſcio hanc eſſe technam. Eunuch.4.4. v. 5.

Væ miſero mihi, quantâ de ſpe decidi. Heaut.2.3.v. 9.

In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illâ incides. Heaut.3.1.v.33.

Intendenda eſt in ſenem fallacia. Heaut.3.2.v.2.

Verùm aliquo pacto verba me his daturum eſſe, & venturum. Heaut.4.4.v.13.

Ludis fortaſſe me, Horat.4. 6.v.20.

Quantâ ſpe decidi? Heaut.4.8.v.1.

Si ſenſero hodie quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari, quó fiat minùs. Andr.1.2.

Fallacia alia aliam trudit: i.e. una ex alterâ naſcitur. Andr. 4.3.

Fingeret fallacias, unde eſſet adoleſcenti amicæ quod daret. Heaut.3.2.

Vbi vis

Digitized by Google

Vbi vis faciliùs paſſus ſim, quàm in hac re, me deludier. And. 1. 2.
Nihil me fallis: ſed dico tibi, ne &c. ibid.
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam? Andr. 1. 5.
O Dave, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus tibi videor eſſe, quem tam apertè fallere incipias dolis? Saltem accuratè ut metui videar, certè ſi reſciverim. Andr. 3. 2.
Certè herclè nunc hic ſeipſus fallit, haud ego. ibid.
Si quid narrare occépi, continuó dari tibi verba cenſes. Andr. 3. 2.
Ne faceres idem, quod vulgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes. Andr 3. 4.
Etiam nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas? Andr. 4. 1.
Quidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme. Andr. 5. 3.
Si ſenſero hodie, quidquam in his te nuptiis fallaciæ conari, quò fiant minùs; aut velle in eâ re oſtendere, quàm ſis callidus. Andr. 1. 2.
Nunquam quivi ego iſtuc intelligere. vah, conſilium callidum. Andr. 3. 4.
Hem aſtutias. ibid.
Sperantes iam amoto metu, inter oſcitantes opprimi, &c. Aſtutè. And. 1. 2.
Quæ ſi non aſtu providentur, me aut herum peſſum dabũt. And. 1. 3.
Ne faceres idem, quod volgus ſervorum ſolet, dolis ut me deluderes. ibidem.
Ellum, confidens, catus: id eſt, *aſtutus*, Andr. 5. 2.
Aequum eſt fieri, ut à me ludatur dolis. Eunuch. 2. 3.
Aſtu rem tractavit. Eunuch. 5. 4.
An in aſtu venit? Kompt er daher mich zu betriegen? Eunuch. 5. 6.
At etiam primò callidum & diſertum credidi hominem te. Eunuch. 5. 7.
Hac arte tractabat virum. Heaut. 2. 2.
Falli te ſinas technis per ſervulum. Heaut. 3. 1.
Iam tum erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia. Eunuch. 5. 3.
Me video ab eâ aſtutè labefactarier. ibid.
Servi venêre in mentem Syri calliditates. Heaut. 5. 1.
Hic me magnificè effero, qui vim tantam in me & poteſtatem habeam tanta aſtutia. Heaut. 4. 2.
Si quid narrare occepi, continuò dari tibi verba cenſes. Andr. 3. 2. Eun. 4. 5.

Erud

Certè captus eſt: *habet*. Andr.1.1.
Quâ viâ captant te illi, eâdem ipſos capi non eſt iniurium. Hecyr.1.1.
Ne eum circumventum iniquè iniqui irrideant. Hecyr. Prolog.
Quidnam hic volt veterator ſibi? Andr. 2. 6.
Ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet: &c. Eunuch. Prol.
Vt falſus animi eſt! Eunuch.2.2.
Falli te ſinas technis per ſervulum. Heaut.3.1.
Næ ego te, ſi uſus veniat, magnificè, Chreme, tractare poſſim. Heaut.3.2.
An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati. Phorm.4.2.
Num me fefellit, hoſce id ſtruere? ibid.
Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit? ibid.
Satis diu verba dediſti: ſatis ad hoc tua nos fruſtrata eſt fides. Andr.4.4.
Vbi quid lucri eſt te fallere? Phorm. 1. 2.
Immò enimverò hic me decipit: nam hic me huiuſmodi ſcibat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi: iſte me fefellit. Phorm.3.2.
Facinus indignum, Chreme, ſic circumiri. Phorm. 4. 3.
Abi, neſcis homines ineſcare, Sannio. Adel. 7. 2. v. 12.
Ego me non tàm aſtutum, neq; ita perſpicacem eſſe id ſcio. Heaut. 5.1.v. 1.
Poſtquam ludificatus eſt virginem. Eun.4.7 3.
Vt ne impunè in nos illuſeris. Eun.5.4. v. 20.
Defeſſus iam ſum te ridendo. Eun. 5. 7.v.7.
Non credis, indignis nos eſſe irriſas modis. Eunuch.4. 4.v. 42.
Cur non ludo hunc aliquantiſper. Adelphis 4.5.v.5.& 68.
Ludibrio haberi. Hecyr.1.2.v.74.
Nos fabula ſumus. Hecyr.4.3.v.14.
Vt ludos facit! Phorm 5.8 v.52.
Quo verba facilius dentur mihi. Heaut.5.1.v.41.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos pudet dicere hac præſente verbum turpe. Heaut.54.v.18.
Nec nihil, nec omnia hæc ſunt, quæ dicit. Adelphis 1.2.v.61.
Phaleratis dictis ducas me. Phorm.3.2.v.15. **Du führeſt mich bey der Naſen.**
Occidiſti me tuis fallacijs. Phorm.4.3.v. 67.
Ego curabo, ne quid verborum duint. Phorm.4.5.v.1.

Summa

Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes. Phorm. 5. 7. verſ. 2.

Satiſne ſuperbè illuditis me? Phorm. 5. 8. v. 22.

Quæ conſultò facta non ſunt, ea fraudi non eſſe oportere. ad Her. l. 2. p. 34.

Alios contemnere, & deridere videamur. ad Herenn. libro 4. pagina 76.

Per imprudentiam facilè deducuntur in fraudem. ad Herenn. libro 4. p. 85.

Quæ homines audaces in fraudem rapere ſolet. de Inven. l. 2. pag. 210.

Decepti ſumus expectatione. de Orat. lib. 2. p. 421.

Doleo illos viros in eam fraudem in Republicâ eſſe delapſos. de Orat. l. 3. p. 519.

Qui etiam citius in fraudes, quàm ratio utilitatis impellit. de part. p. 759.

Hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. pro S. Roſcio. pagina 56.

In his opera noſtra vicaria fides ſupponitur. pro S. Roſcio pagina 75.

Socios decepit, induxit, deſtituit, omni fraude & perfidiâ fefellit. pro S. Roſcio. p. 77.

Reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem, atque prudentiam. pro Sex. Roſc. p. 57.

E ſcenâ non modò ſibilis, ſed etiam convitio explodebatur. pro Qu. Roſc. p. 102.

Illic eiuſmodi eſt, ut eum pueri ſectentur, ut omnes, cùm loqui cœperit, rideant. in Verr. p. 484.

Ne ludibrio ſimus inimicis. Phil. 13. p. 527.

Togam ſum eius prætextam magno cum riſu hominum cavillatus. Ep. Qu. Frat. l. 2. 614.

Ne hunc errorem meum mortui Philoſophi irrideant. de Senect. pag. 182.

Fidem frangere nefarium eſt. pro Qu. Roſcio. p. 97.

Aliud fraudis & inſidiarum in eodem veſtigio diverticulum reperit. pro Qu. Roſcio p. 109.

Id erit ei maximè fraudi. pro S. Roſcio. p. 529.

Creditores fraudare. Phil. 6. p. 211.

Vult magnitudine rei ſic occupare animos, qui audiunt, ut diffi-

ci'is aditus veritati relinquatur. pro Font. p. 573.

Nec minus niger, nec minus confidens, quàm ille Terentianus Phormio eſt. pro Cæcin p. 556.

Aequitatem rei verbi laqueo capere. pro Cæcin. pagina 619.

Ad fraudem callidum eſſe. pro A Clu. p. 84.

Fraudem capitalem admittere. pro C. Rabir. pag. 273.

Deludere aliquem. Contra Rull p. 134.

Neminem quidem adeò infatuare potuit. pro L. Flacco. pagina 283.

Ad fraudem deduci. Orat. ante exili. p. 362.

Atq; eorum alter feſellit neminem. pro Seſt. 11.

Alter multos planè in omnes partes feſellit. Seſt. 11.

Boni nullo emolumento in fraudem depelluntur. Phil. 235.

Omnia falſa, & inſidioſè ficta comperta ſunt. Mil. 284.

Tuis promiſſis in fraudem impulſum ſe eſſe confeſſus eſt. Deiotar. 38.

Spes rapiendi & prædandi cæcat animos hominum. Phil. 4. pagina 404.

Provideant, ne iis ea res fraudi ſit. Phil. 5. p. 420.

Num fraude carere poterit. Phil. 12. p. 499.

Huis verba dedimus, & decepimus. Phil. 13. p. 524.

Hæc res nemini unquam fraudi fuit. pro D. 238. a

Fit gratia Bruti SC. ut neve Salaminiis, neve qui eis dediſſet, fraudi eſſet. At. 83. a

Cenſeoq; ut iis qui in exercitu Antonii ſunt, ne ſit ea res fraudi &c. in Att. 201. a

Filio pietas erga patrem fraudi eſſe non debet. in Anton. 22.

Eisque fraudi ne ſit, quòd cum M. Antonio fuerint. in Anton. 220. a

Quæ eſt iſta ars coniectoris eludentis ingenio? de Divinatione 138. a

Hic vultus eos, quibus erat ignotus, decepit, feſellit, induxit. in P. 79. b

Dolabella tum eſt impulſus, eluſus, inductus. in A. 175. b

Non fallam opinionem tuam. Ep. 1. 6.

In quo ego ſpem feſelli invidorum. Ep. 1. 9.

Video illum circumventum, me deſertum, à quibus minimè conveniebat. Ep. 5. 1.

Nullo

Digitized by Google

Nullo modo mihi quidem deceptus eſſe videatur. Epiſtol. 5. 15.

Is iurare cùm cœpiſſet, vox eum deficit in illo loco, ſi ſciens fallo. Carmen integrum per Iovem lapidē iurantis erat. *Si ſciens fallo, qui me deſpicit, ſalvâ urbe arceq; bonis eiiciat ut hunc lapidem.* Ep.7.1.

Nihil omninò te fefellit. Dir hat nichts gefehlet. Ibidem.

Lex ſumtuaria mihi fraudi fuit. Ep.7.27.

Si quid ex iis rebus, quas tibi fortuna elargita eſt, nonnullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi quàm tibi futurum. Ep.Fam.l.1.p.11.

Fruſtrari aliquem ſuâ ſpe. Ep.Fam.l.12. p.363.

A Publio Vario, cùm magnâ pecuniâ fraudaretur. Ep. Att. pagina 6.

Quas dolo malo mancupio accepiſſe de Vario diceret. Epiſt. Att. pagina 6.

Id mihi fraudem tulit. Ep.Att.l.7.p.231.

Cuius ego ſpe in hanc fraudem incidi. Ep.Att.l.11.p.352.

Fraudem facere. Ibid.

Verba mihi dari facilè patior in hoc. Ep. Att.l.15.p.480.

Ne ab his quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur. Acad.Qu.lib.2.p.16.

Fallacibus & captioſis interrogationibus circumſcripti, atq; decepti, eum diſſolvere non poſſunt. Acad.Qu.lib.2.p.26.

Fallere aliquem probabilitate magnâ. Academic. libro 2. pagina 39.

Qui te captare vult, utrum tacentem irretiat te, an loquentem. Acad.l.2.p.48.

Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar. de Orat.l.3. pag. 245.

Eſt enim periculum, ne aut neglectis iis, impiâ fraude, aut ſuſceptis anili ſuperſtitione obligemur. de divin.lib.1.p.58.

Qui in Rep. violandâ fraudes inexplicabiles concepiſſent. Quæſt. Tuſc.l.1.p.324.

Eum Promotheus doctus clepſiſſe dolo. Quæſt. Tuſc. libro 2. pagina 356.

Deceptus dolo promiſit. 1.Offic.p.15.

Aut in eo poteſt ulla pars ineſſe fraudis. Officior. libro 3. pagina 123.

Digitized by Google

Perpaucæ res ſunt, in quibus iſte dolus non verſetur. Off.2.pagina 124.

Ab hoc nulla fraus aberit. Offic.3.p.128.

Per cruorem in maximam fraudem incurrere. Offic. 3. pagina 120.

Doloris. *Vide* Ægritudinis. Luctûs.

Schmertzen/ Trawren.

IN ſummo dolore, quem in tuis rebus capio. Ep.1.6.

Erat hoc mihi dolendum. Ep.1.9.

Rogari ſine magno dolore vix poſſim. Ep.10. 4.

Magno dolore me affeciſſent literæ tuæ. Ep.2.15.

Vt quam honeſtiſſimè lugeamus. Ep.4.1.

Vehementer eſſe ſolicitum, & in communibus miſerijs præcipuo quodam dolore angi. Ep.4.3.

Alienis malis laborare, id eſt, *torqueri, & dolere.* Ibid.

Vix conſolabilis dolor. ibidem.

Coràm tibi meum dolorem declaraſſem. Ep.4.5.

Dolore impeditus. Vbereilet. ibid.

Quid eſt, quod tantopere te commovet tuus dolor inteſtinus? ibidem.

Qui tuo dolore mærent. ibidem.

Reipub. tempora, & aliorum victoriam lugere. ibid.

Servi, vellem in meo graviſſimo caſu affuiſſes, id eſt, *luctû & dolore.* Ep.4.6.

In mè conſolando non mediocriter ipſe animi dolorem adhibuiſti. ibidem.

Hoc tam gravi vulnere, &c. ibid.

Cùm me à Repub mœſtum domus excipiebat. ibid.

Cùm illud idem auribus percipias, quod etiam maius videri ſolet, minus laborare, id eſt, *minus angi periculis, etſi auditis tantum, nec conſpectis, tamen non minùs gravibus & moleſtis, quàm ea quibus intereſſe, & quæ ſpectare cogaris.* Ep.4.9.

In luctu & ſqualore ſum. Ep.5.1.

In mœrore verſari. Ep.5.2.

Tuis

Digitized by Google

Tuis monitis præceptisq; omnis eſt abijciendus dolor. Epiſtol. 5. 13.

Cùm longius à ſummi luctus acerbitate meus abeſſet dolor. Epiſtol. 5. 16.

Sin illa te res cruciat. ibidem.

Quanto fuerim dolore meminiſti. Ep. 6. 4.

Conſilium tuum ſemper mihi magno dolori fuit. Mir iſt mit deinem rath alleʒeit ſehr wehe geſchehen. Ep. 6. 10.

Spondeo tibi iſtam acerbitatem non diuturnam fore. Ibidem.

Quod feciſſent nunquam, niſi ijs dolori meus fuiſſet dolor. Epiſtol. 7. 2.

Contriſtavit hæc ſententia Balbum Cornelium. Ep. 8. 7.

Scio te ſemper mecum in luctu fuiſſe. Ep. 9. 6.

Ita eum affectum offendes, id eſt, *dolentem & perturbatum.* Epiſtol. 9. 11.

Patriam eluxi iam, & gravius, & diutius quàm ulla mater unicum filium. Ep. 9. 20.

Dolenter facere. Ep. 10. 24.

Illud initium civilis belli ſæpè deflevi. Ep. 10. 31.

Me miſerum, Tulliam noſtram, ex quo patre tantas voluptates capiebat, tantos percipere luctus? Ep. 14. 1.

Acerbiſſimos dolores, miſeriasq; percepit. ibid.

Mihi ante oculos, dies noctesq; verſatur ſqualor veſter, & mœror. Ep. 14. 3.

Verſor in gemitu Italiæ, & vrbis miſerrimis querelis. Epiſtol. 15. 15.

Ἀπαλγησία, id eſt, *animi ſtatus à dolore & perturbatione alienus.* Ep. 15. 19.

Audio te animo angi, & modicum dicere ex eo te laborare. Epiſt. 16. 14.

Mihi dolorem cruciatumque attulerunt errata ætatis meæ. Epiſt. 16. 21.

Donandi. Remunerandi. Largiendi. Donorum. Muneris. Liberalitatis. Beneficentiæ, Præmiorum.

Verehren/ Schencken/ Geſchenck/ Gaben.

Digitized by Google

CLearetæ Lenæ dedit dono argenti viginti minas. Aſin. 4. 1. verſ. 7.

Tu Teſſala pateram intus proferto foras, quâ hodie meus vir donavit me. Amph. 2 2. v. 139.

Infecta dona facio, perijt id, quod iam promiſeram tibi, dona perdidiſti. Moſt. 1. 3. v. 27.

Mittere alicui munera. Mil. 3. 1. v. 115.

Ille miſerrimum ſe retur, minimum qui miſit mihi. Illi inter ſe certant donis, certatim nutricant & munerant. Mil. 3. 1. verſ. 120.

Tute ultro ad me detuliſti, dediſti eam dono mihi. Men. 4. 3. verſ. 15.

Donare dono aliquem. Stich. 5. 2. v. 8.

Atque etiam habeto mulierem dono tibi. Pſeud. 4. 6. v. 13.

Atq; hoc ſceleſti illi in animum inducunt, ſuum Iovem ſe placare poſſe donis, hoſtijs. Rud. Prol. 21.

Egone mea bona ut dem Bacchidi dono? Heaut. 5. 5. v. 6.

Sex amico ſuo Romam muneri miſit. in Verr. p. 514.

Civitate, cæteriſq; præmijs aliquem donare. pro Arch. Poëta pagina 346.

Par munus in ſuâ petitione reſpectare. pro Cn. Planc. pagina 512.

Qui largitione cæcarunt mentes imperatorum. Seſt. 69.

Promulgaraſne iudici Vectio præmia ampliſſima. Vat. 84.

Cui ſenatus populuſq; ampliſſima dignitatis præmia non poſtulanti dedit. Corn. 129.

Aurum coronarium te diutiſſimè torſit. Cic. Piſ. 217.

Cur hunc parùm amplis præmijs affecit? Mil. 245.

Huic magnificentiſſima dona uſq; ad Numantiam ex Aſiâ miſit. Deiot. 313.

Præmijs corrumpere aliquem. Deiot. 318.

Ammonius regis legatus apertè pecuniâ nos oppugnat. Epiſt. fam. lib. 1. p. 5.

Maximas facere largitiones. Cic. Quæſt. Tuſc. libro 3. pagina 397.

Popularesve homines largitiones quaſdam proponunt. Cic. Off. lib. 2. p. 72.

Ego huic dona accongeſſi. Truc. 1. 2. v. 17.

Nihil apud me tibi deſieri patiar, quin, quod opus ſit, præbeatur. Hecyr.

Hecyr. 5. 2. verſ. 1.

Hoc ſi effeceris, quodvis donum præmium à me optato, id optatum feres. Eunuch. 5. 9.

Si ſcias, quod donum huic dono contra comparet. Eunuch. 2. 3.

Homo quatietur cum dono foras: (cum ſuo eunucho:) Ibidem.

Abi hinc, quò dignus es, cum donis tuis tam lepidis. Eunuch. 4. 3.

Pro hoc nuncio quid te donem? Hecyr. 5. 4.

Argentum, quod habes, condonamus te. Phorm. 5. 7.

Egóne ſine munere ſinam à me abire? Hecyr. 5. 4.

Munerari ancillas: (id eſt, *muneribus afficere:)* Heaut. 2. 2.

Ei credo munus hoc conraditur. Phorm. 1. 1.

Porro autem Geta ferietur alio munere: Er wird noch etwas groſſes müſſen ſchencken. ibid.

Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris Eunuch. 2. 1.

Nec pretium, neque rem ullam intereceſſe. Adelph 3. 2.

Quibus officiis T. Annii beneficia remunerabo? Poſtquam. 210. b

Conſiderandum eſt, quonam te remunerer genere. Epiſt. 20. a

Vt à te ipſo ſumerem aliquid ad me reficiendum, teque remunerandum, ſi non pari, at grato tamen munere. de Cla. 166. a

Tu ſi tibi eadem cauſa eſt, me remunerare ſanè velim. Attic. 118. a

Et quoniam nullum aliud tempus futurum ſit, ubi tibi referant gratiam, hoc te officio remunerent. Qu. de Pet. 210. b

Magnificentia munerum. Ep. 2. 5.

Plancus tuus Ravennæ eſt, magno cogiario donatus à Cæſare. Ep. 8. 1.

Nemini hoc deferre munuſculum maluit, quàm ſuo accuſatori, i. e. *eum honorem habere. εἰρωνία eſt.* Ep. 8. 8.

Vt aliquid Pompeio tribuat, quamlibet tenue munuſculum. Ep. 8. 11.

Munuſculum deferre. Ep. 8. 13.

Vt poſſem te remunerari quàm ſimilimo munere. Ep. 9. 8.

Ego homini veteri, & amico munuſculum mittere nolui levidenſe, Craſſo filio, cuiuſmodi ipſius ſolent eſſe munera. Ep. 9. 12.

Ab eodem de ampliſſimis præmiis digniſſimi iudicati ſunt. Phil. 2. p.340.

Vtinam civibus omnibus ſolvere præmia liceret! Philip. 14. pag. 542.

Præmia, quæ promiſi huius militibus, nos tributuros, ea viris perſolvenda ſunt. Phil. 14. p. 545.

Plurimis maximiſq; muneribus, & nos amicos, & cives tuos univerſos, & Rempub. afficies. Ep Fam. l. 2. p. 38.

Remunerari aliquem ſimilimo munere, Ep. Fam. l. 9. p. 249. & Acad. Qu. l 2. p. 76.

Nactus in navigatione noſtrâ puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum ex inſtituto meo. Epiſt. Famil. libr. 11. pag. 371.

Nec ullum arbitror maius, aut melius à Dijs datum munus homini. Acad. Qu. l. 1. p. 80.

Vidéſne quanto Deorum munere ſimus affecti. de Nat. Deor. lib. 3. p. 142.

Muneribus inſtructum, & ornatum eſſe. de Legib. libr. 1. pag. 307.

Hoc ei muneris pro ſuâ miſſione dediſſe ſcribitur. Quæſt. Tuſc. lib. 1. p. 341.

Muneribus delectari. Qu. Tuſc. l. 5. p. 485.

Dormiendi. Somni. Viſorum. Inſomniorum.

Schlaffen/Traum.

QVid ſi ego hunc tractim tangam ut dormiat? Amphitr. 1. 1. v. 157.

Num obdormiviſti dudum? Amph. 2. 1. v. 73.

Vbi iſtum forte ſi viaſſes quendam in ſomnis Soſiam. Amph. 2. 1. v. 74.

Ibi cænavi, atq; ibi quievi in navi noctem perpetem. Amph. 2. 2. v. 100.

Pauliſper mane, dum edormiſcat unum ſomnum. Amph. 2. 2. v. 65.

Noctem

Noctem totam labore delaſſatus ſtertit. Aſin.5.2.v.23.

Ait veniſſe illum in ſomnis ad ſe mortuum, dixiſſet mortuum in ſomnis. Moſt.1.2.v.59.

Vbi ſomnum ſepelivi omnem, atq; obdormivi crapulam. Moſt.5.2.v.1.

Dormitum ire: abire. Moſt.3.2.v.4. Pſeud.1.2.v.70.

Sed amabo, oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus? Perſ.5.1.v.13.

Certè hæc mulier Cantherino ritu aſtans ſomniat. Men. 2. 3. v. 44.

Miris exemplis ſomnia in ſomnis dant. Merc.2.1.v.2.

In ſomnis egi ſatis. Merc.2.1.v.4.

Ibi tibi adeò lectus dabitur, ubi tu haud ſomnum capias. Pſeud. 1.2.v.80.

Quin ubi prandero, dabo operam ſomno. Pſeud.1 2.v.64.

Obſecro hoſpes, da mihi aliquid, ubi condormiſcam, loci. Andr. 2. 7.v.13.

Mirum atque inſcitum ſomniavi ſomnium. Rud.3.1.v.5.

Quid ego in ſomnis ſomniavi? Rud.3.4.v.64.

Somno operam dare. Stich.2.2.v.40.

Mavelim cum eo noctem in ſtramentis pernoctare perpetim. Truc, 2.2.v.23.

Somnus virginem opprimit. Eun.3.5.v.54.

Somnum hercule ego hac nocte oculis non vidi meis. Heaut. 3. 1. v. 84.

Interea in angulum aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc villi. Adelph.5.2.v.11.

Senator pop. Rom. in veſtro oppido iacuit, & pernoctavit in publico. in V.205.a

Matres miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris in Ver.259.b

Sedulius propter inopiam tecti, in foro pernoctans. pro Dom. 229.a

Hæc ſtudia pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. pro Arch.189.a

Cùm hic apud mulierculam quandam pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur. pro Clu. 25.a

Pernoctant venatores in nive. Tuſc.18.a

Animum cum his habitantem pernoctantemq; curis, &c. Tuſc. 247.b

Bis in die ſaturum fieri, nec unquam pernoctare ſolum. Tuſ.247.b

Digitized by Google

In eodem loco ſomnum capere voluerunt. de Invent. libr. 2. pag. 202.

Cubitum in idem conclave cum duobus adoleſcentibus ivit. pro s. R. p. 58.

Lecto teneri. in Verr. p. 493.

Dormitum ſe conferre. Ep Fam. l. 9. p. 273.

Somno excitari de Nat. Deor. l. 2. p. 107.

Ita me purgavit, ut ſomnum mihi ademerit. Epiſt. Attic. libr. 2. p. 64.

Si ſomnium capere poſſem. Ep. Att. l. 8. p. 223.

Vt cogitationes ſermonis noſtri pariant aliquid in ſomno tale. Somn. Sc. p. 241.

Tuæ literæ mihi ſomnum attulerunt. Epiſt. ad Att. libr. 6. p. 277.

Si tale obiectum viſum eſt à Deo dormienti. Acad. libr. 1. pag. 28.

Omnium inanium viſorum una depulſio eſt. Acad. libr. 2. p. 28.

Viſa illa contemnimus. Acad. lib. 2. p. 29.

Eadem eſt in ſomnis ſpecies. ibid.

Fidere ſomnis. de Nat. Deor. l. 1. p. 38.

At Dijs immortalibus, hominibus diſpartiri ac dividi ſomnia. de Nat. Deor. l. 3. p. 154.

Cùm iam quieti corpus nocturno impetu dedi. de Divin. libr. 1. pag. 173.

Matrem Phalaridis ſcribit Ponticus Heraclides, doctus vir, auditor & diſcipulus Platonis, viſam eſſe videre in ſomnis, ſimulacra Deorum. de Divin. l. 1. p. 174.

Videre aliquid in quiete. de Divinat. libr. 1. pagina 177.

Eum primo perterritum ſomnio ſurrexiſſe. de Divin. lib. 1. pag. 179.

Animus ſomno relaxatus ſolutè movetur, ac liberè. de Divin. l. 2. p. 251.

Contrahi animum Zeno, & quaſi labi putat, atq; concidere. de Divin. l. 2. p. 260.

Vtrum igitur cenſemus dormientium animos per ſemetipſos in ſomniando moveri, an ut Democritus cenſet, externâ & adventitiâ viſione pulſari. ibid.

Alligandi eſſent omnes, qui cubitum irent. de Divin. l. 2. p. 261.

Quæ

Digitized by Google

Quâ ſublatâ tollitur omnis authoritas ſomniorum. de Divin. l. 2. p. 261.

Aut enim divina vis quadam, conſulens nobis, ſomniorum ſignificationes facit. de Divin. l. 2. p. 262.

Cùm quid viſum ſecundum quietem ſit, de Divinat. lib. 2. pag. 262.

Quoties igitur eſt quisq; qui ſomnis pareat. ibid.

Nihil à Deo ſomnis ſignificari fatendum eſt. ibid.

Quæ illi proterriti ſomno manè ad coniectorem deferant. de Divin. l. 2. p. 264.

Qui paulò ante interitum viſus eſt in ſomnis amico eſſe amictus amiculo. de Divin. l. 2. p. 296.

Niſi ſomniorum patrocinium philoſophi ſuſcepiſſent. de Divinat. l. 2. p. 272.

Quod ſi inſanorum viſis fides non eſt adhibenda. de Divinat. lib. 2. p. 261.

Incidit in viſa varia, & incerta, & reliquijs, ut ait Ariſtoteles, inhærentibus earum rerum, quas geſſerit vigilans aut cogitarit. de Divinat. l. 2. p. 263.

Deinde ut cubitum diſceſſiſſemus. Somn. Scipion. pagina 24.

Salubri & moderato cultu atq; victu ſe quieti tradere. de Divin. lib. 1. p. 181.

Somnum requietem corporibus, & medicinam quandam laboris afferr. de Fin. l. 5. p. 274.

Itaq; ne ſi iucundiſſimis quidem ſomniis nos uſuros putemus, Endymionis ſomnum nobis nolimus dari. de Finib. lib. 5. pag. 275.

Somno ſe dare. Qu. Tuſc. l. 1. p. 343.

Somnum capere non poſſe. Quæſt. Tuſculan. libr. 1. pag. 431

E ſomno aliquem ſuſcitare. Quæſt. Tuſculan. libr. 4. pag. 431.

Dotis. *Vide* Nuptiarum.

Dubitandi

Dubitandi. Ambigendi. Dubij. *Vide etiam* Certitudinis.

Zweifelhafftig ſein/ Vngewiß ſein.

N*Vnc mihi incertum eſt: quid agam neſcio.* **Aulular. 4. 9. v. 20.**

Dies meum incertat animum. Epid. 4.1.v.18.

Niſi me animus fallit, hi ſunt gemini germani duo. **Menæch. 5.9. verſ.23.**

Ita animi pendeo. Merc.1.2.v.18.

Ita animi in pectore incerti certant decem, nec quid corde nunc conſilij capiam ſcio. Merc.2.3.v.72.

Magna me facinora decet efficere, quæ poſt mihi clara & diu clueant. Pſeud.2.1.v.17.

In ambiguo eſſe. Trin.2.4.v.193.

Adij te heri de filiâ: ut veni, itidem incertum amiſti. **Hecyr. 2. 2.**

Nec quid agam certum eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni. Andr 1.5.

Sed nunc primum quid exſequar? tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſæ trahunt, amor, hujus miſericordiæ: &c. Andr.1.5.

Heu mihi, incertum eſt, quid agam. ibid.

Hocce haud dubium eſt, quin Chremes tibi non det gnatam. **And. 2.3.**

Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Andr.2.4.

Nec quid me nunc faciam, ſcio. D. Nec de me equidem. **Andr. 3.5.**

Neque adepol quid nunc conſilij capiam, ſcio, de virgine iſtac: ita conturbaſti mihi rationes omnes, ut eam virginem non poſſim ſuis tradere. Eunuch.5.2.

Incertum eſt, quid ſe faciat: modó venit: timet omnia. **Heauton. 1.2.**

Clitipho cùm in ſpe pendebit animi. Heaut.4.3.

Animus tibi pendet: du weiſt nicht wo hinauß. **Adelph. 2.2.**

Injeci

Injeci ſcrupulum homini. ibid.

Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet: id eſt, *periclitabitur.* Adelph 3. 2.

Diſcrucior animi: hoccine de improviſo mali mihi obijci tantum, ut neque quid de me faciam, neque quid agam, certum ſiet. Adelph. 4. 4.

Pectore conſiſtere nihil conſilij quidquam poteſt: vah, quomodo me ex hac turbâ expediam? ibid.

Noſter, quid ageret, neſcire. Phorm. 1. 2.

Incertum eſt, quid agam, ego expediam, ſine. Phormion. 1. 5.

Feciſtis probè: incertior ſum multò, quàm dudum. Phorm. 2. 3.

Auribus teneo lupum: nam neque ut amittam à me, invenio: neque uti retineam, ſcio. Phorm. 3. 2. v. 21.

Quod quidem me factum conſilij incertum facit. Phorm. 4. 1.

Poſtquàm acriùs pater inſtat, fecit animi ut incertus foret, pudorin' an amori obſequeretur magis. Hecyr. 1. 2.

Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Adelph. 1. 5. v. 31.

Vicini noſtri hic ambigunt de finibus. Heaut. 3. 1. v. 93.

Ambiguum hoc mihi eſt. Hecyr. 4. 4. v. 20.

Niſi me animus fallit, aut parum proſpicio. Phormion. 5. 1. v. 8.

Etiámne id dubium eſt. Phorm. 5. 2. v. 9.

Nihil enim eſt, quod inter homines ambigatur. de Orator. l. 2. 374.

In dubium vocari. de Orat. l. 2. p. 386. & de Partit. p. 739.

Diu multumq́, Brute, dubitavi. Ora. ad Brut. p. 623.

Dubitationem afferre, quin &c. de Nat. Deor. l. 2. p. 235.

Mihi in dubium venit tua fides. pro Qu. p. 2.

Venit in dubium mihi æquitas. ibid.

Res in dubium venit. pro Q. p. 24.

Me fallit animus. pro Sex. Roſc. p. 52.

Dubitare aliquid. pro S. R. p. 67.

Nego ullam rem eſſe, quæ aut comprehendi, aut caveri, aut excipi poſſit, ſi aut præterito aliquo verbo, aut ambiguè poſito, ſententiâ, & re cognitâ, non id quod intelligitur, ſed id, quod dicitur, valebit. pro Cæcin. p. 618.

Eâ in re tenuiſſima quidem dubitatio poteſt eſſe. in Verr. p. 230.

Hærere

Hærere homo, averſari, rubere. in Verr. p. 307.

Æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in utramq; partem, non ſolùm mente, verùm etiam corpore. in Verr. p. 254.

Haud ſcio an fieri poſſit. in Verr. p. 380. De hac formulâ vide Lambini Notas ad locum Plauti Moſt 3. 2. v. 97. uti quidem ibi vulgò exprimitur. Itemque Commen. Manutij ad Ep. Fam. l. 9. Ep. 9.

Animos ſuſpenſos tenere. in Verr. p. 492.

Rem in dubium incertumq; revocare. pro Cæc. p. 616.

Nemini eſt dubium. pro A. Clu. p. 30.

Injicere alicui ſcrupulum, & dubitationem quandam. pro A. Cl. p. 35.

Habere dubitationem quandam. contr. Rull. p. 95.

Hoc nemini dubium eſt. in L. Cat. p. 201.

Non dubium eſt pro Luc. Flac. p. 197.

Quòd itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, viſurus ne me ſis in provinciâ. Epiſt. Fam. l. 3. p. 103.

Afferre alicui dubitationem. Ep. Fam. l. 4. p 103.

Planè pericula non dubitanter adij. Ep. Fam. l. 10. p. 312.

Illud me Cordubæ pro concione dixiſſe nemo vocabit in dubium. Epiſt. Fam. l. 10. p. 313.

Non dubito, quin cogites. Ep. 2. 17.

Mihi ſignificabant tuæ literæ ſubdubitare, quâ eſſem erga illum voluntate. Ep. 2. 12.

Intellexi nihil aliud eſſe, quod dubitationem afferret ei. Epiſt. 4. 7.

Viri ſæpè excellentes ancipitis varijq; casûs habent admirationem. Ep. 5. 12.

Hanc in opinionem diſceſſi, ut mihi tua ſalus dubia non eſſet. Ep. 6. 14.

Dixeram controverſiam eſſe, poſſet ne hæres &c. Ep. 7. 27.

Primum addubitavi. Ep. 7. 33.

Si cui fortè videor diutiùs & hominum expectationem & ſpem Reipublicæ de meâ voluntate tenuiſſe ſuſpenſam. Epiſtol. 10. 8.

Ad conſulendum, capeſſerémne Rempub. implicatus tenebar, id eſt, *ambiguus, incertus.* Epiſt 1. 9.

Diſtrictus mihi videris eſſe, id eſt, *in nullam partem liberè inclinans.* Jch halte dich darfür / als ſeyeſtu keines theils. E. 2. 14.

Vivendi

Vivendi ſuſpenſas habere rationes. Ep 5. 13.

Ego tanquam Criticus antiquus iudicaturus ſum, utrum ſint τοῦ ποιητοῦ παρεμβεβλημένοι, id eſt, *ſuppoſititij, ab aliis incertis inſerti.* Epiſt. 9. 10.

Omnia erant ſuſpenſa propter expectationem legatorum. Epiſtol. 12. 10.

Intelligebam ſocios eſſe novarum rerum expectatione ſuſpenſos. Epiſt. 15. 1.

Rumores ἀδέσποτοι. Epiſt. 15. 12.

Ego valdè ſuſpenſo animo expecto te. Epiſt. 11. 5.

Non fuerat mihi dubium. Ep. Att. l. 3. p. 83.

Dubitationem de Epeiro non inconſtantia noſtra afferebat. Epiſt. Att. l. 3. p. 84

Pungunt me dubitationes tuæ. Ep. Att. l. 5. p. 161.

In dubium venire. Ep. Att. l. 11. p. 351.

Oſtendis te pendere animi. Ep. Att. l. 11. p. 347.

Non dubitant, quin ea vera ſint, quæ oſtendunt. Acad. libr. 2. p. 7.

Dubitant, hæſitant, revocant ſe. Acad. l. 2. p. 29.

In causâ dubium animum alicuius facere. pro Leg. Man. pag. 638.

Dubitationem afferre alicui de re aliquâ. de Natur. Deor. l. 2. p. 113.

In re nulla fuit dubitatio. de Fin. l. 5. p. 279.

Ego animi pendere ſoleo. de leg. l. 1. p. 296.

Haud ſcio an ſatis ſit. 1. Off. p. 16.

Diu ſecum multumque dubitavit. 1. Off. p. 47.

De quo alterum poteſt habere dubitationem. 3. Off. p. 104.

Quid ergo eſt quod nonnunquam dubitationem afferre ſoleat? 3. Off. p. 107.

Duelli. *Vide* Belli.

Digitized by Google

Digitized by Google

E

Ebrietatis. *Vide* Bibendi.

Edendi. Mandendi. Ciborum. *Vide ſupra Titulo* Bibendi.

Eſſen/ Kåuen/ Beiſſen.

EORVM *aduerſi acuti morſu ; dividunt eſcas, intimi autem dentes conficiunt.* de Nat. Deor. l. 2. p. 104. Vbi notanda elegans formula: *Conficere cibum:* quod Græci inquiunt: λεαίνειν τροφὴν. Pollux. lib. 2. c. 4. Item κλείνειν. Plautus Men. 3. 2. v. 5. *confecto prandio vinoq́ue expoto.* Lucilius *lib.* 30. *Conficit ipſe, comeſtiq́ue.* Columella. *Boves ſunt multi cibi, verùm in eo conficiendo lenti.* Rufinus lib. 3 c. 6. *Scutorum quoq́ue indumenta detrahentes, conficienda dentibus ingerebant.* Ioſephus τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασσῶντο. Gloſſæ Iſidori: *commolunt, comprimunt.* Lactant. de Opif. Dei. cap. 10. *commolitos, & contritos dentibus cibos colligit, & conglobatos vi ſuâ deprimit, & tranſmittit ad ventrem.* In loco Ciceronis *Mordere* pro *edere* ſumitur. Iuuenalis: *Mordes de pane canino.* Iſidor. Immorſus: *Ieiunus.* Quintil. l. 10. c. 1. vocat *Alterare cibũ* διαμάζεσθαι *Remandere.* Et l. 11. *Devoret initio tædium illud, & ſcripta & lecta ſæpiùs revolvendi, & quaſi eundem cibum remandendi. Alteratio* idem quod *Munitio.* Feſtus *Munitio: Mortificatio. Mortificare* idem quod *Mortare:* h. e. primo morſu iteratò conterere, deinde contundere, dictum

pro *Morſare*. Inde *Mortariū*. Atquehæc obſervata à *Crepundijs* eruditiſſimi iuvenis *Iani Gebhardi* lib. 3. c. 8. Alias formulas huius Tituli vide ſupra Titulo *Bibendi*.

Educandi. Liberorum. Degenerandi. *Vide etiam ſupr. Tit.* Alendi. Adoptandi.

Ernehren/Vfziehen/An kindtſchafft aufnemmen.

Alere nolunt hominem edacem. Phorm. 2. 1.
Alit illas, ſolus omnem familiam ſuſtentat. Adelph. 3. 3.
Pudore & liberalitate liberos retinere ſatius eſſe credo, quàm metu. Adelph. 1. 1.
Ex illan' familiâ tam illiberale facinus eſſe ortum? ô Æſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. Adelph. 3. 5.
Lemni habuit aliam (ſc. *uxorem*) *ex quâ filiam ſuſcepit*. Phorm. 5. 7.
Subditum ſe ſuſpicatur: id eſt, *non verum filium noſtrum*. Heaut. 5. 3.
Alienus (*qui non eſt filius ex nobis natus*.) Heaut. 5. 4.
Quòd eſt conſimilis moribus, facilè convinces ex te natum. ibid.
Nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me eſſet nata. Hecyr. 2. 3.
Puerum autem ne reſciſcat pater mihi eſſe ab illâ, cautio eſt: nam pollicitus ſum ſuſcepturum. Jch wolt es für mein kindt erkennen. Andr. 2. 3.
Quicquid peperiſſet, decreverunt tollere: id eſt, *educare*. And. 1. 3.
Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli, id eſt, *educari*. Andr. 3. 1.
Si puellam parerem, nolle tolli. Heaut. 4. 1.
Scio quid feceris: ſuſtuliſti, id eſt, *educaſti*. ibid.
Adoleſcentulos eductos liberè. Andr. 5. 4.
Eduxit mater pro ſuâ. Eunuch. 1. 2.
Educta ita, uti teq; illáq; dignum eſt. Eunuch. 4. 6.
Eduxi à parvulo. Adelph. 1. 1.
Vna à pueris parvuli ſumus educti. Adelph. 3. 5.
Reddunt curaturâ iunceas. Sie ziehen ſie auff/daß ſie gantz dürr vnd magen werden. Eunuch. 2. 3.

Efficiendi. Perficiendi. Curandi. Conficiendi. *Vide etiam* Curæ, *&* Negotij.

Verrichten / Schaffen / Außmachen / Volbringen / Vollziehen / Außrichten.

LAudato, quando illud quod cupis, exeffecero. Curc. 2.3.v. 85. Sic enim inibi legendum puto: ut & altero loco. Truc. 5.1.v.17. Vide Lex. Plaut.

Factum, & curatum dabo. Caſ. 2.8.v.3.

Ille eam rem adeò ſobriè & frugaliter curavit. Epid. 4.1.v.38.

Quid illâ faciemus concubinâ? Mil. 4.1.v 26. Nota verba *Facere*, *& Fieri* cum ablativo. Vide Lexicon Plautinum: ubi vide quoque *Agere*, & *Me*.

Effectum dabo. Ich wils außrichten. Eunuch. 2.1.

Quid eſt, quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? Andr. 1.1.

Dictum ac factum reddidi. Ich habs außgericht. Heautont. 4.4.

Præſens parùm promoveo. Hecyr. 4.4.

Etſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? Ep. 14.

Quid fiet porro populo Vlubrano, ſi tu ſtatueris πολιτεύεσθαι *non oportere?* Ep. 101. b

Sed quid ijs fiet: ſi huc Paulus venerit? At. p. 28.

Quid illi fiet? quem reliquero? ibid.

Quæro, ſi qui volunt vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? in Rull. 150.

Occurrebat illi ratio: quid Cleomeni fiet? in Rull. 156.

Si comprehenſio perceptioq; nulla ſit, quid fiet artibus? in Acad.

Veſtem aliquam conficere. in Verr. 213. a

Annulum, pallium, ſoccos conficere. de Or. 154. b

Sunt aliæ cauſſæ, quæ ipſæ conficiunt, aliæ quæ vim aliquam ad conficiendum afferunt. Part. 238. a

Exclamatio conficit ſignificationem doloris. ad Heren. 28. b

Suavitas vocis, & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat. de Cla. 188.

Cùm in ſpem venero, de compoſitione aliquid me conficere ſtatim te certiorem faciam. At. 150. a

Vno capite, quo revocabor, modò res conficiatur, ero contentus. Att. 51.a

Sententiis decem & ſex abſolutio confici poterat. ibid.

Facinus aliquod conficere per aliquem. pro S.R.31.a

Conficere munus ſuſceptum. de Or.109.b

Bellum aliquod conficere. Ep.66.a. pro Pomp. 9.b

Negotium aliquod conficere. Att. 11. b.263.a. 104.b

Mandata exſequi & conficere. in A.222.a

Sol curſus annuos conficit. de N.18.b

Sermonem aliquem conficere. de Or.87.a

Longam vitam conficere. de Sen.78.a

Motus animorum conficere. de Or.138.b

Duæ partes cauſſæ ſunt confectæ. pro Quin.R. 7.a

In ſenatu nihil eſt confectum. Ep.1.2.

Nondum ſatis. Adde nec ea, &c. confectum eſt. Topic.223.a

Illam partem perpoliam atq; conficiam. de Or.119. b

Accipe hoc, quî rem confringere. Stich.4.2.v.10.

Iſthuc exefficias opus. Truc.5.1.v.17. Ita & hoc loco expreſſimus in noſtrâ Editione.

Ne hanc inchoatam tranſigam Comœdiam. Amph.3.1.v.8.

Quod iubeat citis quadrigis perſequi citiùs properet. Aul.4.1.v.14.

Quî vos oblectem, hanc fabulam dum tranſigam. Pſeud.1.5.v.151.

Id petam, idq; perſequar corde, & animo, atq; viribus. Capt. 2.3. v. 27.

Penſum meum, quod datum eſt, confeci. Perſ.2.v.4.v.1.

Actum reddam. Trin.3.3.v.90.

Tute item meliùs feceris. Phorm.2.3.v 79.

Rem mandatam malitioſiùs gerat. pro S.R. p.75.

Negat opus in acceptum referre. in Verr.218.

Prius rem ſuam tranſegit. Phil.2 346.

Rem geſſit conſimilem ijs rebus, quas ipſe geſſeram. Philipp.2. pag. 348.

Neq; adhuc res confecta eſt. Epiſt.Att.l.1.p.34.

Verùm ſi incipies, neq; perficies naviter. Eunuch.1.1.v.6.

Perfice hoc precibus. Eun.5.9.v.24.

Satisne longum fuerit ad eam rem tranſigendam. ad Heren.l. 2. pag.13.

Iis ex rebus conflatur, & efficitur id, quod quærimus. 1.Off.p.8.

Quos negat ſine adiumentis hominum tantas res efficere potuiſſe. Off.l.2.p.20.

Tamen

Tamen ſine hominum operibus, & ſtudijs neutram in partem effici poſſunt. Off. l. 2. p. 71.

Egeſtatis. Paupertatis. Inopiæ. Tenuitatis.

Armuth / In Armuth gerathen.

REdigam te eò inde orta es, ad egeſtatis terminos. Aſin. 1. 2 v 12

Horrido oblectabas pane vitam in pannis & inopiâ. Aſin. 1. 2. v. 16.

Labore magno, & miſerè vivit. Aul. Prol. v. 14.

Haud à pecuniâ perbenè valeo: ich bin kranck im Seckel. Aul. 2. 2. v 9.

Homo pauperum pauperrimus. Aul 2. 2 v. 50.

Meam pauperiem conqueror. Aul. 2. 2 v. 12.

Ordo paupertatis. Bettel Orden. Aul 2. 2. v. 55.

Tu ipſe eges, nec tibi, qui vivas, domi eſt. Capt. 3. 4. v. 49.

Reſpondit mihi, quod tibi eſt, item ſibi magnam eſſe argenti inopiam. Curc. 2. 3. v. 55.

Cui homini hodie peculij nummus non eſt plumbeus. Caſ. 2. 3. v. 40.

Suarum opum nos volunt eſſe indigentes. Ciſt. 1. 1. v. 31.

Suiq; omnium rerum nos indigere. Ciſt. 1. 1. v. 33.

Tibi ancillas, lanam, aurum, veſtem, purpuram bene prabeo, nec quicquam eges. Men. 1. 2. v. 12.

Qui quidem ad mendicitatem ſe properent detrudere. Men. 1. 3. v. 21.

Omnium hominum exopto ut fiam miſerorum miſerrimus. Men. 5. 2. v. 65.

Cui nec paratus nummus argenti ſiet, neq; cui libellæ ſpes ſit uſquam gentium. Pſeud. 1. 1. v. 95.

Nimis miſer ſum: nummum nuſquam reperire argenti queo. Pſeu. 4. 7. v. 27.

Res noſtra ſunt paupercula. Perſ 3. 1. v. 17.

Mendicitatem mihi obtuliſti, operâ tuâ. Rud. 2. 6. v. 30.

Omnes illa artes perdocet, ubi quem attigit. Stich. 2. 1. v. 24.

Vt ad incitas redactus! Trin. 2. 4. v. 136. & 4. 2. v. 52. Pœn. 4. 2. v. 85. Vide Lexicon *Incita*.

Minùs quindecim dies ſunt, cùm pro hiſce ædibus minas quadraginta accepiſti à Callicle. Trin. 2.4.v.1.

Meretrix meum herum miſerum ſuâ blanditiâ impulit in pauperiem. Truc.2.7.v.19.

Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis anniſq; obſitum. Eun.2.2. v. 5.

Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem. Heaut. 5. 1. v.56.

Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere. Phor. Prol. v. 19.

Quod ille unciatim vix de demenſo ſuo ſuum defraudans genium, comparſit miſer. Phorm.1.1.v.10.

Paupertas mihi onus viſum eſt, & miſerum & grave. Phorm.1.2 v.44.

Non multum habet, quod dat fortaſſe. Phorm.1.2.v.95.

Mihi ſciunt nihil eſſe. Phorm.2.2.v.20.

Cui minus nihilo eſt. Phorm.3.3.v.2.

Tuâ operâ ad reſtim quidem mihi res rediſt planiſſimè. Phorm.4.4.v.5.

Egeſtas me impulit. Phorm.5.1.v.6.

Ne iudicio iniquo exſorbeatur ſanguis tuus de Orat.l 1.p.130.

Cui tenues opes; nullæ facultates, exigua amicorum copia. pro Qu. p.1.

In egeſtate, inſidijs, verſari. Sex. Roſc. p. 63.

In mendicitate eſſe. pro S.R.66.

Os ſuum tibi tradidit, ex omnibus rebus ſe ipſum nudum, amicorum opibus, vitam in egeſtate degere: alienâ miſericordiâ vivere. pro Roſc.p.87.

Tibi omnia ſua præter animam tradidit, nec ſibi quicquam paternum, ne monumenti quidem causâ reſervavit, nec quicquam reliqui vides, quod ei detrahere poſſis. E patrimonio tanquam è naufragio nudum expuliſti. pro S.R.p.87.

Eius operâ multos annos eſt in ſordibus. in Verr.p.219.

Vnam agri glebam poſſidet. in Verr.p.316.

Difficultas eum tanta tenuit, tanta egeſtas rei nummariæ, tanta vis oppreſſit, ut ſacrarium ſpoliaret. in Verr.p.416.

Paupertatem unâ pertulimus gravem. Adelph.3.5.v 50.

Fortunas locupletum diripere ſanguinem principum civitatis exſorbere. Vat. 76.

Qui in eo magiſtratu emerſeris ex mendicitate, & ex cœno atq; tenebris. Vat.p.83.

Emerſiſti

Emerſiſti luculentè an miſerrimis naturæ ſuæ ſordibus. Piſ.189.

In tantas anguſtias Antonium compuliſſem, ut inopiâ potius, quàm ferro conficeretur. Ep. Fam.l.11.p.330.

Inopes & ab amicis & exiſtimatione ſunt. Epiſt.Att.lib.13.pag. 329.

Paupertatem extimeſcere. Tuſc.l.5.p.484.

Copiæ parvæ ſingulorum ſunt. 1.Off.p.23.

Res familiaris non ita reſeranda, ut pateat omnibus: modus adhibeatur, referatur ad facultates. Off.l.2.p.86.

Eiiciendi. Extrudendi, Expellendi.

Außſtoſſen/Verſtoſſen/Außtreiben.

ME quâ causâ extrudiſti ex ædibus. Aul.1.1. v.5.

Ad hunc modum decies me die uno ſæpè extrudit ædibus.] ibid.v.32.

Homo cùm domo foras quatietur. Eun.2.3.v.66.

Metuo propter vos, ne uxor mea me extrudat ædibus. Rud. 4. 4. v. 2.

Eum ego ieci hunc miſerum iniuſtitiâ meâ. Heautontim. 1. 1. v.77.

Neque potuiſſe unquam ab hac me expellere. Heautont. 2.3.verſ. 20.

De matris complexu lectiſſimæ miſerrimæq; fœminæ avellit, atq; abſtrahit hunc. pro Font.p.584.

De ſuperiore in inferiorem locum movere. pro Cæc.p.605.

Non ſum ex eo loco deiectus, quo prohibitus ſum accedere. pro Cæc.610.

Aliquem ex ſenatu eijcere. pro A.Cl.p.61.

Hac me domo mea pellet! pro Dom.p.446.

Nebulonem illum, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amove. Ep. Att. l.1.p.16.

Depulſus per invidiam tribunatu. de Orator. libr. 3. pag. 455.

Non multis ab eo tempore menſibus eiectus eſt è civitate. de Or. l.3.p.455.

Eiulandi. *Vide* Lacrymarum.

Eligendi. Delectûs.

Erwehlen/Außerleſen/Außſchuß.

O*ptima nulla poteſt eligi : alia aliâ peior eſt.* Aulul. 2. 1. verſ.19.

Non ad eam rem ocioſos homines docuit deligi. Men. 3.1.v.8.

Rerum delectum relinquere. 1.Off.p.5.

Habere delectum civis & peregrini. Off.l.1.p.59.

E quo tu, quæ digna ſunt, ſelige. Ep.8. 2.

In delectu, non multum ſpei eſſe puto. Ep.10.33.

De delectibus habitis, quòd te quæſtum eſſe negas, &c. Epiſt. 11.3.

Romæ delectus habetur, totaq; in Italiâ. Ep.11.8.

Magnas Romæ Panſa copias, ex delectu Italiæ comparat. Epiſt 12.5.

Eloquentiæ. Doctrinæ. Facundiæ. Facultatis Oratoriæ. *Vide etiam ſupra* Dicendi.

Beredt ſein/Wolredenheit/Gelehrt.

V*erbis aliquid ornare.* de Orat.l.2.p.167.

Servius eloquentiæ tantum aſſumſiſſe, ut jus civile facilè poſſit tueri. Brut.p. 562.

Qui tantum auctoritate dicendoq; valuit, ut &c. Brut. p.584.

A naturâ ad dicendum ſatis ſolutus, atq; expeditus fuit. Brut.592.

Cui ſummam copiam facultatemq; dicendi natura largita eſt. pro Qu.p.3.

Facultatis tantum quantum homini vigilanti ex forenſi uſu propè quotidiana dicendi exercitatio potuit afferre. pro L.Man.628.

Magni

Digitized by Google

Magni momenti oratio eſt. in Verr.p.167.

Multum conſilio, dicendi gravitate, & copiâ valere. pro lege Man.p.644.

Homo ingenioſus, & in dicendo exercitatus. pro Aul.Cluent. pagina 13.

Tantum eſt flumen ingenii nullius, nulla dicendi, aut ſcribendi vis tanta, tantaque copia, quæ narrare res tuas geſtas poſſit. pro Marc.p.283.

In ſenatu palam tuam cauſam ſic egit, ut neque maiore eloquentiâ quiſquam, neque gravitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit. Fam.l.1.p.15.

An decertare mecum voluit contentione dicendi? Phil. pagina 338.

Tres fratres, ſummo loco natos, promtos, non indiſertos, &c. Epiſt. 3.12.

Si hæ literæ non fuerunt diſertæ, ſcito meas non fuiſſe. Epiſtol. 3.11.

Tu quod diſertum non erit, ne putes meum. ibidem.

Callidius in defēſione ſuâ fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis frigidus. Ep.8.10.

Ipſa illa, ſi qua fuit in me facultas orationis, niſi me ad has exercitationes retuliſſem, exaruiſſet. Ep.9.18.

Cuius ob os Graij ora obvertebant ſua. Alludit *ad Græcas declamationes Cicero, quas Rhodi habuit, Apollonio, & Græcis admirantibus.* Ep.9.26.

Quintus Scævola æqualis & collega meus, homo omnium, & diſciplinâ iuris civilis eruditiſſimus, & ingenio prudentiaq; acutiſſimus. de Orat.l.1.p.316.

Doctrinâ liberaliter inſtitutus, & aliquo iam imbutus uſu, & ſatis acri ingenio mihi eſſe videatur. de Orat.l.2.p.391.

Fannius nunquam fuit elinguis. Brut.p.548.

Erat cùm literis latinis, tum etiam Græcis ſatis eruditus. Brut. 550.

Sed ecce in manibus vix eſt præſtantiſſimo ingenio & florenti ſtudio, & doctus à puero. Brut 555.

Homo eſt Græcis doctus literis, & latinis. Brut.p.570.

In aliis cauſis exercitatus, & in hac multum eſt ſæpè verſatus eſt. pro Quint.p.1.

Digitized by Google

Nec uſu ſatis, & ingenio parum poſſum. pro Qu. p. 1.

Ita in utroq; excellit, ut nemo noſtro loco natus aſſequi poſſit. pro Qu. p. 34.

Natura certè dedit, ut humanitatis non parùm haberes, eò acceſſit ſtudium doctrinæ, ut ne à literis quidem alienus eſſes. pro Sex. Roſc. p. 51.

Omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit. pro Quint. pag. 34.

Præclarâ eruditione, atq; doctrinâ ornati. 1. Officiorum pagina 47.

Facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati, & eloquentiæ. Ep. Famil. 5. p. 59.

Hinc quaſi ex alterâ parte oratoria vis dicendi adhibebatur explicatrix orationis perpetuæ ad ſuadendum accommodata. Acad. Quæſt. l. 1. p. 89.

Quoniam oratorias exercitationes non tu quidem, ut ſpero, reliquiſti. de Fato. p. 274.

Nec enim quod rectè exiſtimas, oratoria ſtudia deſerui. Ibid.

Nec ea, quæ nunc tracto, minuunt, ſed potius augent illam facultatem. Ibid.

Priſtinum dicendi ſtudium deponere. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 297.

Eloquentiam abundantem ſonantib. verbis, uberibusq; ſententijs ſine quâdam vi maiore fluere. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 320.

Neq; enim verbis auget ſuum munus. l. 2. p. 97.

Emendi. Vendendi. Mercandi. Auctionandi. *Vide etiam* Syngraphæ.

Kauffen/Verkauffen/Handlen/Infant/Kauffmanſchafft treiben.

M*Alè aliquid conducere*, hoc eſt, *carè*. Amph. 1. 1. v. 131. Vide Lexicon Plaut. *Conducere.*

Pater captivos commercatur Alios. Capt. Arg. v. 3.

Quaſi fundum vendens eis me addicam legibus. Capt. 1. 2. verſ. 72.

Quos tam grandi ſim mercatus pecuniâ. Capt. 2. 2. v. 8.

Piſces

Digitized by Google

Piſces praſtinatum abire Capt.4.2.v.68.

Nemo prohibet, nec vetat, quin quod palam eſt venale, ſi argentum eſt, emas. Curc.1.1.v.34.

Et eam praſtines argento priuſquam veniat filius. Epid. 2. 2. verſ. 93.

Conciliaviſti pulchrè. Epid.3.4.v.40.

Bene emtum tibi dare hoc verbum volo: iſtuc verbum vile eſt viginti minis, decem minas pro capite tuo dedi. Moſt. 1. 3. verſ. 139.

Iam homo in mercaturâ vertitur. Moſt.3.1.v.104.

Oneravit navem magnam multis mercibus. Mænechmis prolog. v 25.

Avexit puerum ſecum ad mercaturam ſimul. Mænechmis prolog. v. 27.

Quatuor minis ego iſtam emi annò iam uxori mea. Menechm.1.3. verſ. 22.

Auctionem prædicem, ipſe veneam. Stich.2.1.v.41.

Auctionem hic faciam, & vendam quicquid eſt. Mænechmis 5. 9. v. 91.

Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quàm voles. Mænechmis 4.3.v 6.

Mercatum à ſe dum filium extrudit pater. Mercator. Argum. 2. v. 1.

Miſſus mercatum à ſuo adoleſcens patre. Mercator. Argum. 1. verſ. 1.

Vt piſcium quicquid eſt, pretio praſtinem. Pſeud.1. 2. v. 36.

Qui nunc à nobis eſt mercatus mulierem. Pſeud.2.2.v.23.

Qui hic cum mercaris cives, homines liberos. Perſ. 4. 9. verſ. 12.

Navibus magnis mercaturam faciam. Rud.4.2.verſ.26.

Fide gracâ mercari. Aſin.1.3.v.47. Vide Lexic.Plaut.

Vt quantum poſſit, quiq; liceant, veneant. Men.3.3.v.25.

Drachmis eſſe. Pſeud.3.2.v.19. Eſt *Vanire*; ſive, *operam drachmis locare*. Caſſius apud Ciceronem; *Nunc iam ternis tetradrachmis frumentum apud Caſſium eſt.* Cicero in Verrem: *cùm eſſet tritici modius HS. II. pro frumento in modios ſingulos duodenos ſeſtertios exegiſſe.* Varro: *Aſſe vinum, aſſe pulmentarium eſt. Eas, quò natura aurigatur neceſſitudo.* Et Plautus iterùm Ciſt. 4.2.v.74. *At pol in nullam operâ gratuitó eſt*: uti quidem ibi legendum putat Acidalius.

Quia

Quia enim iam venalem non habeo Phœnicium. Pſeud. 1. 3. verſ. 90.

Illi drachmis ſunt miſeri : me nemo poteſt minoris quiſquam nummo ut ſurgam, ſubigere. Pſeud. 3. 2. v. 19.

Eum vaniſſe militi Macedonio ! Pſeud. 4. 6. v. 28.

Venditq; has omnes , & nutricem , & virgines præſenti argento. Pœn. prol. v. 88.

Patris bona venierunt. ad Her. l. 4. p. 9. 100.

Eriphyle auro viri vitam vendidit. de univerſ. libro 1. pagina 89.

Vendere aliquid difficilimis ſolutionis temporibus. pro Cæc. pagina 590.

Fanum ſanctiſſimarum , atq; antiquiſſimarum religionum venditum eſt pecuniâ grandi. Seſt. 29.

Cùm bona in foro venderet. Off. l. 2. p. 74.

Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia. Offic. libro 3. pagina 120.

Aedesque vendiderit pluris multò , quàm ſe venditurum putabit. ibidem.

Auctionem facere. pro Qu. p. 5.

Auctionem vendere. pro Qu. p. 6.

Authepſam tanto pretio nuper mercatus eſt , ut qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum vanire arbitrarentur. Sex. Roſc. p. 83.

Bis neq; vno, ſed duobus pretiis vnum & idem frumentum vendidit. in Verr. p. 389.

Mercaturam facere. in Verr. p. 517.

Coemtionem facere. in L. Muræ. p. 231.

Emit domum litigatorib. defatigatis propè dimidio charius , quàm æſtimabat. pro domo. p. 447.

Domum tuam venditurus. Phil. 2. p. 339.

Cùm domi tuæ turpiſſimo mercatu eſſent venalia. Phil. 2. pagina 340.

Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui. Appoſitus erat Venuleius quidam , qui emeret: is liceri non deſtitit , illi quoad videbatur ferri aliquo modo poſſe , contenderunt , poſtremo liceri deſtiterunt. Addicitur Venuleio tritici modiis VIII. mil. Legatus Paſſidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandũ videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat tritici mod. V. in Verr. 169. 2

Ebutie

Ebutio negotium datur, adeſt ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emtores multi, partim gratiâ Ceſenniæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius, quo teſtimonio nunc vir optimus utitur, ſibi emtum eſſe: quaſi verò aut nos ei negemus addictum, aut tum quiſquam fuerit qui dubitarit, quin emeretur Ceſenniæ. pro Ce. 287. b

Cùm iam addictis & venditis decumis ſubitò nova naſcebantur edicta. in Verr. 156. a

Si doceo pluris aliquanto te potuiſſe vendere: neq; his voluiſſe addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multò minoris, quàm aliis potueris tradidiſſe. in Verr. 191. a

Vendebas auctoritatem huius ordinis: adducebas Tribuno pl. conſulatum tuum. in Vat. 91. b

Cùm te neq; principes civitatis rogando, neq; maiores natu monendo, neq; frequens ſenatus agendo de venditâ, atq; addictâ ſententiâ movere potuit? in A. 170. b

Vnius agri decumas 30. modiis minoris vendidiſſe, quàm potuerit: Minutio ideo te non tradidiſſe, quod iam addixiſſes Apronio. in Verr. 181. b

Neminem invenire potuit, cui ſedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. pro Dom. 134. b

Non ſtatim L. Metellus ut iſti ſucceſſit, ex C. Sacerdotis, & S. Peducei inſtituto, ac literis frumentum Mamertinis imperauit, tum illi intellexerunt, id quod à malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. in Verr. 246. 247.

Duo præterea teſtes: nihil de vi, ſed de ipsâ emtione fundi dixerunt. P. Ceſennius auctor fundi non tam auctoritate gravi, quam corpore. pro Cæc. 290. a

Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipſi mulieri ſine tutore auctore ſolvas: ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè poſſis eodem modo ſoluere. Top. 224. b

Quod mulier ſine auctore tutore promiſerit, deberi. pro Cæc. 298. b

Qui pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio Cenſoribus redemiſſet. de Cla. 172. a

Redimere fundum. At. 178. b

Publica male redempta. Qu. F. 296. b

Redimere hoſtias. de In. 74. a

Rem illam redemptam eſſe à iudicib. confitentur. At. 12. b

Roſcius

Roſcius ſocietatis, non ſuas lites redemit, cum, &c. Quint. Roſc. 50. b

Publicanos temeritate redemtionis pene eſſe everſos. de Pro. 71. a

Redemptorio tuo dimidium pecuniæ curavi. Quint. Verr. 309. a

Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciendam, non inertiâ aut inopiâ tardior fuit, ſed à Diis immortalibus ad iſtam horam reſervatus eſt. de Divinatione 118. a

Niſi ad ſacrificium quoddam redemptor hoſtias præbuiſſet. de In. 84. a

Vt in atriis auctionariis potius: quàm in triviis, aut in compitis auctionentur. contra Rull. 62. a

Rullus haſtâ poſitâ cum ſuis formoſis finitoribus auctionans. ibidem 76. b

Deiotarus auctionatus eſt, ſeſeq; exſpoliare maluit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare. pro Deiot. 148. a

Ibi tum vir optimus Quintium deterret, ne auctionetur. pro Quint. 3. a

Ait ſe auctionatum eſſe in Galliâ. pro Qu. 4. a

Ac vereor, ne iſte iam auctionem nullam faciat. ad Attic. 186. b

Auctio facta eſt. in C. Verr. 118. a

Auctionem in Galliâ ſe facturum proſcribit. pro Quint. 3. a

Cùm eſſet auctio hereditaria conſtituta. pro Cæc. 287. a

Bona alicuius auctione conſtitutâ vendere. pro Sex. Roſcio 22. a

Conſtituere auctionem. contra Rul. 62. a

Vtrum hæc lex eſt, an tabula Veratianæ auctionis. ibidem. 79. a

Cùm ille rogaſſet Cranium, quid triſtis eſſet, an quod auctiones eſſent: imo vero inquit, quòd legiones. pro Pl. 266. a

Auctionis miſerabilis aſpectus, veſtis Pompeij, &c. in Anton. 174. a

Mulier auctionem provinciarum faciebat, & 196. b

Circulator quidam auctionum notiſſimus homo. Ep. 164. b

Facere auctionem. in Verr. 202. a

Vendere auctionem, ſectores & coactores in auctionib. Lege *Sector* & *Coactor*. pro Quint. 3. b

Sic tu.

Digitized by Google

Sic tu cum ædes proſcribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas. Off. 65.a

Facilius tabulam proſcripſit, ſe familiam Catonianam venditurum Qu.Fr.311.b

Proſcribere bona alicuius. pro Q.9 a

Eum non poſſe quæ proſcripſiſſet vendere. pro Qu.3.a

Ille quod placebat proſcripſit, tu quod placebat emiſti. Off. 61.b

Poſſeſſiones venales ac proſcriptas hac lege video. contr. Rul. 89.a

Horti quum in diem proſcripti ſint, velim ad me ſcribas. Attic. 203.b

Iſte locare incipit non proſcriptâ, neq; edictâ die. in Verr. 204.b

Tuſculanum proſcripſi. Att.55.b

Vt quid? ſi victus eris, proſcribare, ſi viceris, tamen ſervias. Att. 105.a

Itaq; ſeſe proſcripturum aiebat, ut venationem etiam, quæ poſtridie ludis Apollinaribus futura eſt, proſcriberent. At.253.a

Buthrotium agrum proſcriptum vidimus. At.262.a

Quoniam tuum precium novi, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat. Ep.7.2.

Mancipium illius: Quod quidem ſi inter nos ſenes emptionales venale proſcripſerit, egerit non multũ. Emendatius legitur: *ſi inter ſenes coemptionales &c.* Cùm aliquoties apud Ciceronem legatur, *coemptionem facere*, ut in oratione pro Muræna. *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio ſenes ad coemptiones faciendas interimendorum ſacrorum causâ reperti ſunt.* Ep.7.30.

Emptionem evenire feliciter volo. Ep. 9.8.

Ego unũ vereor, ne buſta Cæſaris refrixerint. Locus eſt *Syllæ avaritiam notans.* Intelligit autem haſtam, auctionem, *quâ haſtâ ad bona proſcriptorum poſitâ, fiebat, quemadmodum ex multis locis Ciceronis conſtat.* in Offic. *Eſt auſus dicere haſtâ poſitâ, cùm bona in foro venderet, &c.* Item *haſtam in foro ponere, & bona civium voci ſubijcere præconis.* Ep.9.19. & 15.17.

Scriptum erat, fundũ Herculanenſem à fratre proſcriptũ eſſe. E.9.25

Civibus Romanis divenditis: &c. Ep.12.15.

Cũ Cæſar Syllanas venditiones, & aſſignationes ratas eſſe velit. Ep. 13.9.

Si auctio ante meum adventum fieret, &c. Ep. 14.5.

Ex tuis literis cognovi, prædium nullum vanire potuiſſe. Ep.14.6.

In atriis auctionariis potius, quàm in triuiis, aut in compitis auctionari. Contra Rull. p. 94.
Bona alicuius proſcribere. Ibidem.
Proſcribere auctionem publicorum bonorum. Contra Rull. pagina 92.
In Gynecæo plurima res veniére, & veneunt. Phil. 2. paginà 374.
Emtionem feliciter evenire volo. Academic. Quæſt. libro 2. pagina 77.
Nec mercatura quæſtuoſa, ſi in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. de fin. l. 5. p. 27.
Emere aquæ ſextarium. Off. l. 2. p. 87.

Epularum. *Vide* Bibendi.

Erroris. Corrigendi. Emendandi. Vitii.

Fehlen / irren / Die Fehl verbeſſern.

F*Vgit te ratio.* Amph. 1. 1. v. 230. hoc eſt, *erraſti.* Sic Bacch. 1. v. 2. *Vbi me fugiet memoria.* Mil. 3. 3. v. 13. *At nemo ſolus ſapit. nam ego multos ſæpe vidi regionem conſilij fugere prius, quàm repertam habere.* Catull. in Carm. de Var. Scorto. *Iſthuc, quod modò dixeram me habere, fugit me ratio.* Sumpta formula eſt ab iis, qui in ratione ducendâ errant; vel de iis, qui non attendunt animum ad id, de quo agitur.
In horum familiam fruſtrationem hodie hic iniiciam maximam. Amph. 3. 1. v. 15.
Errant probè. Amph. 3. 3. v. 21.
Ne tu erres. Moſt. 1. 1. v. 72.
Scribo ſi quid erratum eſt, ubi reliquias videro. Men. 1. 2. verſ. 33.
Inter homines me deerrare à patre. Men. 5. 9. v. 49. 54.
At ſi corrigitur filius, quot commoditates, vide. Andr. 3. 3.
Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Andr. 3. 4.

Dehinc

Dehinc populo, ut redeat iam in viam. Andr. 1. 2.
Quod te abſente hîc filius egit, reſtitui in integrum æquom eſt, & bonum. Phorm. 2. 3.
Teneo quid erret. Andr. 3. 2.
Hoc tu erraſti, pro, *in hoc erraſti.* Phorm. 5. 3.
Errat longè meâ quidem ſententiâ. Adelph. 1. 1.
Falſus es. Du jrreſt. Andr. 4. 1.
Vt falſus animi eſt. Eunuch. 2. 2.
Illas errore, & te ſimul ſuſpicione exſolves. Hecyr. 5. 2.
Hac multò propiùs ibi, & minor eſt erratio. Adel. 4. 2.
Totâ erras viâ. Eun. 2. 2. v. 14.
Hic de noſtris verbis errat videlicet, quæ hîc ſumus locuti. Heaut. 2. 3. v. 117.
Angiporto toto deerravit. ad Her. l. 4. p. 127.
Animum alicuius in quendam errorem deferre. de Invent. l. 2. pagina 241.
In errorem duci. Brut. p. 608.
Errorem afferre, non ferre ſolet. in Top. p. 714.
Fefellit hic homines opinio. in Verr. p. 456.
In verborum errore verſari. pro Cæcin. p. 606.
Hic in errorem homines impulit. Piſ. 177.
Eodem errore captus eſt, quo nos. Phil. 12. p. 496.
Nullius ſapientis eſt, in errore perſeverare. Phil. 12. pagina 496.
Reditus illuſtris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt. Ep. 3. 10.
Noli ignoſcere hæſitationi meæ. Ep. 3. 12.
Similis in utroq; noſtrum error fuit. Ep. 4. 2.
Cùm mendum ſcripturæ liturâ tollatur, &c. meus error exilio corrigitur. Ep. 6. 7.
Malo in hanc partem errare. Ep. 8. 12.
Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat. Strauchelt. Ep. 9. 2.
Vt errare, mi Plance, potuiſti? quis enim id effugerit, &c. Epiſtol. 10. 12.
Culpa illa: Bis ad eundē. Vulgari vox reprehēſa proverbio eſt. Extat apud Gregorium Nazianzenum, Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσιν. Rogatus Plato, quamobrem Athenas reliquiſſet, reſpondit, quoniā committere noluiſſet, ut Athenienſes bis peccarent in

Philoſophiam, iam tum enim Socratem interfecerant, cuius ſimilem caſum & ipſe metuebat. Ælianus lib. 3. ibidem.

Confiterer imprudentiâ me lapſum, &c. Ep. 10. 13.

Sin quid fortè titubatum eſt, ut fit in bello &c. Ep. 12. 10.

Mihi dolorem attulerunt errata ætatis meæ. Ep. 16. 21.

Ego filio dixeram, librum tibi eâ conditione daret, ſi reciperes te correcturum. Ep. 6. 7.

Exercitus partem corruptam, & ab Repub. alienatam corrigere & coercere. Ep. 16. 15.

Exercitum facere meliorem, id eſt, *corruptum, & alienum à me factum, denuo mihi conciliare, & adiungere.* Epiſt. 10. 18.

Id ſi correxeris, mihi valdè gratum erit. Epiſt. 3, 6.

Cetera, quibus adhuc ille ſibi parùm utilis fuit, ætate iam ſunt decurſa, id eſt, *exacta, correcta.* Der muß er ſich alters halben enthalten Ep. 8. 14.

Quibus tamen ad ſanitatem redeundi, poteſtas facta eſt. Sich eins beſſern zubedencken. Ep. 2. 10.

Caſtritianum mendum nos corrigemus. Ep. Att. l. 2. p. 56.

In ſummo errore neceſſe eſt homines, atq; in maximarum ignoratione rerum verſari. de Nat. Deor. l. 1. p. 4.

Nonne in maximo errore verſentur? de nat. Deor. l. 1. p. 15.

Quæ ſunt in iiſdem erratis ferè. ibid.

Simili in errore verſamur. Acad. l. 2. p. 21.

Nullo modo opinionis errores ſuſtulit. Academic. libro 2. pagina 26.

Qui voluit ſubvenire erroribus. ibidem.

Eò fit, ut errem, & vager latiùs. Academic. libro 2. pagina 35.

Error manat. Acad. l. 2. p. 28.

Convincere alicuius erroris. de nat. Deor. libro 2. pagina 5.

Eſtne quiſquam tanto inflatus errore? Academic. lib. 2. pagina 59.

Ab aliquo aberrare. Acad. l. 2. p. 72.

Vt tollatur omnis imperitorum error. de fin. libro 2. pagina 111.

Errore maximo, ſi Epicurum audire voluerint, liberantur. de fin. l. 1. pag. 113.

Omnis igitur talis à Philoſophiâ pellatur error. de nat Deor. lib. 3. pag. 141.

Hac

Digitized by Google

Hac omnia in eodem, quo illa Zenonis errore verſantur. de nat. l. 3. pag. 126.

Iubet igitur Plato ſic ad ſomnium proficiſci corporibus affectis, ut nihil ſit, quod errorem animis perturbationemq; afferat. de divin. l. 1. p. 181.

Ex hoc primùm error tollendus eſt. de fin. libro 3. pagina 188

Eum errorem, quem tibi novitas rei attulerit, natura ratione depellito. de divin l. 2. p. 235.

Ex quo tantus error conſequitur, ut, quem in portum ſe recipiant, ſcire non poſſint. de fin. l. 5. pag. 254.

Opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. de legib. l. 2. p. 338.

Quanto hac in errore verſentur. Quæſt. Tuſc. lib. 1. pagina 340.

Itaque eum ab omni erratione liberavit. de univ. pagina 375.

Varijs imbui erroribus. Quæſt. Tuſc. libro 3. pag. 376.

Errorem incutiunt rationis expertibus. de Vniverſ. pagina 3. 81.

Multis erroribus implicatur. Quæſt. Tuſc. libro 4. pagina 438.

Hic igitur error eſt excipiendus. ibid. pag. 441.

Errore alios levare. ibid. p. 454.

Sic enim adoleſcens ſe improvidâ ætate irretierat erratis. Quæſt. l. 5 p. 474.

Labi, errare, neſcire, decipi. 1. off. p. 20.

Ex errore imperitæ multitudinis pendet. 1. off. pagina 27.

Falli, errare, labi, decipi, tam dedecet, quàm delirare, mente captū eſſe. 1. Off. p. 38.

Aberrare ad alia cepit. 1. Off. p. 54.

Nec quenquam hoc errore duci oportet. 1. Off. libro 1. pagina 59.

Non enim ſumus ij, quorum vagetur animus errore. Off. l. 2. pagina 66.

In errorem alterum inducere. Off. 3. p. 120.

Eſuriendi, Famis. Inediæ. Voracitatis, Edacitatis.

Hunger leiden/ Freſſen/ Kummer/ vnd Noth leiden.

VAcuus mihi venter crepitat. Amph. SC. DI voſtram: verſ. 12.

Quaſi lupus eſuriens, metui, ne in me faceret impetum. Capt.4.4. verſ. 4. Vbi vide plura de edacitate Paraſiti. Lupi autem voracitas in proverbio eſt. Sic Ennius inquit l.6.Satyr. *Quippe ſine cura, lætus, lautus cùm advenis, exſertis malis, expedito brachio, celſus, alacer, lupino exſpectans impetu, quamvis alterius obligurias bona. Quid cenſes domino eſſe animi? proh divûm fidem! Diu ille cibum triſtis ſervat, tu ridens voras.*

Genua inediâ ſuccidunt, tenebræ oboriuntur. Curc. 3. 2. verſ. 30.

Os amarum habeo, dentes blennos, lippiunt fauces fame, ita tibi cibi vacivitate venio laxis lactibus. Curc. 2, 3. verſ. 39. 40.

Mihi inanitate iam dudum inteſtina murmurant. Caſ. 4. 3. verſ. 6.

Fame perire. Moſt.5 1. v. 57.

Nam niſi clamabis, tacitum te obrepet fames. Pœn. Prol. verſ. 14.

Iam intus ventis fumant focula. Perſ.1.3. v. 24.

Famem fuiſſe ſuſpicor matrem mihi. nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui. Stich.2.1.v.1.

Penè ſum fame ipſe emortuus. Stich.2.1.v. 63.

Cui miſero medullam ventris percipit fames. Stich. 2, 3. verſ. 26.

Cum fame depugnare. Stich.4.2.v.47.

Fame ſe jugulare. Stich.4.2.v.3.

Hic nos extinxit fames. Truc.2.6.v.3.

Adeòne

Adeòne rem rediiſſe, ut periculum etiam fame mihi ſit, Syre? Heaut.5.2.v.27.

Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere. Phorm. Prologo.

Harum videre ingluviem: &c. quàm ſint avida cibi: quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent. Eunuch.5 4.

Iamdudum eſt animus in patinis. Eunuch. 4.7.

Famem perpeti. de univ.l.2.p.266.

Exturbari bonis: funditùs extingui. in Verr.p.244.

Radices palmarum agreſtium, quartum erat in illis locis multitudo, colligebant, & his miſeri alebantur. in Verr. pagina 523.

Fame atque inopiâ rerum omnium confici, ac perdi. in Verr. pagina 343.

Fames ſtimularet homines. pro Dom. 404.

Confici fame. Ep fam.l.7.p.107.

Citò fame pereat neceſſe eſt. Epiſtol. famil. libro 12. pagina 361.

Inediâ, & purgationibus, & vi ipſius morbi conſumtutus eſt. Epiſt. fam.l.16.p.500.

Vt interirent nonnulli fame. Ep.ad l.6 p.181.

Principes ſanctiſſimam patriam fame necandam putent. Epiſt.Att. l.9. p. 281.

Civibus famem inferre. Ep.Att.l.9.p.225.

Suffocare urbem fame Ep.Att.l.9.p.275.

Fame cruciari. de finib.l.1.p.155.

An famem propulſare poſſimus nec ne. de finib.l.4. p.343.

Conſuetudo diuturna obduxit callum ſtomacho meo. Ep.ad fam.l. 9.p 243.

Avis fame enecta in offam pultis invadit. de D. 123. b

Siti enectus Tantalus. Tuſ. 150. a

Eâ parte animi nec inopiâ enectâ, nec ſatietate affluenti. de Div. 93. b

Sic Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curavit, ſanguinem miſerit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enectam προσανατρεφομένην eam à me non libenter videt. At.84.a

Enectus)(Plenus. Pleni enective fame ſimus. de D. 137.b

Ob aliquam rem famem perferre. de Fin.l.5.p. 272.

Qui in hoſtium poteſtate inediâ necatus eſt. de fin. libro 5. pagina 287.

Digitized by Google

A vitâ per inediam diſcedere. Quæſt. Tuſcul. libro 1. pagina 320.

Inediam biduum aut triduum ferre. Quæſt. Tuſcul. libro 2. pagina 363.

Reſpondiſſe, ſe, quò melius cœnaret, obſonare ambulando famem. Quæſt. Tuſc. l. 5. pag. 487.

Evertendi *Vide* Vaſtandi.

Eundi. Viæ. Properandi. Feſtinandi. Proficiſcendi. Vagandi. Ambulandi. Itineris. Peregrinandi. ***Vide Plura Tit.*** Abeundi. Accedendi. Obviandi.

Gehen/ Weg/ Eilen/ Verreiſen / Schwermen/ Spatzieren/ Vber feldt ziehen/ Wandern.

Cingitur certè: expedit ſe. Amph. 1. 1. v. 151.
Optimè eccum incedit ad me. Amph. 1. 1. v. 179.
Neque meum pedem huc intuli in ædes etiam. Amph. 2. 2. verſ. 10.
Gradus condecet grandire. Amph. Sc. DI voſtram. v. 11.
Non potuimus noſtros grandius grandire gradus. Amph. Sc. DI voſtram. v. 12.
Peregrè eſſe. Amph. 1. 1. 196.
Vtrum hac, an illac iter inſtiterit. Ciſt. 4. 2. 11.
Hic dicitur venturus peregre. Truc. 1. 1. 66.
Dic mihi, benè ne ambulaſti? Truc. 2. 4. 77.
Huc habebas iter. Aſin. 2. 3. 6.
Niſi illa quidem antè occupaſſet, te affliges, ſcio. Aſin. 4. 2. 9.
Teſtudineum grandire gradum. Aul. 1. 1. v. 10.
Si potes, huc advola. Aul. Sc. Grave eſt. v. 18.
Sed ubi hinc it homo? Aul. 2. 2. v. 66.
Me continuò recipiam rursùm domum. Capt. 1. 2. v. 19.

Tuta

Digitized by Google

Tutâ ut incedas viâ. Curc. 1. 1. v. 32.

Nemo ire quemquam publicâ viâ vetat. Curc. 1. 2. verſ. 25.

Grandiorem ergò gradum fac ad me, obſecro. Curc. 3. 1. verſ. 28.

Vnde agis? Bacch. 5. 1. verſ. 20. Locutio Comica, omiſſo caſu accuſandi: de quâ vide Donatum in Andr. 4. 2. Virgil. *Seſe Palinurus agebat.* Rectiùs tamen omittitur caſus. Terent. Andr. *Proinde hinc amolimini.* Ibidem. *Quò hinc agis?* Ita etiam uſurparunt Comici *Moveo*: pro, *ire pergo.* Terent. Eun. *Move verò ocyùs, mea nutrix.* Sophr. *Moveo.* Phorm. *Aufer hinc.* hoc eſt, *abi.* Similis ἔλλειψις caſus aliis quoque authoribus frequentata: ut docuit Palmerius in ſuis Spicilegiis pag. 238. primæ Edit. Francofurtenſis.

Nunquam hodie intrò detuli pedem. Mænech. 4. 2. verſ. 66.

Movet formicinium gradum Mænech. 4. 3. verſ. 12. hoc eſt, *tardè incedit.* Sic Catull. *Incedere myrmicè.* Idem inquit, *Cruſculum formica.*

Contrà pariter fer gradum, & confer pedem. Merc. 5. 2. verſ. 41.

At At è fano recipere video ſe Syncerastum. Pœn. 4. 1. v. 5.

Confer gradum contrà pariter. Pſeud. 2. 4. v. 17.

Ingredere in viam doloſè Pſeud. 4. 2. v. 4.

Eum quidem apud carnificem eſt æquius, quàm ad ventrem commeare. Rud. 2. 2. v. 16.

Quid tibi interpellatio, aut in conſilium acceſſio eſt? Trin. 3. 2. verſ. 63.

Celeri gradu ſunt uterq;. Trin. 3. 1. v. 22. *Vide* Lex. Plaut. *Gradu*: ubi hæc formula explicatur, & defenditur contra Taubmannum.

Satin' ſalvè. Trin. 5. 2. verſ. 53. Sic peregrè redeuntes domum, quærebant. Vide Lex. Plaut. *Salvè*: & *Nunquid vis.*

Benene ambulaviſti? Iſt dir es wol auff der Reiß ergangen. Truc. 1. 4. v. 18. Formula, quærens de incolumitate peregre venientis.

Quò tu te agis? Trin. 4. 3. v. 71.

Celeri gradu ſunt uterq;. Trin. 1. 1. v. 2.

Digitized by Google

Quò iter inceptas? Truc.1. 2. v. 27.

Quâ iſte ad vos permenſus eſt viâ? Truc.2.2.v.49.

Septem menſes in haſce ædes pedem nemo intrò tetulit. Moſt.2.2. verſ. 39.

Inſinuare ſeſe ad aliquem. Mil.2.1.v.27.

Inferre pedem. Mil.2.1.v.63.

Agite, amovemini hinc vos intrò nunc iam. Pſeud. 1. 5. verſ. 144.

Concedere aliquantiſper hinc mihi intrò libet. Pſeud. 1. 5. verſ. 158.

Cubitis depulſa de viâ, tranquillam concinna viam. Si rex obſtabit, obviam regem ipſum pervertito. Stich. 2. 2. verſ. 13.

Hæc ubi aperuit oſtium, continuò ſe coniecit intrò. Heaut. 2. 3. verſ. 36.

Incommodum evenit iter tibi. Hecyr.3.3.

Non ſciunt ipſi viam, domum, quâ redeant? Hecyr. 3. 2. verſ. 2[illegible].

Evenit ſenibus ambobus ſimul iter. Phorm.1.2.verſ.15.

Neque queo pedibus meâ ſponte ambulare. Truc. 2. 6. verſ. 46.

Quid cauſa eſt, quin hinc in piſtrinum rectâ proficiſcar viâ? And. 3. 4. verſ. 21.

Quis hic eſt, qui huc pergit? Eunuch.2 1. v. 22.

Concurrunt læti mi obuiam. Eun.2.2.v. 21.

Dum ſequor hanc, fit mihi obviam. Eun.2 3.v.36.

Myſis ab eâ egreditur: at ego hinc me ad forum, ut conveniam Pamphilum. Andr. 1. 3.

Ego me continuò ad Chremem. Andr. 2. 2.

Sed cur tu ab illâ? Andr. 1. 5.

Adeóne ad eum? Soll ich zu jhm gehen? Andr.

Sed ubi quæram? aut quò nunc primúm intendam? Andr 2.2.

Proinde hinc vos amolimini? Gehet hinweg: *nam mi impedimento eſtis.* Andr. 4.2.

Quó hinc te agis? ibidem.

Move ociùs te. Gehe bald. Andr.4.4.

Concede ad dexteram. Andr 4.5.

Concede iſtuc paullulúm. audin? etiam paullulúm. Eunuch. 4. 4.

Tu concede

Tu concede paullùm iſtuc Thraſo. Eunuch. 5.9.
Huc conceſſero : Jch will an diß Orth gehen. Heautontim. 1.1.
Concede hinc paullulúm à foribus iſtorſum, ſodes. Phormio. 5. 1.
Hinc concedam in angiportum. Phorm. 5.6.
Cave quoquam ex iſtoc exceſſis loco. Andr. 4.5.
Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Andr. 1.5.
Accedo ad pediſſequas: id eſt. *adeo illas.* Andr. 1.1.
Deniq; ita tùm diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam neget daturum. Andr. 1.1.
Detineo te fortaſſe? tu profectus aliò fueras, nuſquam. Eunuch. 2. 2.
Cùm huc reſpicio ad virginem, illa ſeſe interea commodùm huc advorterat in noſtram hanc plateam. Eunuch. 2.3.
Vbi primùm poterit, ſeſe illinc ſubducet, ſcio. Eunuch. 4.1.
Abi hinc quò dignus es cum tuis donis tam lepidis. Eunuch. 4.3.
I pre, ſequar. Eunuch. 5.2.
Quò evadat, vide; id eſt, quò progrediatur. Phormion. 1. 2.
Quàm timeo, quorſum evadas. Andr. 1.1.
Heri ſemper lenitas verebar quorſum evaderet. Andr. 1.2.
Triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere: id eſt, ſalvum evadere Heaut. 4.1.
Puer, heus: nemóne huc prodit? Phorm. 1.2.
Introijt in ædes alter alienus canis. Phorm. 4.4.
Ain' veró canis? ſiccine agis? Eunuch. 4.6.
Prodeambulare huc libitum eſt: Jch muß eins da herauß ſpazirren. Adelph. 5.1.
Ceſſon' huc intrò irrumpere. Eunuch. 5.6.
Quidnam properans hinc proſilit? Eunuch. 5. 8.
Propter eam hæc abitio evenit: ſie iſt die Vrſach, daß er von hinnen iſt gezogen. Heaut. 1.1.
Ne abeas longiùs. Adelph. 5 5.
Ibit ad illud illico, quò maximè apud te ſe valere ſentiet: id eſt, *illud arripiet, ſeu in medium afferet.* Heaut. 3.1.
Abi hinc aliquó, quó? quò lubet, vah, quaſi deſit locus: abi ſanè iſtac, iſtorſum, quó vis. Heaut. 3.3.
In' hinc quó dignus es? Packe dich hinweg? Heaut. 4.5.
Aufer te: Adelph 5.8.

I, quid ſtas, lapis, quin accipis? Heaut. 4 6.

Imò abeat potiùs multò quovis gentium. Heaut. 5.1.

Nuſquam pedem. Ich wil nirgends hin. Adelph. 2.2.

Non tu eum rus hinc modò produxe aiebas? id eſt, *iviſſe.* Adelphis 4.2.

Poſtridie ad anum rectâ pergit, obſecrat &c. Phorm. 1.2.

Ilicet. Laſt uns gehen. Phorm. 1.4.

Deos penates hinc ſalutatum domum divortor. Phorm. 1.5.

Auferte hinc. Phorm. 3.3.

Hinc te amove. ibid.

Vbi in gynæceum ire occipio. Phorm. 5. 6.

Ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi. ibid.

Hæcine erant itiones crebræ & manſiones diutinæ Lemni? Phorm. 5. 8.

Modò iſſe dicito me, percunctatum adventum Pamphili. Hecyr. 1.2.

Eſt quod me tranſire ad forum iam oporteat. Hecyr. 2.2.

Modò me intrò ut corripui timidus. Hecyr. 3.3.

Corripui illicò me inde. ibid.

Corripuit derepentè tacitus ſeſe ad filiam. Hecyr. 4.1.

Vxor ubi me ad filiam ire ſenſit, ſe duxit foras: Hat ſie ſich hinauß getrollt. ibid.

Properans hinc proſilijt. Eun. 5.8. v. 6.

Quisnam à nobis egreditur forâs? Heaut. 3.2. v. 58.

Ego iam tranſactâ re convertam me domum cum obſonio. Adelph. 2.4. v. 21.

Perreptavi uſque omne oppidum. Adelph. 4.6. v. 3.

Me citiùs eduxi forâs. Hecyr. 3.3. v. 4.

Exire limen. Hecyr. 3.3. v. 18.

Corripuit ſeſe ad filiam. Hecyr. 1.4. v. 3.

Exire ab aliquo. Hecyr. 5.3. v. 9.

Hac illac circumcurſo, inveniendum eſt tamen argentum. Heaut. 3.2. v. 1.

Vagari magnâ cum catervâ in foro. de orat. l. 1. p. 317.

Domum ſe recipere. Phorm. 5.4.

Gradum facere. de Orat. l. 3. p. 515.

Rhodum ſe contulit. de orat. l. 3. p. 417.

Decedere ex loco. pro Quint. p. 5.

Aſellus omnes provincias peragravit. de Orat. l. 2. p. 420.

Iter conficere. de Orat. l. 2. p. 429.

Digitized by Google

Omnes peragravit inſulas. Brut.p.533.
Tollitur ab Atrijs in Galliam & trans alpes uſq; transfertur. pro Qu.p.4.
Fit magna loci mutatio. ibid. (R.p.21.
Quares eum nocte lunâ tantum itineris contendere coegit. pro S.
Qua ante hac occultis itineribus atq; anguſtijs uti ſolebat, auctoritate veſtrâ etiam patefacitis illuſtrem, ac latam. in Verr. p. 407.
Dabat ſe labori, atq; itineribus, in quibus uſq; eò ſe præbebat patientem, atq; impigrum, ut eum nemo unquam in equo ſedentem videret. in Verr.p.467.
Aditus omnis hominibus ſine ullâ facultate navium non modò disiunctus ſed etiam clauſus fuit. in Verr.p.488.
Ex alto ſin ad urbem ac littora inflectitur. in Ver.p.499.
Cùm ex omnibus provinciis commeatu & privato, & publico prohibebamur: cùm ita clauſa nobis erant omnia maria, ut neq; privatam rem maritimam, neq; publicam iam obire poſſemus. pro Leg.Man.p.648.
Brevi tempore tot loca adire, tantos curſus conficere potuit. Siciliam adijt, Affricam exploravit, inde Sardiniam cum claſſe venit. pro Leg.Man.p. 641.
Vltimas luſtrare terras. Qu. Tuſc.l.4.p.431.
Cur tot regiones Barbarorum pedibus obijt? de Fin.l.5.p.289.
Cur totam terram contueri licebit? Qu. Tuſc.l.1.p.313.
Illa nuper Latio huius opprimendi cauſâ Romam advolavit. pro Aul.Cl.p.10.
Iter ſolenne, legitimum, neceſſarium, ante 13. Calend. Febr. Miloni eſt prodendum Lanuvium ad Flaminem. Milon. 232.
Iter illud ad cædem faciendam apparavit. Mil. 233.
Tu totum te cum tuis copiis ad me contuliſti, Rab.181.
Iter illud, quod tritum eſt in Græciam, non ſine cauſâ vitaſſem. Phil.1.325.
Cæſar Alexandriâ ſe recepit. Phil.2.362.
Me huic itineri tam infeſto, tamq; periculoſo commiſero. Phil. 12. 504.
Iter habebant ad Deiotarum regem. Ep.ad Fam.l.2.p.48.
Iter meum Reipubl. & urbanarum rerum ratio gubernabit. Ep.ad Fam.l.2.p.55.
Iter facere ad exercitum. Ep.ad Fam.l.3.p.66.
Iter in Ciciliam facio per Cappadociam. Ep.ad Fam.l.3.p.69.

Exire

Digitized by Google

Exire ex urbe. Ep. ad Fam. l. 3. p. 91.

Impedire alicuius profectionem. Ep. ad Fam. l. 7. p. 73.

Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, ut ad Comitia curras. Ep. ad Fam. l. 10. p. 306.

Hac re mihi nuntiatâ ſtatim quinque cohortes Pollentiam præmiſi, meumq́, iter eò contuli. Ep. ad Fam. l. 11. p. 333.

Profectionem amore proſequar. Epiſt. ad Famil. lib. 15. pag. 489.

Omnis peregrinatio obſcura & ſordida eſt. Ep. 2. 12.

Nihil unquam de profectione, niſi vobis approbantibus cogitavi. Ep. 2. 15.

Mihi cum imperio in provinciam proficiſci neceſſe eſt. Epiſt. 3. 1.

Simul ac progredi cœpero Ep. 3. 5.

Caſtra movi ab Iconio, &c. Ep. 3. 6. & 10. 15.

Ego ad tabernaculum eius perrexi: id eſt, *proceſſi*. Ep. 4. 12.

Iſthinc ne te moveas: begieb dich nicht hinweg. Ep. 5. 21.

Mehercule non tam ſum peregrinator iam. Ep. 6. 18.

Migrationem feliciter evenire volo Ep. 9. 8.

Romam tibi remigrandum eſt. Ep. 9. 18.

Iter dirigere. Ep. 10. 11.

Per quorum loca mihi feliciter patet, id eſt, *ſine inſidijs tranſirem*: frey durch paſſiren. Ep. 10. 25.

Progreſſus ſum ad tranſalpinos cum exercitu. Ep. 11. 4.

Pollentiam in poſterum diem iter ſuum contulit. Ep. 11. 13.

Meum iter eò contuli. ibid.

Caſſium nunciatum eſt, quatridui iter à Laodiceâ abfuiſſe tùm, cùm Dolobella contenderet. Ep. 12. 13.

Subitum eſt ei remigrare Calend. Quintilib. Ep. 13. 2.

In viam quod te des hoc tempore nihil eſt. Ep. 14. 12.

Si me in Ciliciam demiſiſſem, Ciliciam quidem ipſam facilè tenuiſſem. Ep. 15. 4.

Ego puto te belliſſimè cum Quæſtore Meſcanio decurſurum. Epiſt. 16. 6.

Perge conficere iter reliquum. de Orat. p. 125.

Iter inire. Tuſc. Qu. p. 52.

Ingredi iter. de Senect. p. 208.

Per Epeirum cùm iter eſſet faciendum. Ep. Att. l. 3. p. 87.

Ex eo loco, ſi iter haberem, poſſe me Brunduſium referre, intelligebam. Ep. Att. l. 3. p. 8,.

Quò

Digitized by Google

Quò ego multis de cauſis iter converti meum. Epiſt. ad Att. l. 3. p. 82.

Vobis iter eſt in Aſiam. Ep. Att. l. 3. p. 83.

Pedibus per Macedoniam venire. Ep. Att. l. 3. p. 85.

Iter conficiebamus æſtuosâ & pulverulentâ viâ. Epiſt. Att. lib. 5. p. 150.

In Apuliam ſe compegerat. Ep. Att. l. 8. p. 242.

Nunciat Domitium ad me iter habere. Epiſt. Att. libr. 8. pagin. 247.

Ne ad me iter expeditum tibi ſit. Epiſt. Att. libr. 8. pagina 247. 258.

Cùm eſſem in itinere. Ep. Att. l. 9. p. 274.

Itinera facit. Ep. Att. l. 11. p. 358.

Quæ legiones iter ſecundùm mare ſuperum faciunt. Ep. Att. libr. 16. p. 505.

Pedem in oppido poſuit. in Verr. p. 18.

Deceſſerat ex Aſiâ meus frater, & venienti ad urbem, huic tota civitas obviam proceſſerat. pro Seſt. 35.

Deſignatus iter ad C. Cæſarem pro meâ ſalute ſurrexit. pro Seſt. p. 36.

Illud iter Hiſpanienſe pedibus ferè confici ſolet. pro Vat. pag. 78.

Cuius res omnes clariſſimâ victoriâ terrâ mariq; peragerent. pro Corn. Balbo p. 1 1.

In hoc foro veſtigium facere non licet. pro Rab. 281.

Oppreſſis municipijs ultimam Galliam penetrare potuit. Phil. 5. p. 421.

Advolabat ad urbem homo impotentiſſimus. Phil. 5. p. 423.

In Macedoniam alienam advolavit. Phil. 11. p. 489.

Cùm è Pompejano me Romam recepiſſem. Ep. ad Att. l. 1. p. 41.

Eunti mihi obviam venit tuus puer. Ep. Att. l. 2. p. 44.

Neq; ſibi obviam quenquam prodire potuiſſe. Ep. Att. l. 2. p. 46.

Malis iter facere pedibus. Ep. Att. l. 5. p. 143.

Pedem portâ non plus extulit, quàm domo ſuâ. Epiſt. Att. lib. 7. p. 221. Et lib. 8. p. 235.

Vt Brunduſium contenderemus. Ep. Att. l. 8. p. 250.

Cùm iter ad Mutinam dirigerem. Ep. ad Fam. l. 10. p. 287.

Verti me à Minturnis Arpinum verſus. Epiſt. Attic. lib. 16. p. 504.

Cùm totum iter & navigationem conſumſiſſet. Acad. Q. l. 2. p. 3.

Digitum

Digitum progredi non poſſe. Acad.l.2.p.59.

Migrationem feliciter evenire volo. Acad.Qu l.2.p.77.

Remigrare in domum veterem è novâ, quàm nobis in novam à vetere. Acad.Qu.l.1.p.81.

Fortuna afficit multa improviſa hæc neque opinata nobis, propter obſcuritatem, ignorantiamq; cauſarum. Acad. Qu. lib. 1. p. 89.

Fortunæ ſtabilitate confidere. Qu. Tuſc. l. 5. p. 466.

In rebus proſperis, & ad voluntatem noſtram fluentibus, ſuperbiam magnoperè, faſtidium, arrogantiamq; fugiamus. 1. Offic. p 36.

Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ dari oportet. 1. Off p 37.

In omni actione atq; adminiſtratione Reipub. floruiſſemus. Epiſt. 1. 9.

Quantacunq; tibi acceſſiones fient, & fortunæ & dignitatis. Ep. 21. 1.

Quid eſt cauſæ, cur mihi non in optatis ſit, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis. Ep. 2. 12.

Collectam gratiam hominis florentiſſimi effundere. Ep. 2. 15.

Nos qui domi ſumus, tibi beati videmur. Ep. 4. 4.

Sed tu præ nobis beatus. ibid.

In quâ urbe gratiâ, auctoritate, gloriâ floruimus. Ep. 4. 14.

Et ipſe beatus eſſet, & omnes boni Ep. 5. 21.

Nobis quidem ipſis diſplicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amiſſis. Ep. 7. 34.

Si noſtris conſilijs uſi eſſemus, beatiſſimè viveremus. Epiſtol. 14. 1.

Fortunæ Adverſæ. Infortunij. Infelicitatis. Mali. *Vide etiam* Damni & Ægritudinis. Ærumnæ.

Vbelſtandt/Vnglück.

Nimis proventum eſt nequiter. Men. 5. 5. v. 61.

Tanta in te impendent ruinæ. Epid. 1. 1. v. 77.

Illic

Illic homo à me ſibi malam rem arceſſit iumento ſuo. Amph. 1. 1. v. 170. Proverbialis eſt locutio, ducta ab oneribus, quæ iumentis imponi ſolent, h. e. qui ſuâ operâ ſuaq; impenſâ ſibi malum quærit.

Itaq; in te irruunt montes mali. Epid. 1. 1. v. 78. Vide Lex. Plaut.

Non ego iſtuc facinus mihi, mulier, conducibile eſſe arbitror. Bacc. 1. 1 v. 18.

Tu quidem Theſaurum mihi apportaviſti mali. Merc. 1. 2. v. 51. Vide Lex. Plaut.

Homo me miſerior nullus æquè eſt, opinor, neq; adverſa cui ſunt plura ſempiterna. Men. 2. 3 1. & 2.

Quantum malarum rerum ſuſtineam. Merc. 2 4. v. 8.

Montes tu quidem mali in me ardentes iamdudum iacis. Merc. 3. 4. v. 31.

Theſaurum neſcio quem memoras mali. Merc. 3. 4. v. 56.

Ædepol ne ille oblongis malis dedit mihi magnum malum. Merc. 3. 4. v. 58.

Iureiurando malo quærunt rem. Pſeud. 1. 2. v. 63. *h. e.* à malo, permalum, & damnum alicuius. Moſt. 4. 1. v. 6.

Ne malus item erga me ſit, ut erga illum fuit. Pſeudol. 4. 3. v. 4.

Quadrigas ſi nunc inſcendas Iovis, atque hinc fugias, ita vix poteris aufugere infortunium. Amph. 1. 1. v. 297.

Cœnare malum. Aſin. 5. 2 v. 86.

Non ego te nunc macto mediocri infortunio, Curcul. 4. 3. verſ. 11.

Comparare alicuius magnum malum. Caſ. 2. 8. v. 5.

Omnibus exemplis crucior, omnia me mala conſectantur, omnibus exitijs interij. Bacch. 5. 1. v. 6. & 7.

Rei meæ peperi infortunium. Bacch. *ſc.* Dij immortales. verſ. 19.

Metuo illæc mihi res ne magno malo fuat. Mil. 2. 6. v. 12.

Magno atq; ſolido mactat infortunio. Mercat. Prolog. verſ. 21.

Si malus aut nequam eſt, malè res vertunt, quas agit. Perſ. 4. 1. verſ. 5.

Perij, interij, peſſimus mihi hic dies illuxit. Perſ. 5. 2. v. 8.

Mactare aliquem infortunio. Truc. 4. 2. v. 151.

Rem, fidemq;, noſq; perdidimus. Truc. 1. 1. v. 38.

Sicilia

Digitized by Google

Sicilia plus mali dedit. in Verr.p.233.

Minuerunt ſociorum vulnera, vident eorum calamitates, quarimonias audiunt. pro Leg.Man.p.654.

Incommodè mihi nuptijs evenit. Hecyr.3.5. v.40.

Verum nimia illac licentia profectò evadet in aliquod magnum malum. Adelph.3.5.v.36.

Peiore res loco eſſe non poteſt, quàm in hoc, quo nunc ſita eſt. Adelph.3.2.v. 45.

Vſq; ero domi, dum Lenoni coxero malum. Perſ.1.1.v.2.

Devitare malum. Andr.3.5 v.5.

Huic malo aliquam producam moram. And.3.5.v.9.

Si qui eſſem nihil eveniſſet mali. Andr 3.4 v.25.

Adeon' hominem invenuſtum eſſe aut infelicem quenquam, ut ego ſum? Andr.1.5.

Neq; quemquam hominem eſſe ego arbitror, cui magis bona felicitates omnes adverſæ ſint. Eunuch.2.3.

Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo ſatis decernere, niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis. Adelph.4.2.

Mihi Deos ſatis ſcio fuiſſe iratos, qui auſcultaverim. Andr.4.1.

Memini, relinqui me, Deo irato meo. Phorm.1.2.

Haud auſpicató huc me appuli. Andr.4.6.

Tam incommodé illis fors obtulerat adventum meum. Hecyr. 3.3.

Faxo tali eum mactatum, atq; hic eſt, infortunio. Phorm. 5.8.

Si attigiſſes, ferres infortunium: Es ſolte dir nicht wol bekommen. Adelph.2.1.

Niſi fallit me animus, haud multùm à me aberit infortunium. Heaut.4.1.

Itáne es paratus facere me adverſum omnia, infelix? Phorm. 2.2.

Omnes cùm ſecundæ res ſunt maxumè, túm maxumè meditari ſecum oportet, quo pacto advorſum ærumnam ferant, pericula, damna, exilia. Phorm 1.5.

Quibus id maximè utile eſt, meum filium eſſe quám deterrimum. Andr.5.1.

Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet, ut malis gaudeant, &c. Andr.4.1.

Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. Andr.1.1.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria gravida eſt, &c. Andr.1.3.

Ah, neſ-

Digitized by Google

Ah, neſcis quantis in malis verſer miſer. Andr. 4. 1.
Non poſſe iam ad ſalutem converti hoc malum. ibid.
Hoc malum integraſcit: wirt wider new. Andr. 4. 2.
Facilè hîc plus mali eſt, quàm illic boni. Andr. 4. 3.
Profectò quanto magis magisq́; cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum: ita mî video ab eâ aſtutè labefactarier. Eunuch. 3. 3.
Etſi mihi magnum malum ſcio paratum. Eunuch. 5. 5.
Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum. Eunuch. 5. 6.
Id gaudeo, propter me hiſce aliquid eſſe venturum mali. ibid.
Neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali. Heautontim. 4. 1.
Tantum deveniſſe ad eum mali. Heaut. 4. 4.
Heu, metuo lenonem: ne quid ſuat ſuo capiti. Phorm. 3. 2.
Tum eſſe hoc mî obiectum malum. ibid.
Nec cum huiuſmodi unquam uſus venit ut conflictarer malo. ibid.
Non triumpho ex nuptiis tuis, ſi nil nanciſcor mali: ni etiam nunc me huius quærere cauſâ in malo iubeas crucem. Phorm. 3. 3.
Hoc mî unum ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum ſi puerum ut tollam, cogit. Hecyr. 4. 1.
Dij mala prohibeant! Ey was du ſagſt/daß der Himmel nicht einfalle. Hecyr. 2. 1.
Ex incommodis alterius ſua comparare commoda. Andr. 4. 1.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum eſt ferre. Hecyr. 5. 3.
Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caves? Heaut. 5. 1.
Nempè incommoditas deniq; huc omnis redit: ſi eveniat, &c. Andr. 3. 5.
Incommodè mihi nuptiis evénit: Es iſt mir nicht wol bekommen/ daß er ein Weib genommen hat. Hecyr. 5. 3.
Herus damno auctus eſt: quia ſcil. *ei nata puella.* Heautontim. 4. 1.
Næ ille haud ſcit, hoc paullum lucri quantum ei damni apportet. Heaut. 4. 3.
Ex eâ re plus mali eſt, quàm commodi utriq;. Andr. 3. 3.
Obſonat, potat, olet unguenta de meo: mit meinem Schaden. Adelph. 1. 2.

Digitized by Google

In eandem fraudem ex hac re atq; ex illâ incides. Heaut. 3.1.
Malo quidem me dignum quovis deputem. Heaut. 1.1.
At tibi dij dignum factis exitium duint. Andr. 4.1.
Heu metuo lenonem, ne quid ſuat ſuo capiti: daß er nicht etwas böſes wider jhn ſtiffte/nemlich wider den Phædriam. Phor. 3.2.
Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc ſi evito hoc malum. Andr. 3.5.
Spero dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis. Andr. 3.3.
Tot res repentè circumvallant, unde emergi non poteſt. Adelph. 3.2.
Non ſine magno intertrimento: id eſt, damno. ibid.
Ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem: id eſt, ad damnum inferendum. ibid.
Ipſa egreditur noſtri fundi calamitas. Eunuch. 1.1.
Iſtac in me cudetur faba. Eunuch. 2.3.
Hoccine de improviſo mali mihi obijci tantum, ut neq; quid faciam, neque quid agam, certum ſiet? Adelph. 4.4.
In magnum ego malum veniam. Hecyr. 3. v. 55.
Ego in eum incidi infelix locum. Phor. 1. 3. v. 23.
Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impendent mala. Phorm. 1.4. v. 2.
Meditata ſunt mihi omnia mea incommoda. Phor. 2.1. v. 18.
Mactare aliquem infortunio. Phorm. 5.9 v. 39.
Hoc quoq; vobis accidit incommodum. pro Quin. p. 1.
Tot tantisq; difficultatibus affectus atq; afflictus. pro Quint. pag. 3.
Videte quàm verſa & mutata in peiorem partem ſint omnia. pro Roſc. Amer. p. 72.
Temporibus miſeris ac perditis verſari. in Ver. p. 790.
Naufragium fortunarum alicuius & navem afflictam. pro Cœl. p. 16.
Quod ſi meis incommodis lætabantur, urbis tamen periculo commoverentur. Seſt. 28.
Fecit quidam caſus caput meum quaſi certaminis cauſa in mediam contentionem, diſſenſionemq; civilem. Epiſt. Fam. lib. 1. p. 16.
Nihil eſt tam miſerum, quod non in noſtram fortunam cadere videatur. Ep. Att. l. 3. p. 83.
Omnem infelicitatem in dolore ponere. de Fin. l. 2. p. 164.

Magno

Magno malo eſt omnibus avaritia. ad Heren. l. 2. 42.
Si quem reperias, cui aliquid mali faucibus afflare poſſit. ad Her. lib. 4. p. 125.
Tantum mali ſibi conſtituit. in Verr. p. 182.
Plus mali naſcitur, quàm, &c. in Verr. p. 416.
Omnibus malis illo anno ſcelere Conſulum Reſpublica eſt confecta. Seſt. 27.
Integraſcit quotidie inteſtinum malum Brut. p. 542.
Si aliquod æternum & infinitum manum nobis impendere opinemur. de Fin. l. 1. p. 119.
Si aliud quidpiam depulimus mali. de Natur. Deor. l. 3. pag. 151.
Nihil mali incidere poſſe ſapienti. de Fin. l. 3. p. 191.
A Deo quaſi mali alicuius impendentis ſignum eſt datum. de Divin. l. 1. p. 206.
Cum in mala ſcientes ruunt. de Finib. l. 5. p. 261.
Multis malis oppreſſum eſſe. de Finib. l. 5. p. 285.
Malis quibusdam affectum eſſe. ibid.
Mala virtutis magnitudine obruebantur. de Finib. libr. 5. pag. 291.
Quantum malum ex humanâ conditione deiecerit. Qu. Tuſc. l. 1. p. 300.
Carere omni malo. Q. Tuſc. l. 1. p. 305.
Molem mali meditari Q. Tuſc. l. 3. p. 388.
Adverſam ærumnam ferre. Qu. Tuſc. l. 3. p. 389.
Præſentibus malis gemere. Qu. Tuſc. l. 2. p. 366.
Alieno malo gaudere. Qu. Tuſc. l. 3. p. 384.
Malorum obliviſci. Qu Tuſc. l. 3. p. 391.
Ei ſummam per iniuriam omnia infeſta, atq; inimica ſunt. pro Q. p. 5.
Præclarè mecum agitur. in Verr. p. 156.
Quoniam ita tulit caſus infeſtus. pro Syll. 307.
Fractum eſſe calamitate atq; afflictum. pro Sylla 313.
Nulla eſt acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur. Ep. 2. 15.
Quæ cogitatio, vi tempeſtatum, & concurſu calamitatum, erat aliquantum labefactata. Ep. 5. 13.
Nemo tam afflictus, &c. Ep. 6. 1.
Quo in bello nihil adverſi accidit non prædicente me. Ep. 6. 6.

Digitized by Google

Vide quaſo, ſatiſne rectum ſit, nos hoc tanto incendio civitatis in iſtis locis eſſe, id eſt, *quaſſatione, perturbatione & calamitate.* Ita enim ferè Cicero miſeriam Reipub. incendium vocat, & tempeſtatem. Epiſtol. 9 3.

Oro ut homines miſeros, & fortunâ magis quàm culpâ calamitoſos, conſerves. Ep. 9. 13.

Mihi crede, ſingulares huic municipio calamitates accidiſſe. Iſt ſonderlichen unfall geraten. Ep. 13. 8.

Me miſerum, me in tantas ærumnas propter me incidiſſe. Ep. 14. 1.

Ornatum eſſe ærumnis. pro Sylla p 327.

In adverſis ſine ullo remedio, atq; allevamento permanere. pro Syll. p. 333.

Fortunæ ſe committere, in eius periculis eſſe, ac varietate verſari. in Verr. p. 343.

Pœnitere aliquem ſuæ fortunæ. Ep. ad Fam. l. 6. 151.

Fortunæ graviſſimo percuſſus eſt vulnere. Acad. Quæſt. l. 1. p. 81.

Fortunæ modicè ferre iniurias. de Divin. l. 1. p. 81.

Fortunam conqueri adverſam, non lamentari decet. Qu. Tuſc. l. 2. p. 368.

Fortunæ fulmina contemnere. Qu. Tuſc. l. 2. p. 374.

Fortunæ impetu terreri. Qu. Tuſc. l. 5. p. 462.

Iniurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 495.

Minùs patent multa in eorum vitâ, quæ fortuna feriat. 1. Offic. p. 30.

Conſtantis animi eſt, non perturbari in rebus aſperis, nec tumultuantem de gradu deijci. 1. Off. p. 33.

A malis naturâ declinare. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 419.

Malo oppreſſum iacere. Q. Tuſc. l. 4. p. 429.

Mala æquo animo ferre. Qu. Tuſc. l. 4. p. 439.

Propter mala is quidem angatur ibid.

Malis omnibus urgeri. Qu. Tuſc. l. 5 p. 459.

Quo in genere multum mali etiam in exemplo eſt. Off. l. 1. pag. 56.

Modò etiam hoc malum in Rempublicam invaſit. Off. libr. 2. p. 995.

Frequen-

Frequentiæ.

Voll/Volckreich/Anzehlig/Wolbeſetzt/Offt/Stets.

F*requentes fuimus omninò ad ducentos*. Qu. Fr. 306.

Refert etiam, qui audiant, frequentes an pauci, an ſinguli. de Or. 162. b

Senatus continuò eſt convocatus, frequensq́ convenit. Epiſtol. 151. a

Nunquam tam frequens collegium iudicavit. de Ar. 246. b

Idq́ frequentiſſimo theatro incredibili plauſu comprobatum eſt. de U. 91. a

Nullâ in concione unquam frequentior fuit populus Rom. in Acad. 155.

Frequens enim te audivi atq́ adfui. de Or. 106. a

Eo tempore Roſcius erat Romæ frequens, atq́ in foro & in ore omnium quotidiè verſabatur pro S. R. 21. a

Demoſthenes frequens fuit Platonis auditor. Orat. 198. a

Nos in hoc genere frequentes fuimus. Orat. 113. a

Vt Hortenſius Conſul deſignatus domum reducebatur è campo cum maximâ frequentiâ à multitudine. Att. 69. b

Tabulas in foro ſummâ hominum frequentiâ exſcribo. in Verr. 147. a

Habet quotidianam amicorum aſſiduitatem & frequentiam. Q. de Pet. 205. b

Non enim tribum Terentiam, de quâ &c. ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerunt. pro Pl. 263.

Cùm hic Dorilenſis efferetur magnâ frequentiâ conſeſſuq́ veſtro. pro Flac. 154. b

Thucydides creber eſt rerum frequentiâ. de Or. 113. a

De epiſtolarum frequentiâ nihil te accuſo. At. 63. b

Verbi tranſlatio inſtituta eſt inopiæ cauſſâ, frequentata delectationis. de Or. 157. a

Diſtinguenda & frequentanda eſt omnis oratio luminibus verborum. de Or. 61. b

Acervatim multa frequentare. Or. 204. b

Has frequentat Phalereus maximè. ibid. 205.

Frigoris. Hyemis. Glaciei. Nivis.

Kelt/ Winter/ Eyß/ Schne.

Vim frigorum, hyememq; quam nos vix huius verbis ſuſtinuimus, excepimus. pro C.Rab.p.279.

Eadem Epiſtolâ petebas, ut eos quamprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem. Ep.Fam.l.3.p.69.

Frigore lædi. de Nat.Deor.l.2.p.102.

Frigore rigere. Qu. Tuſc.l.1.p.323.

An frigus propulſare poſſimus. de Fin.l.4 p.147.

Caucaſi nives, hyemalemq; vim perferunt ſine dolore. Qu.Tuſc. l.5.p.480.

Fortunarum. *Vide* Divitiarum.
Fraudis. *Vide* Doli.
Fructûs. Commodi *Vide Tit.* Vtilitatis.

Frumenti. Fructuum. *Vide etiam* Annonæ.

Frucht/ Korn.

Hoc tempore ipſo populum annonæ caritate, frumento ſuppeditato levaverunt. Corn.141.

Magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopiâ & fame. Off.l.3.p.119.

Ager qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges ſolet. de Cla.166.a

Cùm ager, id quod perrarò evenit, cum decimo extuliſſet. in Verrem 172 a

Id perdere aratorem, quod agri ſegeteſq; extuliſſent. in V.193.a

Quæ efferunt aliquid ex ſeſe, perfectiorem habent naturam, quàm ea, quæ ex his efferuntur. de N.43.a

Segetes fœcunda effundunt herbas inimicas frugibus. Orat. 201.2

Effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris. cont. Rul. 84. 2

Fruſtra. Operæ Fruſtraneæ. Rei Fruſtraneæ & Irritæ. Laboris Fruſtranei.

Vergebliche Arbeit.

Hominem inter vivos quæritamus mortuum. Menæc. 2. 1. v. 15.

In ſcirpo nodum quæris. Men. 2. 1. v. 22.

Salva extra pretium, tùm pol oleum & operam perdidi. Pœn. 1. 2. v. 119.

Propter amorem omnem operam perdis. Pœn. 4. 2. v. 58.

Nihil agis, verba dare ſperas mihi poſſe, furcifer. Rud. 4. 3. v. 57.

Non temerarium eſt. Aul. 2. 2. v. 7.

Ego faxo operam & vinum perdiderit ſimul Aul. 3. 6. v. 41. Vbi alluditur ad vulgatum Proverb. *Operam, & oleum perdere*, Cic. ad Att. 8. 17.

Fruſtra operam hanc, opinor, ſumo. Heaut. 4. 3. v. 15.

Laborem inanem ipſus capit & illi moleſtiam adfert. Hecyr. 3. 2. v. 9.

Paſcere oculos. Phorm. 1. 2. v. 35.

Actum agere. Phorm. 3. 2. v. 72. & Adelph. 2. 2.

Verba fiunt mortuo. Phorm. 5. 9. v. 26.

Quid conterimus operam fruſtra? Phorm. 1. 4.

Laterem lavem. ibid.

Atq; aliquis dicat, nihil promoveris: Es wirt umb ſonſt ſeyn. Andr. 4. 1.

Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebamini, ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel: quaſi dicat, fruſtra ſumſiſtis hunc laborem eundi ad me. Phorm. 5. 7.

Ipſe Pompeius confitetur ſe, & operam, & oleum perdidiſſe. Ep. 7. 1.

Digitized by Google

Sed quid ego hæc ad te, cuius domi naſcuntur? γλαῦκ' εἰς ἀθήνας. Ep.9.3.

Non dubito quin perſpicias, ſi aliquid firmitatis nactus ſit Antonius, omnia illa tua præclara in Repub. *merita, ad nihilum eſſe ventura.* Ep.11 12.

Meæ illæ vehementes conciones, tanquam σκιαμαχίαι eſſe videntur: h. e., *pugna in umbris & larvis.* Ep.11.14.

Ad nihilum omnia recidunt Orat.ad Brut.p.696.

De ſpe cadere. pro Cn. Plan.p.521.

Nec ullâ ſpe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt. Ep.Fam.l. 10. p.284.

Fruſtrandi. *Vide* Doli.

Fugæ. Fugiendi Celeritatis Properandi. Currendi, Abeundi. *Vide etiam ſupr.* Aufugiendi. Feſtinandi.

Flichen/Flucht geben/Außweichen/Verkriechen.

F*ugam tamen nemo in ſe convertitur.* Amph.1.1.v.81.

Perduelles penetrant ſe in fugam. Amph.1 1.v.93.

Quadrigas ſi nunc inſcendas Iovis, atq; hinc aufugias, ita vix poteris aufugere infortunium. Amph.1.1.v.149. *h. e. celerrimè* κατ' ὑπερβολήν. Sic. Aſin.2.2. v.13. *Nunquam edepol quadrigis albis indipiſcet poſtea.* & Pœn.1.2.v.56. *Niſi ego illum iubeo quadrigis curſim ad carnificem rapi.* ibid.3.1.v.64. *Hoc citò, & curſim eſt agendum: properate quantum poteſt.* Et Aul. 4.1.v.14. *Quod homo iubeat, citis quadrigis citius properat perſequi.*

Tempus eſt ſubducere me hinc. Aſin.5.2.v.63.

Fugias manibus demiſſis domum. Epid.3.4.v.16.

Fugare oculos alicuius. Aul.4.4.v.32.

Declinavi me extra viam. Aul.4.8.v.11.

Fugiendi ſi data occaſio eſt. Capt.1.2.v.12.

Avis me conſimilem faciam. Capt 1.2.v.14.

Vos fugam fingitis. Capt.2.1.v.14.

Digitized by Google

Fugitivos imitari haud nos decet. Capt.1.1.v.16.
Date veniam mihi noti, atq; ignoti, & de viâ ſecedite. Curc.7.3. v.12 & 11.
Dare ſe in fugam. Caſ.5.3.v.13.
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum auffugit. Ciſt.1.3. verſu 13.
Me continuò contuli protinus in pedes. Bacch. 3. 1. verſu 5.
Exercent ſeſe, ad curſuram fugiunt. Moſt.4.1.v.1.
Menechmus ſeſe ſubterduxit mihi. Men.3.1.v.1.
Abripuit ſeſe repentè ſubitò. Men.2.2.v.21.
Charinum ex fugâ retrahit. Merc. Arg.1.
Ita ſunt turpes credo ecaſtor: Venerem è fano fugent. Men. 1. 2. v. 111.
Quas tu vides colubras? quid tam iracundus? Stich. 2. 2. verſ. 51.
Cavet, ne effugiant piſces. Truc.1.1.v.16.
Iam ornabat fugam. Eunuch.4.4. v.17.
Ego me in pedes. Eun.5.2. v.5.
Miſerrimus fui fugitando. Eunuch.5.3. v. 8.
Aliquid convaſaſſem, atq; hinc me conijcerem protinus in pedes. Phorm.1.4.v.1.
Fugam parare. Phorm.1.4.v.14.
Ita fugias, ne præter caſam, quod aiunt. Phorm.5.2.v.3.
Confugere ad aliquem. Brut.p. 579.
Ex hoc loco repulsâ vi, & gratiâ, locum ubi conſiſtit, reperire non poterit. pro Quin.p.2.
Dare ſe in fugam. in Verr.p.471.
Quibus ſeſe vitam per fratris ſui fundum dediſſe dixit, quâ effugere poſſit. Pro Cæl.p.596.
Qui volunt pœnam ſubterfugere, aut calamitatem, eò ſolùm vertunt. hoc eſt, *Sedem ac locum mutant. Confugiunt quaſi ad aram in exilium, qui ſi in civitate legis vim ſubire vellent, civitatem non prius, quàm vitam amitterent.* Pro Cæcin. pagina 625.
In fugam atque latebras aliquem impellere. pro C. Rab. pagina 160.
Se in fugam coniecerunt. Pro Cæl.120.
Tu illum in foro, inſpectante populo Rom. gladio ſtricto inſecutus es. Phil.2. p.340.

Digitized by Google

Agmine quadrato cum gladijs ſequuntur. Phil.2.p.379.
Vt fugam intercludat. Ep.Att.l.7.p.227.
Ad fugam hortatur amicitia Cnei. Ep.Att.l.7.p.229.
Ne me dem incerta & periculoſa fuga. Ep.Att.l.7.p.229.
In fugâ omnes ſunt. Ep.Att.l.7.p.230.
A conſilio fugiendi abſum. Ep.Att.ibid.
Fuga, qua parabitur, repulſa eſt. Ep.Att.l.7.p.231.
Salutem fugâ adipiſci. Quæſt.Tuſc.l.3.p.404.
Reliquos aiebant fugiſſe. Ep.4.12.
Servus fugitivus. Ep.5.9.
Eum hinc perfugiſſe. Ep.7.31.
Vt honeſtè effugere poſſit. Ep.9.9.
Copias omnes eius delevit, fugavitq́. Ep.10.30.
Balbus Quæſtor duxit ſe ab Gadibus. Ep.10.32.
Quis erat, qui quicquã timeret, profligato illo, te liberato? Ep.11.12.
Vtrumq; me præſtaturum ſpero, ne aut Ventidius elabatur. Ep.11.9.
Legati Dolobellæ à claſſe diſceſſerunt, naviq́; longâ profugerunt. Epiſt.12.15.
Ibi cognovi partem navium Dolobellæ diffugiſſe. ibid.
Dionyſius ſervus meus aufugit. Ep.13.78.
Diffugiunt, qui ſunt, metu oblato. Ep.15.1.

Fugandi. *Vide* Arcendi.
Fundi. *Vide* Agriculturæ.

Funditùs.

Gründlich/ Auß dem Grund herauß.

V*Sq; ab radicibus.* Aul.2.2.v.72.
Omnia veſtra malefacta repperi radicitùs, non radicitùs quidem hercle, verùm etiam eradicitùs. Moſt.5.1.v.263.

Fulminis.

Fulminis, Tonitru. *Vide* Tempeſtatis.

Donner/ Hagel/ Bliz.

S*Trepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus, ut ſubitò, ut properè, ut valide tonuit!* Amph. 5.1.v.10.

Continuò contonat ſonitu maximo ædes, primò ruere rebantur tuas: ædes tota conſulgebant tua, quaſi eſſent aurea. Amph. 5.1.43.

Is fulmine percuſſus dicitur humatus eſſe Cynoſuris. de Nat. Deor. l.3.p.138.

Hunc igitur nec Olympius Iuppiter fulmine percuſſit. De Nat. Deor.l.3.p.150.

Aut cum terribili percuſſus fulmine civis. De Nat. Deor. libro 1. p. 165.

Non enim te puto eſſe eum, qui Iovi fulmen fabricatos eſſe Cyclopas in Ætnâ putes. de divin.l.2.p.228.

Si iſta Iuppiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret. de divin.l.2.l.229.

Quid enim proficit, cùm in medium mare fulmen iacit. de Div.l. 2.p.229.

Romulus & Remus cum altrice beluâ vi fulminis ictî conciderunt. ibidem.

Romulus fulmine ictus. de Divin.l.2.p.230.

Fundamenti.

Grundt/ Fundament legen.

F*Vndamenta iacta confirmandi Senatus.* Ep.1.9.

Ieci fundamenta ſalutis tuæ. Ep.10.29.

Pietas fundamentum eſt virtutum omnium. pro Planc.p.420.

Virtutum omnium fundamenta vos in voluptate ponitis. de finibus. p.321.

Agere fundamenta. pro Milo.p.56.

Fun-

Fundamenta Reipub. ieci. l.12.p.578.

Paulò antè iacta ſunt fundamenta. Acad.l.7.p.22.

Totius quaſi rationis fundamenta cognoſcere. Acad. lib. 2.pagina 25.

Mihi ita perſuaſi, Romulum auſpicijs, Numam ſacris conſtitutis fundamenta ieciſſe noſtræ civitatis. De Nat.Deor.libro 3 pagina 119.

Neq; intelligunt, ſe rerum illarum pulchrarum atq; admirabilium fundamenta ſubducere. de fin.l.4.p.231.

Funeris. Sepulturæ. Exſequiarum. Parentaliorum. *Vide etiam Tit.* Mortis.

Leicht / Begräbnüß / Abſterben / Todtenbegängnüß / Zu grab tragen / Beſtettigen.

P*Oſtquam ille uxori iuſta fecit.* Ciſt.1.3.28.

Tum tu idem, optumum eſt, l ces efferendum. nam iam credo mortuus eſt. Aul.3.6.v.29.

Nobis veruina eſt domi, quâ te faciam confoſſiorem ſoricinâ naniâ. Bacch.4.8.v.48.

Perendie forâs efferetur. And.2.1 v.34.

Vnà aderat frequens, curabat unà funus. And.1.1.v.79.

Hic parva conſuetudinis causâ mortem huius tam fert familiariter. And.1.1.v.82.

Eius causâ in funus prodeo. And.11.86.

Effertur ſcilicet funus, imus. And.1.1 88.

Funus interim procedit. ſequimur, ad ſepulcrum venimus, in ignem poſita eſt. And.1.1.96.

Adiuvare funus. Phorm.1.2.49.

Huic acerbiſſimum vivo videntiq; funus ducitur, quò amici conveniunt ad exequias cohoneſtandas. pro Quint.17.

Exequias alicuius proſequi. pro A.Cluent.p.90.

Funeri Tyranni ſceleratiſſimi præfuiſti. Phil.2.p.372.

Eorum oſſa terra tangit, ad ſaxa mortui conquieſcunt. Pro Sex. p. 61.

Moneri

Moneri viſus eſt ab eo, quem ſepulturâ affecerat. de Divin. lib. 1. pag. 129.

Ab Athenienſibus locum ſepulturæ impetrare non potui. Epiſtol. 4. 11.

Funus ei ſatis amplum faciendum curavi. ibid.

In nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academia locum delegimus, ibiq; eum combuſſimus, poſteaq; curavimus, ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum curarent. ibid.

Venerat in funus, cui funeri ego quoque operam dedi. ad Attic. l. 15. p. 321.

Ducere funus. de Orat. p. 476.

Cn. Lucullus matrem efferebat. At. 238. a

Cur Maximus extulit filium conſularem? de N. 76. a

Efferri ante lucem. de Leg. 183. b

Cùm pupillum filium ipſe penè in humeros ſuos extuliſſet. de Orat. 104. b

Cùm caſu in eâdem cauſſâ cum funere efferretur anus Iunia. de Or. 129. b

Si Cæſar funere elatus eſſet. Att. 226. b

Cùm tuâ rogatione funere elata reſpub. eſt. pro Domo 221. b

Studioſè eorum ſepulcra contemplor. de leg. lib ſecundo pagina 320.

Sepulcrorum ius tueri. de leg. l. 2. p. 345.

Septum undiq; & veſtitum vepribus & dumetis indagavit ſepulcrum. Quæſt. Tuſc. l. 5 p. 475.

Furandi. Furti. Auferendi. Spoliandi. Surripiendi. Rapinæ.

Diebſtal/ Stelen/ Vertragen/ Nemen/ Entwenden/ Entziehen/ Beſtelen/ Rauben/ Berauben.

A*Vrum inſpicere vult, an ſurreptum ſit.* Aul. Prol. verſ. 39.

Ego

Digitized by Google

Ego iſtos novi Polypos, qui ſibi, quicquid tetigerint, tenent. Aul. 2. 2. verſ. 22.

Aurum harpagatum eſt. And. 2.2.v.24.

Homo trium literarum. Aul. 2.4.v.51.

Vulcano ſtudere. Aul. 2. 6.v.10.

Furum impleviſti in ædibus omnes angulos; miſerè mihi immiſiſti coquos. Aul. 3.6.v.16.

Minùs iam furtificus ſum, quàm antehac. Epid. 1.1.v.10.

At ille ſuppilat mihi aurum, & pallam, ex arcis, me ſpoliat, mea ornamenta clam ad meretrices degerit. Men. 5. 2.v.52.53.54.

Homo furti ſe aſtringet. Pœn. 3.4.v.27.

Curculio mihi annulum ſurripuit. Cur. 4.4.v.28.

Ibi me arripit quis, quo pacto me abſtulerit, dicere non poſſum. Cur. 5.2.v.50.

Vbi is homo, qui te ſurripuit? Cur. 5.2.v.52.

Vt Lenoni ſurripiam muliérculam. Pſeud. 2.3.v.9.

Nunc huc introibo, viſum heſternas reliquias quiérunt rectè necne; num infuerit febris, operta ne fierent, num quis obreptaverit. Perſ. 1. 2.v.25.26.27.28.

Hanc modò uxori intus pallam ſurripui. Men. 1.2.v.21.

Meo malo à malâ abſtuli hæc. Men. 1.2.v.4.

Vbi vir compilet clanculùm, quicquid domi eſt. Men. 4.2.

Trahere, exhaurire me, quod quirem, ab ſe domum ratione poſſimâ. Merc. Prol.v.55. & 56.

Averti prædam ab hoſtibus noſtrûm ſalute ſociûm. Menæch. 1..225.

Hunc hodie poſtremum extollo meâ domo patriâ pedem. Merc. 5. 1. verſ. 2.

Vſus, fructus, victus, cultus, iam mihi harunce ædium interemtus eſt. Merc. 5.1.v.3.& 4.

Is me ſcelus auro uſq; attondit dolis doctis. Bacch. 5.1.v.9.

Benè ego ab hoc prædatus ibo. Pſeu. 4.2.v.39.

Proin tu Pſeudolo nuncies abduxiſſe aliam prædam. Pſeu. 4.7.verſ. 100.

Mihi iſtac videtur prædatum iviſſe. Rud. 4.7.v.16.

Benè ego hinc prædatus ibo. Rud. 4.8.v.29.

Efficias id quod decet, rem tuam iſtam exinanis. Truc. 4. 2. verſu 2.

Hanc ſpes eſt hodie exinaniri. Truc. 4.4.v.33.

illic

Digitized by Google

Illic pulchram prædam agit, ſi qui illam invenerit. Aul. 4. 23.

Extexam ego illum pulchrè. Bacch. 2. 3. v. 5.

Adibo hunc, quem ego hodie faciam arietem Phryxi. Bacch. 2. 3. verſ. 7, 8.

Emungam herculè hominem probè hodie. Bacch. 4. 4. verſu 50.

Surripere aliquid alicui. Pſeud. 1. 3. v. 55.

Huc quidē herculè haud ibis intrò, ne quid Harpax feceris. Pſeud. 2. 2. verſ. 58.

An invenire poſtulas quemquam coquum, niſi milvinis aut aquilinis unguibus. Pſeud. 3. 2. v. 65.

Quin ibi conſtrictis ungulis cœnam coquas. Pſeud. 3. 2. verſu 65.

Nam nihil etiam harpagavit tum. Pſeud. 4. 2. v. 2.

Vt veſtitus eſt perfoſſor parietum! Pſeud. 4. 2. v. 23. In furem effractorem hoc dicitur. Cicero in Vatin. *Licet impunè per me parietes in adoleſcentiâ perfoderis, vicinos compilaris, matrē verberaris.* Dicebantur etiam vecticularii, quòd vecte ſeu palo ferreo muros furandi causâ perfodiant. τοιχωρύχοι. Vide Philoſ. Plaut. Tit. *Furti.*

Puer ſeptuennis ſurripitur. Pœn. Arg. v. 1.

Ire aliena ereptum bona. Perſ. 1. 2. v. 11.

Qui hic albo pariete aliena oppugnat bona. Perſ. 1. 2. v. 22.

Abrepta per vim miſera. Rud. 3. 3. v. 28.

Et ipſum ſeſe & illum furti aſtringeret. Rudent. 4. 7. verſu 31.

Suffuror, ſuppilo, de prædâ prædam capio. Truc. 2. 7. verſ. 15.

Non qui manus attulerit ſteriles. Truc. 1. 2. v. 3.

Cæteri clepta lurcantur, vel harpagant. Truc. 1. 2. v. 9.

Non qui furtum facere ſtuduerit. Eunuch. Prolog.

Pernoſcite, furtumne factum exiſtumetis, an locum reprehenſum, qui præteritus negligentiâ eſt? Adelphis Prolog.

Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Eunuch. 2. 3.

Hic furti ſe alligat. Eunuch. 4. 7.

Tetigin' tui quidquam. Adelph. 2. 1.

Aliquid

Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. Phorm. 1. 4.

Aeſchinus fidicinam Lenoni eripuit. Adelph. Arg. 7.

Minas decem corradet aliunde. Adelph. 1. 2 v. 34.

Cùm hanc ſibi videbit præſenti eripi, & abduci ab oculis. Adelph. 4. 5. v. 34.

Emunxi argento ſenes. Phorm. 4. 4. Ich hab dem alten das geld abgelauſt

Vaſa argentea publica de loco privato dicitur ſuſtuliſſe. ad Her. l. 1. p. 15.

Quod ſibi furtum fecerit. ad Herenn. libro ſecundo pagina 44.

Tibi omnem benè vivendi ſpem meâ morte eripere? ad Her. lib. 4. p. 129.

Civitates, regna, domos omnium depeculatus es. ad Herenn. lib. 4. p. 103.

Liberi è gremijs parentum diripiuntur. Ad Herenn. lib. 4 pagina 116.

Si quis ſacrum ex privato ſurripit. de Inven. libro 1. pagina 141.

Adimere poteſtatem. de Inven. l. 2. p. 257.

Affinem famâ & fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe & perfidioſum eſſe fateatur. pro Quint. p. 8.

Opimus præda, præſertim à pupillo diſcedit. in Verr. pagina 12.

Spoliari famâ fortunisq;. pro Quint. p. 27.

Funditùs aliquem evertere bonis. pro Sex. Roſcio pagina 76.

Eripere prædam alicui de manib. in Verr. p. 215.

Domum eius exornatam, atq; inſtructam, nudam, atq; inanem reddidit. in Verr. p. 258.

Tu me hoc tibi mandaſſe, exiſtimas, ut Chreſti compilationem mitteres. Ep. 2. 7.

Traiecit ſe in regnum Bogudis planè benè peculiatus. Epiſtol. 10. 32.

Præter furta, & rapinas. ibid.

Dionyſius ſervus meus cùm multos libros ſurripuiſſet, aufugit. Ep. 13. 78.

Si qua vis, aut ſi qua rapinæ fieri cœperint. Ep. 14. 3.

Ne furtum ceſſationis quæſiviſſe videaris. Ep. 16. 26.

Cuius

Digitized by Google

Cuius futurum furtum erat? pro Roſcio Comœd.
Verres ſolet hæc, quæ rapuit, & furatus eſt, dicere ſe emiſſe. in Verr.
Oratores euerſi bonis omnib. ex eorum agris, atque urbibus, expleti atq; ſaturati, cùm hoc cumulo quæſtus decederent. in Verr. pagina 349.
Ab his per ſummam iniuriam, per ſummas contumelias plus aliquanto oblatum eſſe, quàm natum ſit. Ibidem.
Improbiſſimâ ratione prædari. in Verr. p. 413.
Sedem antiquam, divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. in Verr. pag. 566.
Nocte intempeſtâ, ſervorum inſtructâ & comparatâ manu convellere ex ſuis ædibus, atque auferre conatus eſt. in Verr. p. 566.
Spoliari omnibus fortunis. pro L. Flac. p. 303.
Beneficijs alicuius ampliſſimis ſpoliari. pro Domo. p. 439.
Maximis viribus eripitur indigniſſimè omnibus bonis. Cœl. 118.
Cives bonis evertere ſoles. Provinc. 159.
Domum meam exhauriendam patefecit. Piſ. 189.
Pecuniam ex Reipublicæ viſceribus eripuiſti. Piſ. 190.
Quanto fructu ſim privatus. Ep. Attic. lib. 1. p. 9.
Si quis quem oculis privaverit. Acad. l. 2. p. 20.
Priſtinis orbati munerib. de divinat. l. 2. p. 218.
Vt propter ſuum quiq; & emolumentum ſpoliet, aut violet alterum. Off. l. 3. p. 108.
Hominem homini detrahere ſui commodi causâ. Offi. l. 3. pagina 110.
Multum de communi utilitate detraxit. Offic. libro 3. pagina 111.
Si mihi eripuiſſe divinam animi mei conſtantiam, meas curas, vigilias, conſilia. Paradox. 4. pag. 232.
Alienis pecuniis locupletari, & in fortunas uniuscuiuſq; impetum facere. Pro Sext. Roſc. 84.
Omnia fana depopulatur. in Verr. p. 139.
Hora ei nulla vacua à furto eſt. in Verr. p. 178.
Pecuniam tuam domum tuam avertiſti, pecunia ex ærario publico erogata quæſtui tibi fuit. in Verr. p. 382.
Ærarium exhaurire, compilare Remp. in Vat. p. 3.
Compilare ſapientiam alicuius. pro Mur. p. 21.

Digitized by Google

Hanc ex fœnore pecuniam non retuleris populo. in Verr. 381.

Iſte in furando manibus ſuis, oculis illorum utitur. in Verrem. 428.

Eriphylam accepimus in fabulis eâ cupiditate, ut, cùm vidiſſet monile, ex auro, ex gemmis pulchritudine eius incenſâ ſalutem viri proderet. in Verr. 430.

Furti & captarum provinciarum nomine aliquem notare. Pro A. Cluent. 54.

Furtum domi fecit. pro A. Cluent. p. 81.

Vt ex vepretulis extracta intedula Remp. arrodere conaretur. pro Sext. Roſc. 36.

Hos Clodij furor rapinis & incendijs pavit. Mil. 223.

Is averſâ pecuniâ aufugit. in Verr. 83. a

Hic in quæſturâ pecuniam publicam Cn. Carboni Coſ. datam avertit. At. 78. a

Frumentum averſum à repub. abreptum ab aratoribus. ibidem. 184. b

Antonius HS. ſepties millies pecunia publica avertit. in Attic. 241. b

Ne patiare Erotem hereditatem Turianam avertere. Epiſtol. 199. b

Te cum illius rapinis explevisti. Phil. 2. 357.

Non qui furtum facere ſtudet. Eun. Prol. 28.

Quid in deſerto loco nactus, quem multo auro ſpoliare poſſit imbecillum, atq; ſolum. de Leg. l. 1. p. 309.

Quod ſi negabit, ſe illi aurum ablaturum nunquam, ob eam cauſam negabit. de Leg. l. 1. p. 309.

Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat civitates ex commentario. Epiſt. Octa. pagina 646.

Ineſt in tali liberalitate cupiditas rapiendi plerunque & auferendi per iniuriam. 1. Offic. 20.

Alienis bonis manus afferre. Offic. l. 2. p. 86.

Furoris. *Vide* Amentiæ.

Ganei.

Digitized by Google

G

Ganei. *Vide* Abliguriendi : *&* Adulterij.

Garrulitatis. Loquacitatis. Sermonis. Loquendi. Orationis. Vocis. Fabulandi. Colloquij. *Vide etiam Tit.* Alloquij. Alloquendi. *&c.* *& Tit.* Dicendi.

Schwätzen/ Verſchwätzen/ Verplappen / Sprachen/ Reden / Plaudern.

ADmodùm clarè fabulatur. Amph.1.1.v.144.
Nunquam etiam quicquam adhuc verborum perperam prolocutus. Amph. 1.1.v.19.
Orationem comprimam. Amph.1.2.v.34.
Satiene hoc planè ſapis diſertè? nam videor tibi locutus eſſe? Amph 2.1.v.30.
Cum eâ tu ſermonem nec ioco, nec ſeriò tibi habeas. Amph.32.v. 25.
At iam nunc orationem deſpoliato prædicas. Aſin.1.3.v.51.
Vna pars orationis de die dabitur mihi. Aſin.3.1.v.13.
Meam partem loquendi, & tuam trado tibi, atq; ad loquendum atq; ad tacendum. Aſin.3.1.v.14.
Garriet, quoi neq; pes unquam, neq; caput compareat. Es hat weder händ noch füß. Capt.3.4.v.81. Et Aſin.3.3.verſ.140. *Quin nec caput, nec pes ſermonum appareat.*
Multiloquaces meritò omnes habemur, neq; mutam repertam eſſe nullam hodie dicunt mulierem. Aul.2.1.v.5.6.
Quæ deblateraſti iam omnibus vicinis. Aul.2.3.v.1.
Verba facit ad parcimoniam. Aul. 3.5.v.23.
Facere mentionem cum aliquo. Aul.4.7.v.3.
Vt facile orationem ad ſervitutem contulit. Capt.2.2.v.26.

Sermonem ſerere. Curc.1.3.v.37.

Fores crepuêre, lingua moderandum eſt. Curc. 4. 1. verſu 25.

Conſtant, conferunt ſermones inter ſe ſuos trapetæ. Curc. 2. 3. verſ. 11.

Loqui cum aliquo porrectiore fronte. Caſ.2.4.v.30.

Illa haud verbum facit. Caſ.5.2. v.34.

Verbum nullum mutit. Caſ.5. 2.v.37.

Solus de ſodalitate ſum orator datus. Moſt.5.2.v.5.

Nimis clues orator catus. Ib.v.21.

Non potuit venire orator ad me magis impetrabilis. Moſt. 5. 2. verſ. 10.

Vt multa verba fecit! ut tenta materies fuit! Mil. 4. 5. verſ. 4.

Oratio aliò mihi demutanda eſt mea. Mil.4.7.8.

Tu quidem ex ore mihi orationem eripis. Merc.1.2.v.64.

Oratio ædepol pluris eſt huius, quàm quanti hæc emta eſt. Merc. 3. 1. v. 15.

Muſca eſt pater meus. Merc. 2. 3. verſ. 26. De homine garrulo, & curioſo, adeoque impudenti. Vide Lex. Plaut. litt. M.

Ita nunc per urbem ſolus ſermo eſt omnibus. Pſeud.1.5.v.4.

Orationem tibi para adverſus ſenem. Pſeud.1.5.v.39.

Nimiùm iam tinnis, non placet. Pſeud.3.2.v.99.

Nec moleſtis ſermonibus, nec morologis uti. Pſeud.5.1.70.

En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat. Pœn. 1. 2. verſ.61.

Ago cum illâ, ne quid noceat meis popularibus. Rud. 3. 1. verſ. 13.

Quæ illic oratio eſt? Rud.3.3.v.13.

Si præter hæc unum verbum faxis hodie. Rudent. 4. 4. verſu 74.

Nolo ego cum improbis de vivis, neq; in foro ullum ſermonem exequi. Trin. 2.2.v.4.5.

Vocis ſat eſt. Trin.2.3.v. 29.

Longo ſermone uti. Trin 2.3.v.78.

Cum hoc, quem novi, fabulor. Men 2.2.v.4.

Ego voce moderabo me. Mil.2.2.v.115.

Vtrobiq; ordinem orationem doctè edidi. Mil.2.5. v. 56.

Comme-

Commemini, & mea orationis iuſtam partem perſequi: & meam partem itidem facere, cùm aliena oratio eſt. Mil. 3. 1. v. 50.

Ædepol huius orationis haud cinerem quærunt, quia enim loquitur lautè, & minimè ſordidè. Mil. 1. 2. v. 11.

Sermonem ſublegere. Mil. 4. 2. v. 88.

Quin tu iſthanc orationem veterem, atq; antiquam removes. nam proletario ſermone nunc quidem hoſpes utare. Mil. 3. 1. verſ. 55.

Illi haud licebat, niſi præfinita loqui, quæ illi placerent. Hecyr. 1. 2. verſ. 19.

Mentionem Phædria facit. Eun. 3. 1. v. 47.

Vocem habet venalem. pro Quint. pag. 55.

Animos veſtros ab hac re commemoratione aliò traducit. in Verr. pag. 303.

Iter huius ſermonis quod ſit, vides. de leg. l. 1. p. 307.

Diem præſtituere. in Verr. pag. 216.

Cùm de quibuſdam mentio facta eſſet. Vat. 89.

Qui Hircia legis mentionem fecit. Phil. 13 p. 523.

Mentionem à Q. Cornificio in Senatu factam. Epiſt. Attic. libro 1. pag. 18.

Cùm Rex tui nullam mentionem fecerit. Epiſtol. Attic. lib. 1. pag. 28.

Laudans amiciſſimè mentionem tui fecerit. Epiſtol. Attic. lib. 16. pag. 497.

Cùm in eam ipſam mentionem incidiſſet. de Amic. 7. pagina 183.

Gaudii. Lætitiæ. Hilaritatis. Iucunditatis. Plauſûs. Voluptatis. Alacritatis.

Frewd / Frölich / Luſtig / Frolocken / Jubilieren / Guten Muth machen / Gut leben führen.

G*Audeo, & voluptas eſt mihi.* Amph.3.3.v.3.
Gaudeo, ſi quid pati volupe eſt mihi, voluptas eò mihi multò maxima eſt. Amph.3.4.v.11.
Quin te ergò hilarum das mihi. Aſin.5.1.v.21.
Sibi benefacere. Aſin.5.2.v.95.
Nos hilari ingenio & lepidè excipiet. Moſt.1.4.v.6.
Defæcato animo eſſe. Aul.1.2.v.1.
Volui animum hodie confirmare meum ut benè haberem in nuptiis. Aul.2.7.v.1.

Dij immortales quibus & quantis me oneratis gaudiis. Aul. 5.1. v. 1. Vbi tamen inſulsè vulgatam lectionem retinet Taubmannus: *DI immortales, quibus & quantis me donatis gaudiis!* Quis enim aut Latinum, adeoque Plautinum illud credat? Rectius igitur nos expreſſimus *onerare gaudiis*: cùm autor ille Latiniſſimus ſimilibus utatur alibi. *Ita hic me amœnitate amœnâ amœnus oneravit dies.* Capt. 4. 1. verſ. 7. & 4. 2. v. 47. *Ego ceſſo hunc onerare lætitiâ.* Vide ſeqq.

Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine. Mil.3.1. verſ. 82. Sic paulò poſt: *onuſtum pectus lætitiâ*: Stich. 2. 2. v. 3. & 4. 1. v. 27. *Noſmet potius viciſſatim oneremus voluptatibus.* Et Terent. Phorm. *O fortuna, ô fortuna, quantis commoditatibus, quàm ſubitò hero meo Antiphoni, ope veſtrâ hunc oneraſtis diem?*

Muſſicè hercule agitis ætatem. Moſt. 3. 2. v.41. Vide etiam Tit. *Felicitatis*: *Bene eſſe*: & Tit. *Conviviandi.* & Philoſophiã Plautinam *Lætitia. Hilaritatis.*

Remigravit animus nunc denuò mihi: hoc eſt, *ſum hilaris.* Jetzt iſt mir wider recht zu muth. Epid. 4.1.v. 42. Sic loquitur quoque Symmachus, felix Plauti imitator l. 1. Epiſt.11. *Tunc mihi animus ab ægritudine remigravit.* Et lib.7. Epiſt. 78. *In tranquillum denuò animus remigravit.* Sic enim inibi legendum ex MSS. Vatican. & Pythæan. quemadmodum adnotant viri docti. Vulgò legitur *remeavit.*

Næ ego hodie tibi bonam vitam feci. Perſ. 2. 4. verſ. 4. Et Caſin. 4. 4. v. 17. *Bonam vitam dare.* Ein gut leben machen. Seneca Epiſt. 123. *nec dubitaveris bonam vitam, quàm opinionem bonam malle.* Terent. *vixit, dum vixit, benè.* Ei opponitur *Mala vita.*

Qui a-

Qui amat, quod amat, ſi id habet, id habet pro cibo. Merc. 4. 4. verſ. 4. Sic alibi quoque loquitur: *qui pro cibo habeas te verberaxi.* Aſin. 3. 3. verſu 38. Rara eſt dicendi Venus.

Si tute tibi benè eſſe potes pati, veni: Vives mecum: baſilico accipiére victu. Perſ. 1. 1. verſ. 31. Vide Lex. Plaut. *Vivere.*

Nunc & amico meo proſperabo, & Genio meo multa bona faciam. Perſ. 2. 2. v. 11.

Eamus intrò ad te, ut hunc hodiè diem luculentè habeamus. Epid. 1. 2. v. 84.

Mihi hunc diem dediſtis luculentum. Epid. 3. 2. verſ. 4.

Curamus pulchrè ut ſimus. Merc. 3. 3. v. 22.

Qui meâ nunc lætus lætitiâ fuat. Merc. 5. 2. v. 3.

Reſtituam iam ego te in gaudia. Merc. 5. 2. v. 4.

Te faciam ex læto lætantem magis. Pſeud. 1. 3. v. 89.

Niſi ſomnum, ſocordiamq́; ex pectore oculisq́; amovebitis. Pſeud. 2. 2. verſ. 11.

Baſilicè Eleutheria agito. Perſ. 1. 1. v. 28.

Ego omnes hilares, lubentes, lætificantes faciam ut fiant. Perſ. 5. 1. 8.

Onuſtum pectus porto lætitiâ, atque lubentiâ. Stich. 2. 2. verſu 3.

Profectò amænitates omnium Venerum, atque Venuſtatum affero, nimisq́; ſuperat mihi, atque abundat pectus lætitiâ meũ. Stich. 2. 2. verſ. 4.

Ex mœrore aliquem eximere. Stich. 2. 2. v. 31.

Tantum apporto bonum, tam gaudium affero grande, vix ipſa Domina hoc niſi ſciat, exoptare à Dijs auſit ipſis. Stich. 2. 2. verſ. 23.

Vt præ lætitiâ lachrymæ præſiliunt mihi! Stich. 3. 2. v. 13.

Eſt mihi volupe. Stich. 4. 1. v. 2.

Nulla eſt ægritudo animo obviam, omnium me exulem atque inanem fecit ægritudinum. Stich. 4. 1. v. 21.

Faciam ut facto gaudeas. Pœn. 1. 1. v. 69.

Gaudio ero vobis, nos tibi voluptati erimus. ibid.

Hi falſo oblectant gaudio nos. ibid. v. 86.

Propone venuſtatem tuam amanti, ut gaudia compares. Truc. 1. 1. verſ. 29.

Ipſus gaudet, res perit. Er wird erfrewet. Truc. 4. 2. v. 4.

Hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudijs a- anteponens. Trin 5.1.v.1.

Voluptas parumper data eſt. Amph.2.2. v. 8.

Si quid clam uxorem ſuo amico fecit voluptatis. Aſin. 5. 2. verſu 92.

Cùm te Dij amant, voluptati eſt mihi. Rud.4.4.129.

Si tibi cordi eſt facere. Moſt.1.4. v.10.

Gaudere animo. Stich.2.1.v.53.

Gaudere ſuo bono. Moſt.1.3.v.174.

Gaudijs gaudium ſuppeditat. Trin.5.1. v. 3.

Vt ego lætus ſum, ut ego lætitiâ differor! Truc.4.1.v.3.

Id voluit nos ſic nec-opinantes duci falſo gaudio. Andr. 1. 2. verſ. 9.

Metum, in quo nunc eſt, adimam, atque explebo animum gaudio. And.2 2.

Mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit. And.5.5.v.5.

Quid illud gaudij eſt? ibid. v. 7.

Erumpere hoc mihi licet gaudium. Eunuch.3.5.v 2.

Scin' me in quibus ſim gaudijs? Eunuch. 5. 9.v.v.2.

Vt hanc lætitiam nec-opinanti primus ei obijcerem domi. Heaut. 1. 2 .verſ. 12.

Ne me in lætitiam fruſtrâ conijcias. Heaut. 2.3.v.51.

Præ gaudio (ita me Dij ament) ubi ſim neſcio. Heaut. 2. 3. verſ. 67.

Menedeme ſalve: nuncium apporto tibi, cuius maximè te fieri participem cupis. Heaut. 3.1. v.19.

Nulla mihi res poſthac poteſt iam intervenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta eſt. Heaut. 4. 3. verſ. 2.

Bono animo es, iam argentum ad eam deferas. Heaut. 4. 6. verſ. 18.

Hunc diem cupio perpetuum in lætitiâ degere. Adelphis 4. 1. verſ. 6.

Hunc diem ſumamus hilarem. Adelph.2.4.v. 22.

Potitur hic gaudia. Adel.5.4.v.22.

Frui gaudio. Hecyr. 5.4.v 2.

Deus ſum, ſi ita eſt. Hecyr.5. 4. v. 3.

Si ullum,

Digitized by Google

Si ullum unquam fuit tempus, mater, cùm ego voluptati tibi fuerim. Heau.5.4.7.

Egone huius memoriam patiar mea voluptati obſtare? Andr 5. 4 v.41.

Nefas, ullâ me voluptate hic frui. Heaut.1.1.v.92.

Abs te ut blanditijs ſuis quàm minimo precio ſuam voluptatem expleat. Hecyr.1.1.v.11.

Voluptati obſequi. Hecyr.3.5.v.9.

Qui ſic ſunt, haud multùm hæredem iuvant, ſibi verò hanc laudem relinquunt: vixit, dum vixit, benè. Hecyr.3 5.v.10.

Nihil mî iſthæc res voluptatis ferunt. Hecyr. 4.1.v.17.

Exple animum ijs. Hecyr.5.1.v.29.

Niſi mihi quidem addit animum. Heaut.3.2.v.31.

Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo. Phorm.5.6.v.17.

Vt metum, in quo nunc eſt, adimam, atq; expleam animum gaudio. Andr.2.2.

Lætus eſt, neſcio quid, nihil eſt, nondum hæc reſcivit mala. ibidem.

Iam id gaudeo: ich erfrewe mich deſſen. ibid.

Non tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi &c. Andr. 1.4.

Næ iſtam multimodis tuam inveniri gaudeo. Andr. 5.4.

Si nulla huic ægritudo gaudio interceſſerit. Andr.5.5.

Quid illud gaudi eſt? ibid.

Hunc ſcio meâ ſolidè ſolum gaviſurum eſſe gaudia. ibid.

Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium: Darff ich jetzt meine Frewd offenbarn. Eunuch.3 5.

Venire ſalvum te, volupe eſt, id eſt, *gaudeo.* Phorm.4.3.

Nunc eſt profectò, interfici cùm perpeti me poſſum, ne hoc gaudium contaminet vita aliquâ ægritudine: ſed neminémne curioſum intervenire nunc mihi, qui me ſequatur, quoquo eam, rogitando, obtundat, enecet, quid geſtiam, aut quid lætus ſim. Eunuch.3.5

Quid eſt, quòd ſic geſtis? ibid.

Impendiò magis animus gaudebat mihi, Deum ſeſe in hominem convertiſſe. ibid.

Id gaudeo, propter me hiſce aliquid eſſe venturum mali. Eunuch. 5.6.

Quid hic lætus eſt? Eunuch.5.9.

Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus, miles pellitur foras. ibid.

Digitized by Google

Celem tam inſperatum gaudium. Heaut. 3.1.
Tanta hæc lætitia oborta eſt mihi. Heaut. 4.2.
Nihil quidquam vidi lætius. Adelph. 3.4.
Lacrumo gaudio. ibid.
Vah, vivere etiamnunc lubet. ibid.
Homini illicò lacrumæ cadunt, quaſi puero, gaudio. Adelph. 4.1.
Miſerè cupio hunc diem perpetuum in lætitiâ degere. ibid.
Atq; ita, uti decet, hilarum ac lubentem fac te in gnati nuptiis. Adelph. 4.7. v. 33.
Da te hodie mihi, exporge frontem: hilarum fac te. Adelph. 5. 3.
Ipſum geſtio dari mi in conſpectum: id eſt, opto. Phormion. 1.5.
Panè herclè exclamavi gaudio. Phorm. 5.6.
Quantam obtuli adventu meo lætitiam Pamphilo hodie? Hec. 5.3.
Gaudio falſo frui. Hecyr. 5.4.
In re noſtrâ aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine. Heaut. 3.1.
Hæc non voluptati tibi eſſe, ſatis certò ſcio: Heaut. 1.1.
Si umquam ullum fuit tempus, mater, cùm ego voluptati tibi fuerim: &c. id eſt, te voluptate affecerim. Heaut. 5. 4.
Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuavia in præſentiâ quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in longitudinem: id eſt, te voluptati eſſe deditum. Heaut. 5. 2.
Sanè hercle homo voluptati obſequens fuit, dum vixit. Hecyr. 3.5.
Nihil jam mihi iſtæ res voluptatis ferunt: dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Hecyr. 4.2.
Voluptati ſermo, adventus tuus, quocunque adveneris, ſemper eſt. Hecyr. 5.4.
Iſtoc verbo animus mihi rediit, & cura ex corde exceſſit. Hecyr. 3. 2.
Omnibus nobis ut res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus: id eſt: *magno atq; humili animo præditi.* Hecyr. 3.3.
Sine me in hac re gerere mihi morem: **meinen willen thun**. Heaut. 5.1.
Viſum eſt mihi, ut eius tentarem ſententiam. Phorm. 4.3.
Quæ hæc coniuratio? ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant nolintq; omnia. Hecyr. 2.1.

Si eſt.

Digitized by Google

Si eſt, ut velit reducere uxorem, licet. Hecyr. 3. 5.

Advorſus animi lubidinem tui. Hecyr. 4. 1.

Id nunc res indicium hac facit, quo pacto factum volueris. ibidem.

De fratris & populi Romani victoriâ non gauderet. de Inv. libr. 2. p. 229.

Longo intervallo modò primùm animadvertis paulò te hilariorem. Brut. p. 25.

Animos omnium, qui aderant, in hilaritatem à ſeveritate traduxit. Brut. p. 576.

Animos in hilaritatem riſumq́ convertere, ad Brut. p. 663.

Cùm & inaniter & effuſè animus exultat, tùm illa lætitia geſtiens, vel nimia dici poteſt. Tuſc. 212. a

Cùm in eius copias ſe ingurgitaſſet, exultabat gaudio. in Ant. 173. a

Quintus pater exultat lætitiâ. At. 248. a

Hominem furentem exultantemq́ continui. de Ar. 243 b

Exultare, immoderateq́ iactari. de D. 93. a

At Cymbri in præliis exultant, lamentantur in morbo. ibidem 189. a

Fabius Annibalem iuueniliter exultantem, patientiâ ſuâ molliebat. de Sen. 79 a

Exultare lætitiâ ac gaudio triumphare. pro Aul. Clu. p. 8.

Lætitiâ perfrui, gaudijs exultare, voluptate bacchari. in Cat. 175.

Quod putavi fore gaudium, id extitit exitium. in Orat. ante exil. p. 361.

Mirandum in modum lætati ſunt. pro C. Plan. p. 501.

Dare lætitiam. pro Cn. Plan. p. 338.

Dicuntur nonnullorum levitate, plauſus emptos, & exiles & raros excitare. Seſt. 57.

Audito S. C. *ore ipſi atq; abſenti ſenatui plauſus ab univerſis eſt datus.* Seſt. 58.

Plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quàm ex meâ cepit. Corn. 128.

Nunc non parvâ afficias voluptate. Prov. 156.

Fruitur ſanè hoc ſolatio. Prov. p. 162.

Nihil tam diuturnam nobis lætitiam attulit. Mil. 253.

Quem potes recordari in vitâ tibi illuxiſſe diem lætiorem? Phil. 1. p. 334.

Quàm primũ maximo gaudio & gratulatione fruemur. Ph. 10. 465

Repentè

Repentè omnibus lætitijs inceſſi. Ep. ad Fam. l. 2. p. 45.

Sic habeto nullam me Epiſtolam accepiſſe tuam poſt comitia iſta præclara, quæ me lætitiâ extulerunt. Epiſt. ad Fam. lib. 2. p. 46.

Si rationibus meis promiſſum à te intellexero, magnam te ex eo, & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Epiſt. ad Fam. libr. 3. p. 62.

Oculis colliguntur penè innumerabiles voluptates. de Orat. lib. 3. p. 469.

Nunc voluptate omnia metiuntur. de Orat. libr. 3. pag. 470.

Voluptate quâdam perfunditur. Brut. p. 573.

Vt animos eorum, qui audirent, devinceret voluptate. Brut. pag. 602.

Tantum capio voluptatis, quantum ſolicitudinis. in Verr. pag. 502.

Capere animo non mediocrem voluptatem. pro Cn. Planc. pag. 493.

Vita plena & confecta voluptatibus. Seſt. 12.

Qui voluptatibus ducuntur, & ſe vitiorum illecebris & voluptatum lenocinijs dediderunt. pro Seſt. p. 68.

Maximam lætitiam capio ex tuis literis. Epiſt. ad Fam. lib. 3. 78.

Si me diligis, ſi à me diligi vis, ad me literas, ut quamprimùm lætitiâ afficiar, mittito. ibid.

Omnia voluptate metiri. Ep. ad Fam. l 1. p. 195.

Magnam partem lætitiæ tua dignitas affert. Ep. ad Fam. lib. 10. pag. 288.

Feci continuò omnes participes meæ voluptatis. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 289.

Spondeo tibi ex meâ amicitiâ, & ex tuo erga me officio maximum te fructum, ſummamq; voluptatem eſſe capturum. Ep. ad Fam. l. 13. p. 425.

Maximam cepi lætitiam ex humaniſſimi, & chariſſimi patris epiſtolâ. Ep. ad Fam. l. 1. p. 504.

Eam rem ſummæ tibi voluptati fore. Epiſt. Attic. libr. 2. pag. 81.

E quibus hanc primo aſpectu voluptatem cepit. Ep. Attic. libr. 7. p. 01.

Inflatus eſt lætitiâ. Phil. 14. 537.

Tucum

Digitized by Google

Tu cum illâ interim te oblecta. Adelph.2.4.v.20.

Qui nos iſtiuſmodi diſputationibus delectaret. de Orat. lib.1.p. pag.206.

Si quem aliena ſtudia delectent. de Orator. libr. 1. pagina 310.

Ex literis tuis, quas publicè miſiſti, cepi unà cum omnibus incredibilem voluptatem. Ep.ad Fam.l.5.p.123.

Capere voluptatem. Ep.ad Fam.l.3.p.80.

Mirificam cepi voluptatem ex hac tuâ diligentiâ. Epiſt. ad Fam. l. 3.p.86.

Apparatus ſpectatio tollebat omnem hilaritatem. Ep. ad Fam.l. 7.p.183.

Non mediocri afficiebar vel voluptate ex conſuetudine noſtrâ, vel utilitate ex conſilio atq; operâ tuâ. Epiſt. ad Fam. lib. 7. p.199.

Dÿ Deaq; te agitant irati, ſcelus, qui hanc non properes deſtinare. Perſ.4.4.v.115.& 116.
Dÿ Deaque & te, & geminum fratrem excrucient Perſ.5.2.v.50.
Quin tu hinc à meis in maximam malam crucem. Rud. 2. 6. v. 43.
Iupiter te Diiq; perdant. Rud.4.4.v.27.
Ite in malam crucem Rud.4.4.v.118.
In malam rem i, & magnam. Truc.5.1.v.47.
Abi hinc in malam rem. And.2 1.v.17.
Tibi Dÿ dignum factis exitium perduint. And.4.1.v.42.
Dÿ te eradicent. And.4.4.v.27.
Te cum tuâ monſtratione magnus perdat Iupiter. Adelph. 4. 6. v.2.
Dÿ te eradicent, Syre, qui me iſthinc extrudis. Heaut.3.3.v.4.
Illum omnes perdiunt. Phorm.1.2.v.73.
Abi in malam crucem. Phorm.2.3.v.21.
Dÿ tibi omnes id, quod eſt dignum, duint. Phorm.3.2.v.34.
Vt te quidem omnes Dÿ deaq; ſuperi & inferi malis exemplis perdant. Phorm.4.4.v.2.
In malam crucem. Phorm.5.8.v.37.
Quin tu abis in malam peſtem, & cruciatum. Phil.13.531.

Inconſtantiæ. Leuitatis. *Vide* Animi. Sententiæ.

Leichtfertig/Liederlich/Wanckelmütig.

NEq; *tipula leuius pondus eſt, quàm fides lenonia.* Perſ. 2.2. v. 62. de tipulâ. Vide Lex. Plaut.

Pactum

Digitized by Google

Pactum non pactum eſt, non pactum pactum eſt, quod vobis lubet, Aul. 2.2.v.87.

Mulieres ſunt fermè, ut pueri levi ſententiâ. Hecyr.3.1.v.32.

Nolo, volo, nolo rurſum, cedò, cupio, quod dictum, indictum eſt, quod modò erat ratum, irritum eſt. Phor.5.8.v.57.58.

Quenquam animo tam communi, aut levi eſſe putas? Heaut.5.2.v.39.

Principum munus eſt, reſiſtere levitati multitudinis, & perditorum temeritati. Mil.p.231.

Cùm enim & ſui ſimilem levitatem adeptus eſt. Quæſt.Tuſc. l.1.p. 312.

Levitati nomen imponam. Q.Tuſc.l.1.p.234.

Elatum eſſe levitate. Qu.Tuſc.l.5.p.456.

Ab afflictâ amicitiâ transfugere, atq; ad florentem aliam devolare. pro Qu.p.34.

Inconſtantiam tuam cùm levitate tùm periurio implicatam refelliſti. Vat.74.

De ſententiâ decedere. Ep.Fam.l.3.76.

In maximâ verſari inconſtantiâ. de Nat.Deor.l.1.p.10.

Eadem imbecillitate, & inconſtantiâ Luc. Tabullum fuiſſe, quàm illum. de Fin.l.4.p.246.

Indicandi. Indicij. Aperiendi. Manifeſtandi. Patefaciendi. Significandi.

Anzeigen / Anbringen / Offenbaren / Entdecken / Kunt machen / Verkünden / Verſtendigen / Vor augen ſtellen.

ME *honeſtiùs eſt quàm te palàm rem hanc facere.* Aſin. 4.2. verſ.12.

Facite indicium, ſi quis vidit. Ciſt.4.2 v.9.

Anus indicium fecit de auro. Aul.2.2.v.11.

Indicium bono facias meo. Moſt.3.2.v.58.

Nec quid id ſit; mihi certius facit. Men.5.2.v.12.

Iam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. Heaut. 2.4.v.4.

Digitized by Google

Nunc res indicium hæc fecit, quo pacto factum volueris. Hecyr. 4. 1. v. 3.

Continuò palam eſt, plenus rimarum ſum, hac atq; illac perfluo. Eunuch. 1. 2. v. 24.

Nemo eſt meorum amicorum hodiè, apud quem mea occulta, Clitipho, audiam. Heaut. 3. 3. v. 9.

Hi ſenes partim aperient in agendo, partim oſtendent. Adelph. Prol. v. 33.

Eò rem adducere, ut nihil divinationis opus ſit. pro Sext. Roſc. pag. 7.

Indicium nobis reliquit ſuæ voluntatis. de Invent. lib. 2ō. pag. 149.

Facere alicui indicium. in Verr. p. 219.

Referre aliquid ad aliquem. pro Aul. Cl. p. 67.

Scripſit, ſe ad te rem detuliſſe. Ep. Att. l. 12. p. 380.

Fac nos quàm diligentiſſimè certiores. Ep. Att. l. 1. p. 17.

Cùm ego antea ſignificarem tibi per literas. Epiſt. Att. libr. 1. pag. 15.

Indicium oſtendere. de Aruſp. reſp. p. 473.

Si id ipſum rudes & indocti indicare potuiſſent. Acad. libr. 2. pag. 7.

Omnibus rebus auditis, cognitis etiam illorum ſententijs indicaverunt ibid.

Habere indicium, Acad. l. 2. p. 17.

Poſt à Theophraſto Phalereus ille Demetrius, de quo ſuprà feci mentionem. de leg. l. 2. p. 354.

Quoniam aſſenſionis mentio facta eſt. de pet. Conſ. p. 397.

Non quo quiſq; incommodo affectus ſit; deprædicandum eſt. Qu. Tuſc. l. 3. p. 410.

Apertum eius ſcelus ante oculos omnium ponere. pro Sext. R. pag. 72.

Ita perſpicuum eſt; ut oculis indicare poſſitis. in Verrem pag. 136.

Timor eius, perturbatio, ſuſpenſus incertusq; vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antehac ſuſpicioſa, hæc manifeſta ac aperta faciebant. pro A. Cl. p. 25.

Omnia, quæ in diuturnâ obſcuritate latuerunt, ſic aperiam; ut ea cernere oculis videamini. pro A. Cl. p. 31.

Cùm illa coniuratio ex latebris & tenebris erupiſſet. Seſt. 6.

Res occultiſſimas aperire, in lucemq; proferre. Acad. l. 2. p. 33.

Quàm

Quàm ea ſerò prodierit in lucem? Brut. p. 530.
Inter omnes conſtat. pro S. R. p. 47.
Rem in medium vocare. pro A. Cl. p. 26.
Res ipſa, & tam claris argumentis, & ſignis lucet. Mil. 248.
Nunc iam eſt apertum, omnes iam patfecerunt. Philipp. libr. 3. p. 398.

Indignandi. Indignationis. Iraſcendi. Iræ. Succenſendi. *Vide etiam* Offenſionis.

Erzürnen/ Zörnen/ Zornig ſein/ Unwillig ſein.

A*Trâ bili percita eſt.* Amph. 2. 2. v. 95. h. e. μελαγχολᾶ: inſanit præ furore vel iracundiâ.
Iræ interveniunt. Amph. 3. 7. v. 59.
Hominem ne congrediamur quæſo, priusquam iram decoxerit. Amph. ſc. DI voſtram v. 15.
Irritabis crabrones. Amph. 2. 2. v. 25.
Mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta. Aul. 2. 1. v. 30.
Quanquam video, nonnullis videri Epicurum, ne in Athenienſium offenſionem caderet. de Nat. Deor. l. 1. p. 35.
Vix video præ irâ, adeò me iſthic hodie delirum fecit. Amph. ſc. voſtram. v. 7.
Accendere aliquem irâ. Aſin. 1. 4 v. 14.
Iracundia obſtitit oculis. Aſin. 2. 4. v. 45.
Ea res malè habet. Aſin. 5. 7. v. 16.
Non ego nunc mediocri iratus iracundiâ. Curc. 4. 3. v. 1.
Tunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Caſin. 5. v. 17.
Neſcio quid ſe ſufflavit uxori ſuæ. Caſin. 3. 3. v. 19.
Non placet mihi cœna, quæ bilem movet. Bacch. 3. 6. v. 8.
Tota mihi turget uxor domi. Moſt. 5. 2. v. 10.
Quo ſupercilio ſpicit? Aul. 3. 1. v. 99. h. e. *quàm indignatur, & excandeſcit?*
Succenſere ob aliquid: & de aliquâ re. Bacch. 4. 4. v. 39. & 3. 4. v. 39.
Neq; illi ſum iratus, neq; quicquam ſucceuſeo. Moſtell. 5. 2. v. 41.
Nimis ſermonis huius irâ intendor. Pſeud. 1. 2. v. 67.

Iram

Iram in promptu gerere. Pſeud.1.5.v.34.

Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigia. Pœn. 1. 2. verſ. 168.

Qua res? Pœn.5.4.v.27. Perſ.3.1.v.32. & 5.2.v.65. Indignantium formula. Sic Gulielmus cum ſuo Rolandio legẽdum putat. Aſin.1.1.v.8. *per Dium fidiũ! Qua res?* Et infrâ eadem fabulâ 2.4.v.71. *Qua res? tun' libero homini malè ſervus loquere?* Was iſt das vor ein Ding? Was ſoll das ſein?

Mea uxor propter illam tota in fermento iacet Merc.5.3.v.24. ἐν τῇ ζόμῃ κεῖσθαι dicebantur, qui animo eſſent ægro, quique iracundiâ turgerent. vide etiam Lexicon *Fermentum.*

Cruciatur cor mihi. Trin.5.2.v.45.

Ne ut in aſtu motitamur irâ. Truc.1.1.v 89.

Si quid peccatum, plumbeas iras gerunt. Pœn.3.6.v.18.

Tunc tibi Herculè Deos iratos eſſe oportet, quiuquis es. Rud. 4. 4. v. 103.

Redeo inde iratus atq; ægrè ferens. And.1.1.v.106.

Hoc malè habet virum. And.2.6.v.5.

Commovi: Jch hab ihn erzürnet. And.2.6 v 25.

Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum. And.3.3 v.20.

Ita magna ſc. ira, ut ſperem poſſe avelli. And.3.3. v 21.

Meritò mihi nunc ego ſuccenſeo. Heaut.5.v. 42.

Præ iracundiâ non ſum apud me. Heaut.5.1.v.58.

Oſtendere illi volui, me ægrè pati. Adelph.1.2.v.63.

Vix ſum compos mei animi, ita ardeo iracundiâ. Adelph. 3. 2. v.12.

Vt iram in eos evomam omnes. Adelph.3. 2.v.14.

Adortus eſt iurgio fratrem apud forum de Pſaltriâ iſtac. Adelph. 3.4.v.41.

Omitte iſtam tuam iracundiam. Adelph.4.7.v.36.

Reprime iſtam tuam iracundiam. Adelph.4.7.v.36.

Si non rediiſſes, hæ iræ factæ eſſent multò ampliores. Hecyr.3.1. v.9.

Iram expedies. Hecyr.3.1.v.11.

Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, iniurias faciunt. ibid.v.27.

Nam ſæpè eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cùm de eâdem causâ eſt iracundus factus inimiciſſimus. ibid.

Pueri inter ſeſe, quàm pro levibus noxiis, iras gerunt? Hecyr. 3. 1. v.20.

Fortaſſe

Fortaſſe unum aliquod verbum hanc inter eas iram conciverit. Hecyr.3.1.v 21.
Ira inter eas interceſſit, quæ permanſit diu. Hecyr. 1.v.25.
Vnde ortum eſt initium iræ? Hecyr.3.2.v.16.
Incredibili re atq; atroci percitus ſum. Hecyr.3.3.v.17.
Tu quoq; protervè iracundus es. Hecyr.3.5.v.53.
Vide ne impulſus irâ pravè inſiſtas. ibid. v.54.
Quibus iris in illam nunc impulſus iniquus ſim. Hecyr.3.5.v.35.
Ira decedit. Hecyr.3.5.v.55.
Irâ incendor. Hecyr.4.1.v.42.
Iram miſſam facere. Hecyr.5.2.v.14.
Citò ab eo hæc ira decedet. Hecyr.5.2.v 15.
Profectò in hac re nihil mali eſt, quòd ſit diſſidio dignum. Hecyr. 5.2.v.16.
Ita ſum iratus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Phor.2.1.v.10.
Omnem vitam in aliquem derivare. Phor.2.2.v.9.
Minuere iram. Phor.2.3.v.88.
Iracundiam ſatura tuo ſanguine. ad Her.4.p.128.
Caius Lucilius homo tibi ſubiratus. de Orat.lib.1.p.288.
Toties omni animi motu concitor. de Orat.l.2.p.308.
Graviter exarſit. de Orat.l.3.p.452.
Lucilium poëtam in ſcenâ nominatim læſerat. ad Herenn. lib. 2. pag. 31.
Intellexi quid eum pupugiſſet. pro S.R.p.57.
Voluntatem alicuius lædere. pro S.R.p.87.
Oculos animamq; alicuius incendere. in Ver. p.412.
Tibi maximas gratias ago, cùm tantum literæ meæ potuerunt, ut his lectis omnem offenſionem ſuſpicionis deponeres. Epi.Fam. l. 13.p.409.
Si cuius animus in te eſſet offenſior. Epiſtol. Attic. libr. 1. pag.10.
Pergraviter illum eſſe offenſum. Ep. Att.l.1.p. 14.
Offendere eius animum intelligebam. Ep.Att.l.1.p.15.
Mollis animus, & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem. Ep.Att.l.1.p.31.
Omnes offenſiones iudiciorũ non ex meâ opinione, ſed ex hominum rumore protuli. pro A.Cl.p 62.
Stomacho iracundiaq; vehemens. Brut.p.592.
Vt iratum efficiat iudicem. de Partit.p.231.

Digitized by Google

Acerrimè ſubmoveri. pro Qu.p.10.
Exarſit iracundiâ ac ſtomacho. in Verr.p.239.
Dolore ardere, iracundiâ furere. in Verr.p.261.
Contrahere frontem. pro A.Cl.p.333.
Quò animi illorum iudicum in Craſſum incenderentur. pro A.Cl. p.63.
Stomachum alicui movere. pro Luc.Mur.p.23.
Ardere irâ. pro Cn.Plan.p.299.
Inflammare aliquem verbis. pro Dom.p.411.
Iracundiam ſubire. pro.Dom.p.435.
Incitatus iracundiâ. ibid.
Faſtidioſè alicui ſtomachari. pro Cn.Plan.p.521.
Iſte moleſtè graviterq́ fert. Vat.89.
Omnia inflammatus egit triſtiſſimè verbis, voce maximâ. Vat. 101.
Nunc demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulatur irâ. Cœl.106.
Iracundia ſerviam. Provinc.p.156.
Dij mihi iam ſunt irati. Piſ. 204.
Se mihi implacabilem inexplicabilemq́ præbuit. Piſ.217.
Odium cùm non reſtingueretis, huic ordini motum ignem ſubijcere non ſiviſtis. Rab.220.
Iracundiam cohibere. Marc.284.
Profectio animum tuum non debet offendere. Ligar.294.
Commoveri adoleſcens videtur. Lig. 296.
Cùm in omnibus cauſis gravioribus commoveri ſoleam vehementiùs, quàm videtur vel uſus, vel ætas mea poſtulare. Deiot. 306.
Non iam metuo, ne illi ſuccenſeas. Deiot. 320.
Omnis eum, quæ habetur contra eius voluntatem, oratio graviter offendit. Phil. 1.333.
His vos non ſcitis moveri: moleſtè fero. Phil. 1.376.
Inflammatus eſt irâ. Philipp. 12. pag.105.
Graviter & magno animo maledicta tua patietur. Sall.in Cic. p. 547.
Facere alicui ſtomachum. Ep.Fam.l.1.24.
Iucundiſſimis tuis literis ſtomachatus ſum in extremo. Ep.Fam. l.10.p.306.
Te miramur, cùm hæc reticueris, non potuiſſe continere iracundiam tuam. Ep.Fam.l.11.p.313.

Yy Ignoſces

Ignoſces iracundiæ meæ. Ep. Fam. l. 12. p. 371.

Puto, te in hoc aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem ferias. Ep. Att. l. 1. p. 5. *Frontem ferire,* eſt *indignari.* Sic loquitur quoque Apuleius. lib. 1. Mileſ. *Imo de pectore cruciabile ſuſpirium ducens, dextrâ feriente frontem replaudens.* Vti quidem locum hunc reſtituit doctiſſimus Schottus l. 2. Obſervat. c. 5.

Quam ſi ille contemnit, & ſi bilem id commovet. Ep. Att. lib. 2. pag. 55.

Ardet dolore, & irâ noſter Pompeius. Epiſt. Att. l. 2. p. 71.

Incipiunt præſentibus occultè iraſci. Att. l. 4. p. 309.

Quæ mihi maiore ſtomacho, quàm ipſi fuerunt. Att. lib. 8. pag. 137.

In hac peregrinatione ſæpè incenſum irâ vidi. Epiſt. Att. libr. 8. p. 178.

Eum planè iracundiâ elatum. Att. l. 10. p. 309.

Scribis in ſuperatos iracundiam exercendam. Ep. Brut. p. 527.

Occupatur animus ad iracundiam. Epiſt. Quint. Fratr. libr. 1. p. 583.

Iure ei ſuccenſere poſſemus. Ep. Quint. p. 603.

Quando mihi videatur voluntas eius obſtinatior, & in hac iracundiâ obfirmatior. Ep. Att. lib. 1. p. 15.

Eo die Cato in Pompeium vehementer invectus eſt, cùm illius in me perfidiam increparet. Ep. Qu. Frat. l. 2. p. 604.

Multa dixi, quibus totus eſt exploſus. Ep. Qu. Fr. l. 2. p. 615.

Irâ inflammatum eſſe. de Nat. Deor. l. 2. p. 261.

Tùm Gracchus, ut è patre audiebam, incenſus irâ. de Nat. Deor. l. 2. p. 142.

Iracundiâ etiam multâ efferuntur. de Fin. l. 5. p. 261.

Quibus ego iram omnem recludam. de Nat. Deor. l. 3. p. 142.

Placare donis iram Deorum. de leg. l. 2. p. 328.

Iracundiâ graviore, atq; atrâ bile moveri. Quæſt. Tuſc. lib. 3. pag. 380.

Corq; meum penitùs turgeſcit triſtibus iris. Acad. Quæſt. lib. 3. p. 381.

Iracundè cum aliquo agere. Quæſt. Tuſc. l. 3. p. 398.

Irâ excandeſcere. Qu. Tuſc l. 4. p. 430.

Niſi ſtomacham cœperit. Qu. Tuſc. l. 4. p. 433.

Efferri irâ. ibid.

Iracundè facere. ibid.

Iracundiâ inflammatum eſſe. ibid.

Quid

Digitized by Google

Quid huc adhibetis iram? Qu. Tuſc. l. 4. p. 434.
Removere iracundiam. Qu. Tuſc. l. 4. p. 436.
Ne ira aut exiſtat, aut tale quid appareat. Off. 54.
Iracundiam repellere. 1. Off. p. 55.
Ira procul abſit, cum quâ nihil rectè fieri, nihil conſideratè conſtat. ibid.

Ingenij. Indolis. Naturæ. *Vide etiam* Morum.

Natur/Art/Unart/Geſinnet/ Genaturete.

N*Eq; quiſquam eſt tam ingenio duro, nec tam firmo pectore.* Aſin. 5. 2. v. 94.
Non hac inſulſum habet ingenium Mil. 4. 2. v. 79.
Cum ingenijs conflictatur eiusmodi. And. 1. 1. v. 69.
Ab ingenio eſt improbus. Truc. 4. 3. v. 59.
Ita ſum. Rud. Prol. v. 3. Bacch. 5. 2. v. 61.
Ita ſum, quid ad te attinet? Perſ. 2. 3. v. 13.
Neu colas, neu imbuas ingenium: meo modo, & moribus vivito. Trin. 2. 2. v. 16. Sic Cap. 1. 2. v. 37. *Antiquis adoleſcunt moribus.* Vide Lex. Plaut.
Quis non credat, qui novit te, abs te eſſe ortum. Andr. 3. 2. v. 9.
Non ſatis me pernoſti, qualis ſim, Simo. Andr. 3. 2. v. 123.
Tuum animum ex animo ſpectavi meo. And. 4. 1. v. 22.
Ad ingenium redis. Hecyr. 1. 2. v. 38.
Qua hac coniuratio, ut omnes mulieres eadem aquè ſtudeant, velintq; omnia? Hecyr. 2. 1. v. 2.
Neq; declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperies. ibid.
Eſſe adverſas aquè ſtudium eſt, ſimilisq; eſt pertinacia. ibid.
Ædepol na nos aquè ſumus omnes inviſa viris, qua omnes faciunt, digna ut videamur malo. ibid.
Ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas. ibid.
Ita pleriq; ingenio ſumus omnes. Phor. 1. 3. v. 20.
Quot homines, tot ſententia: ſuus cuiq; mos: Eim jeglichen Narren gefellt ſein Kappen. Viel Köpf viel Hütt. Phor. 2. 4. v. 14.

Digitized by Google

Adeóne ingenio te eſſe duro, atq; inexorabili, ut neq; miſericordiâ, neq; precibus moveri queas. Phorm. 3. 2. v. 41.

Summi homines, ac ſummis ingeniis præditi. de Orat. libr. 1. pag. 270.

Ingenio atq; arte valent. de Orat. l. 1. p 299.

Teneat oportet venas cuiusq; generis, ætatis, ordinis: Eines jeden art vnd natur wiſſen/ vnd vernemen. de Orat. lib. 1. p. 329.

Vt eas res non penitùs acri vix ingenio cernat. de Orat. lib. 3. pag. 488.

Longè plurimum valuiſſe ingenio videtur. Brut. p. 535.

Præſtantiſſimum ingenium contulerat ad ſummam iuris civilis ſcientiam. Brut. p. 570.

Summo eſſe ingenio. ibid. p. 581.

Vir eſt acerrimo ingenio. Orat. ad Brut. p. 627.

Ingenij præſidijs muniri. in Verr. p. 485.

Vt eum, etiamſi natura à parentis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamen ac diſciplina patri ſimilem eſſe cogeret. in Verr. 499.

Ita natus eſt, ita educatus, & animâ, & corpore. in Verr. p. 474.

Sic ab initio fui animatus. Orat. antequam iret in exil. pag. 365.

Summi poetæ ingenium non ſolùm arte ſuâ, ſed etiam dolore exprimebat. Seſt. 59.

In eo eius ingenium elucere videbatis. Cœl. 109.

Efflorescit ingenij laude ætas. Cœl. 25.

Adoleſcentes magni ingenij refrænandi ſunt. ibid.

Is hebeti ingenio eſt. Phil. l. 1.

Habui non temporum ſolùm rationem meorum, ſed etiam naturæ. Epiſt. Fam. l. 2. p. 53.

Non ita abundo ingenio, ut te conſoler. Ep. Fam. l. 4. p. 104.

Ingenium eius melioribus extuli laudibus, quàm tu id ferè fieri potuiſſe putas. Ep. Fam. l. 51. p. 489.

De ingenio eius valdè benè exiſtimavi. ibid.

Si non plus ingenio valebas, quàm ego. Epiſt. Attic. libr. 3. p. 95.

Floruit acumine ingenij, admirabili lepore dicendi. Acad. libr. 2. p. 1.

Chryſippus quidem, quanquam eſt acerrimo ingenio. de Nat. D. l. 2. p. 56.

Natu-

Digitized by Google

Naturam eam, quæ res omnes complexa teneat, perfectione rationis excellere. de Nat. Deor. l. 2. p. 62.

Si à primis inchoatisq; naturis ad ultimas perfectasq; volumus procedere. de Nat. Deor. l. 2. p. 65.

Abundantiâ quâdam ingenij præſtabat. de Natur. Deor. lib. 2. p. 66.

Auditor eius, quanquam acri erat ingenio. Acad. Quæſt. lib. 1. p. 90.

Si ad eorum cognitionem divina illa ingenia transferamus. de l. 1. p. 8.

Animo quieto naturæ deſideria ſatiare. de Fin. l. 2. p. 178.

Omnem naturam eſſe conſervatricem. de Fin. l. 2. p. 260.

Natura ab ijs ſic inveſtigata eſt, ut nulla pars cœlo, mari, terrâ prætermiſſa ſit. de Fin. l. 5. p. 262.

Nemo dubitare poteſt, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur. de Fin. l. 5. p. 271.

Quantum Ariſtoxeni ingenium conſumtum videmus in Muſicis. de Fin. l. 5. p. 273.

Ingenij & mentis acie frui. de Fin. l. 5. p. 276.

Quæ naturæ obſcuritate occultantur. de Fin. lib. 5. 273.

In infirmâ ætate imbecillaq; mente, vis naturæ per caliginem cernitur. de Fin. l. 5. p. 27. 69.

Excellentibus ingenijs præditi. Quæſt. Tuſculan. libr. 1. pag. 305.

Hebeti eſſe ingenio. Qu Tuſc. lib. 5. p. 468.

Naturæ bonitate vinci. 1. Off. p. 5.

In hoc naturam debemus ducem ſequi. 1. Off. p. 11.

Nihil à ſtatu naturæ diſcedes. 1 Off. p. 28.

Suum quiſq; noſcat ingenium. 1. Off. p. 45.

Natura id non feret. ibid.

Naturam, ſi ſequemur ducem, nunquam aberrabimus. 1. Off. p. 40.

Animi motus probandi ſunt, qui ad naturam ſunt accommodati. ibid.

Contra naturam univerſam nihil contendamus, eâ tamen conſervatâ propriam naturam ſequamur. 1. Offic. pag. 44.

Nos ſtudia noſtra naturæ regulâ metiamur. ibid.

Neq; etiam naturæ attinet repugnare, nec quicquam ſequi, quod aſſequi nequeas. ibid.

Nihil decet invitâ Minervâ (ut aiunt) hoc eſt adverſante, & repugnante naturâ. ibid.

Aliorum naturam imiteris, omittas tuam. 1. Off. p. 45.

Ingratitudinis. *Vide ſupr.* Gratias agendi.

Vndanckbar ſeyn.

I*Ngrata atq; irrita eſſe intelligo, quæ dedi, & quod benefeci.* Aſin. 1. 2. v. 10.

Sed ut acerbum eſt, pro benefactis, cùm mali meſſim metas! Epid. 5. 2. v. 51.

Siccine mihi abs te merenti malè refertur gratia? Pſeud. 1. 3. v. 85.

Improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit. Perſ. 5. v. 10.

Invidiæ. Inimicitiæ. Odij. Moleſtiæ, Simultatis.

Haß / Neid / Feindſchafft tragen / Mißgunſt / Feindſehlig / Zwietracht / Zwieſpalt / Mißverſtandt / Abhold ſeyn.

I*Nvidiâ minore uti.* Aul. 3. 5. verſ. 8.

Vbi odium occeperit, illam extrudet. Ciſt. 2. 1. v. 53.

Te utor iniquiore. Aul. 2. 2. v. 55.

Iubet illum eundem perſequi. Ciſt. 1. 3. v. 5.

Sibi inimicas magis, quàm ætati tuæ. Men. 4. 3. v. 1.

Diſtingue inimicitias cum improbo. Pœn. *ſc.* Tuam rem. verſ. 23.

Odio enicare aliquem. Aſin. 5. 2. v. 71.

Haud falſum nos odioſas haberi. Aul. 2. 1. v. 4.

Nam odio es nimiùm familiariter. Epid. 1. 1. v. 2.

Odioſus es mihi. Bacch. 1. 2. v. 28.

Odiſſe aliquem peius. Mil. 2. 1. v. 50.

Digitized by Google

Odiſſe aquè atq; angues. Merc. 4. 4. v. 71.
Ne inviſas habeas. Rud. 3. 3. v. 38.
Vt ſine labore hanc extraxi: præfiſcine. Rud. 2. 5. v. 4. Vide Lex. Plaut.
Enicas me iam odio, quisquis es. Rud. 4. 3. p. 7.
Veritas odium parit. Andr. 1. 1. v. 39.
Miris modis odiſſe aliquem. Hecyr. 1. 2. v. 104.
Me capit odium tui. Hecyr. 2. 1. v. 22.
Capit illa odium mei. Hecyr. 4. 7. v. 4.
Invidere omnes mihi, mordere clanculum. Eunuch. 3. 1. v. 20.
Mihi qui malè volunt. Eunuch. 4. 3. v. 14.
Inviſos nos illis eſſe ſentio. Hecyr. 3. 1. v. 48.
Scio his fore meum conſpectum inviſum hodiè. Hecyr. 5. 2. verſ. 21.
Non ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. Andr. 4. 2. v. 12.
Non tu dixiſti, inter eos inimicitias? And. 5. 2. v. 11.
Potiùs quàm te inimicum habeam, faciam. Eunuch. 1. 2. verſ. 99.
Alienus eſt à noſtrâ familiâ. Adelph. 3. 2. v. 27.
Cum puellâ anum ſuſcepiſſe inimicitias. Hecyr. 4. 4. verſ. 36.
Nunquam tam graves ob hunc inimicitias caperem in noſtram familiam. Phorm. 2. 3.
Tuo viro oculi doleant. Phor. 5. 9. v. 64.
Si vos in odium adducemus. ad Heren. l. 1. p. 7.
O virtutis comes invidia, quæ bonos inſequeris plerumq;, atq; adeò inſectaris. ad Heren. l. 4 p. 103.
Odium excitare dicendo volui. de Orat. l. 7. p. 398.
Niſi te ipſum flagrantem odio antè viderit. de Orat. lib. 2. pag. 398.
Odium in aliquem ſtruere de Orat l. 2. p. 405.
Odio parenti filius eſt. pro S. Roſc. p. 50.
Odium acerrimum patris in filium oſtenditur. pro Sext. Roſc. p. 53.
At incenſus parens potuit animum inducere, ut naturam ipſam vinceret, ut amorem illum penitus inſitum ejiceret ex animo. ut deniq; patrem ſe eſſe oblivisceretur? pro Sext. Roſc. p. 24.

Odio atq; acerbitate ſcitote nationibus exteris futurum, ſi iſtius hæc tanta iniuria impunita diſceſſerit. in Verrem pag. 444.

Magno in odio apud exteras nationes ſumus. pro Leg. Man. p. 65.3.

Eſſe in aliquem hoſtili odio, & crudelitati. pro Aul. Cluent. pag. 7.

Eſſe alicui in odio. pro A.Clu.p.50.

Acerbè & penitùs aliquem odiſſe. pro Aul. Cluent. pagin. 77.

Nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur. contra Rull.p.92.

Odio promoveri. in L.Catil.p.171.

Non odio bonorum, ſed invidiâ premer malorum. in Orat. ante exil.p.360.

Odium in aliquem concipere, continere odium. In aliquem deflectere odium. in Oration. poſt reditum pagina 369. 370.

Quid fortiter in inimicitijs gerendis fecerit. ad Herenn. lib. 3. pag.59.

Cuius causâ ſuſceperit inimicitias. ibid,

Sunt mihi cum illo inimicitiæ. pro Sex.Roſc.p.54.

Inimicitias tibi cum illo fuiſſe & magnas rei familiaris controverſias. pro Sex.Roſc p.66.

Inimicitias exercere. Verr.p.116.

Cum multis graves inimicitias gerere. in Verr.p.133.

Si eos in invidiam adducemus. ad Herenn.l.1.p.7.

Non vidit ardentem invidiâ ſenatum. de Orator. libr. 3. pag. 454.

Ex invidiâ laborare. pro S.R.p.49.

Invidiâ aliorum onerari. in Verr.p.126.

Invidiam inflammare, infamia ſuccurrere. in Verrem pag. 136.

In invidiam ſeſe maleficijs adducere. in Verr.p.139.

Flagrare invidiâ. in Verr.p.222.

Invidiam ſuſtinere. in Verr.p.346.

Sic eſt hic ordo, quaſi propoſitus atq; editus in altum ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur. in Verr.pag. 348.

Invideo

Digitized by Google

Invideo tuis commodis. in Verr. p. 406.
Invidiam concitare in aliquem. in Verr. p. 444.
Aucupio verborum literarum tendiculas in invidiam vocant. pro Cæcin. p. 612.
Nihil eſt homini tam timendum, quàm invidia. pro Aul. Cluent. pag. 5.
Flagrare invidiâ. pro Aul. Cluent. p. 61.
Invidiâ præſens incendium reſtinguere. pro A. Cluent. p. 62.
Satis multos annos ex invidiâ laboravit. pro Aul. Cluent. p. 91.
Invidiam deponere. Contra Rull. p. 130.
Conflare invidiam. in Luc. Catil. p. 174.
Molem invidiæ vix ſuſtinere. in Luc. Catil. p. 774.
Invidiâ, incendio, conflagrare. in Luc. Catil. p. 176.
In invidiam vocari. pro Luc. Syl. p. 33.
Ex bellicâ victoriâ non ferè quenquam eſt invidia civium conſecuta. Seſt. 25.
Viros fortes, & de republicâ benè meritos in invidiam vocarunt. Seſt. 69.
Hic flagrat invidiâ propter interitum. Seſt. 69.
Mors extinxit invidiam. Corn. 131.
Hic locus affert invidiam. Deiot. 319.
Tu iſtam invidiam in me concitare vis. Phil. 2. p. 360.
Apud illos me in invidiam vocaſti. Phil. 2. 361.
A ſui ſimilibus invidiam aliquam in me commoveri putat. Phil. 3. 291.
Non invidebit hicce meæ gloriæ. Phil. 6. 432.
Ex communi infamiâ juventutis aliquam Cælio invidiam conflare voluit. Cæl. 101.
Gloria conſequetur invidiam. in Sulp. 550.
Qui mihi invidiam putaſti parare ex meâ re familiari. In Sulp. 553.
Adducere aliquem in ſummam invidiam. Epiſt. ad Famil. lib. 1. pag. 6.
Vocare in invidiam. Ep. ad fam. l. 5. p. 141.
Magnam invidiam illis faceremus. Ep. ad fam. lib. 11. p. 321.
Subire invidiam. Ep. ad fam. 15. p. 470.
Balbum levari invidiâ per nos velim. Epiſtol. ad Attic. lib. 15. pag. 406.
Cur rapui in invidiam? Acad. l. 2. p. 69.
Quæq; is de Dijs immortalib. dixerit, invidiæ deteſtandæ gratiâ di-

xiſſe. De Nat. Deorum lib.1.pag. 49.

Ille inimicitias non ſolùm ſuſcepit propter ſalutem meam, ſed etiam appetivit. de Aruſp.p.464.

Inſitas inimicitias, gentes omnes & habent, & gerunt cum populo. pro Font.p.578.

Quid huic cum matre fuerit ſimultatis, audiviſtis. pro Au. Cluẽt. pag. 9.

Habere cum aliquo ſimultates. pro Aul. Cluent. p.40.

Veteres inimicitias deponere. pro Aul. Cluent. p.86.

Suſcipere inimicitias novas pro Aul. Cluent. pag. 86. & in Luc. Catil.p.183.

Iuſtiſſimas inimicitias cum aliquo deponere. pro Luc. Flacco pagina 263.

Novas alicui inimicitias, nullâ acceptâ iniuriâ denunciare. Ibid.

Simultates cum aliquo exercere. pro Luc. Flacc. p.299.

Alicui ſe inimicum oſtendere. in Orat. ante exil. p.363.

Profiteri ſe inimicum. Ibid.

Simultates cum aliquo habere. pro Cn. Planc. p.527.

Qui à me nullo meo merito, alienus eſſe debebat, inimiciſſimus meæ ſaluti ab eodem quotidianis concionibus dicebatur. Sect. 20.

Tribunum popularem à ſe alienare volebant. Sect. 21.

Inimicitia ſibi mecum ex Reipublica diſſenſione, ſuſcepta ſunt. Sect. 27.

Intercedunt mihi cum mulieris iſtius viro inimicitiæ. Cœl. 103.

Mulieris ſunt mihi gerendæ inimicitiæ. Cœl. 103.

Quis plenior inimicorum fuit. C. Mario? Provinc. 164.

Ipſas iam inimicitias, reipublicæ causâ depono. Provinc. 164.

Cùm à te animo eſſet alieno. Deiot. 314.

Inimicitias hominum more gerere poteratis. Deiot. 317.

Ipſe Pompeium à meâ familiaritate disjunxit. Phil. 2. 377.

Multis verbis, & operâ meâ Pompeius à Cæſaris amicitiâ eſt disjunctus. Phil. 2. 347.

Hanc tibi conſuetudinem in rebus detraxit. Phil. 10. 467.

Suſcipere inimicitias. Ep. ad fam. l. 2. p. 58. & l. 3. p. 81.

Si me audies, vitabis inimicitias. Ep. fam. lib. 2. p. 59.

Vt tuis inimicitijs ſuſcipiendis obliviſceretur patroni omnium fortunarum ac rationum ſuarum. Ep. fam. lib. 3. p. 80.

Nunc ſi ad illam ſummam ſeveritatem legitimum ius exegeris, cavendum

Digitized by Google

vendum tibi erit, ne parùm ſimpliciter & candidè poſuiſſe inimicitias videare. Ep.fam.lib.8.p.221.

Vocemus te ad nullas inimicitias. Epiſt.fam.lib 11.p.324.

Nam ut illa omittam, quæ civitate teſte feciſti, cùm mecum inimicitias communicaſti. Epiſt.fam.lib.15.p. 488.

Mirandum in modum eſt animo abalienato. Epiſt. Attic. libro 1. pag. 8.

Si conſules à nobis alieniores eſſe velint. Epiſt. Attic. libro 3. pagina 104.

Qui ſimultatem humaniſſimè deponeret. Epiſt. Attic. lib. 3. p. 104.

Ex quo inimicitias maximas ſæpè inter amiciſſimos extitiſſe. de Amic. p. 197.

Magnum malum eſt, in tantis rebus à Pompeio diſſidere. Ep. Att. l. 7. p. 208.

Ne etiam in graves inimicitias, convertant ſe amicitiæ. de amicit. pag. 211.

Totum ſe abalienavit à te, eaq; de cauſâ, quæ me quoq; ſibi inimiciſſimum reddidit. Ep. Att. l. 14. p. 456.

Qui mihi inimicitias putet ſubeundas periculoſas fuiſſe. pro Quint. Frat. lib. 3. p. 636.

Paternas inimicitias magnâ cum gloriâ eſt perſecutus. Acad. Qu. lib. 2. p. 3.

Inimicitias ſuſcipere volunt. 1. offic. p. 13.

Odio everti. pro L. Syll. p. 307.

Placavi odia improborum. pro domo p. 418.

Iniuſtum nefarijs mentib. bonorũ odiũ retinebat. pro domo p. 437.

In Clodium non eſt hodiè meum maius odium, quàm illo die fuit. de Aruſp. Reſp. p. 463.

Odium in me mediocre inimicorum fuit. pro Cn. Plan. p. 515.

Iracundia inflammat me eorum ſcelere. Seſt. 4.

Elatus odio meo, & Reipub. Seſt. 55.

Vix homines odium ſuum à corpore eius impuro, atq; infando repreſſerunt. Seſt. 58.

Fui paulò in te intemperantior fortaſſè, quàm debui. odio enim tui incitatus ſum. Vat. 73.

In quo odio etſi omnes propter tuum in me ſcelus ſuperare debeo, tamen ab omnibus vincor. Vat. 73.

Crudelitatem veſtram, & odium diuturnum, quod in bonos iam inveteratum habebatis, ſaturare cuperetis. Vat. 76.

Dico eſſe odio civitati, non tàm tuo, quàm Reipub. nomine. Vat. 77.

Quem

Quem tu propter commune odium in bonos oderas. Vat. 83.
Nimis acerbo odio nititur. Cæl. 91.
In quoddam odium iniuſtum vocatus eſt. Cœl. 102.
Magnum rurſus odium video cum crudeliſſimo diſſidio extitiſſe. Cœl. 103.
Vis in ſuſcipiendis, & ingerendis inimicitijs efferbuit. Cœl. 125.
Omnes inimicitias odiumq; à ſeſe propulſavit. Cœl. 125.
Diſſidet à populo Romano odio quodam & diſſidio. Corn. 137.
Veſtras inimicitias ipſi inter nos geramus. Corn. 153.
Ab illis eos maioribus diſcordijs avocarem. Corn. 153.
Quæ fuerunt inimicitiæ graviores in civitate. Prov. 165.
Omne odium incluſum nefarijs ſenſibus impiorum in me profudiſtis. Piſ. 184.
Odium, quod in ipſum attulerant, id in eius imaginem ac ſimulacrum profuderunt. Piſ. 219.
Magno illi odio fuit. Mil. 244.
Omnia in illum odia civium ardebant deſiderio mei. Mil. 238.
Odium illius in hunc fuit acerbiſſimum. Mil. 242.
Sanguine inimici explevit odium ſuum. Mil. 247.
Odio inimicitiarum mearum inflammatus libentius hæc in me evomere videbatur. Mil. 253.
Odium cùm non reſtingueretis, huic ordini novum ignem ſubjeciſtis. Rab. 270.
Qui non inflammat odium ſuum fortunâ, ſed bonitate lenit. Marc. 291.
Externi mores iſti uſq; ad ſanguinem incitare ſolent odium Græcorũ. Ligar. 297.
Ne ullam partem iracundiæ in te reſidere ſuſpicemur. Deiotaro. 309.
Qui ullas reſediſſe in te ſimultatis reliquias ſenſerit. Deiotaro. 309.
Omnium gentium odia in ſe convertit. Deiot. 313.
Quo facto tantum te cepiſſe odium regni videbatur. Phil. 2. 373.
Ardet odio veſtri. Phil. 4. 401.
Advolet ad urbem odio ardens animo hoſtili in omnes bonos. Phil. 5. 423.
Pœnitet eos profeſſos eſſe, & præ ſe tuliſſe odium in Antonium. Phil. 12. 496.
Marius in iracundiâ perſeverat. Phil. 11. 477.
Omnes inflammati odio ſunt. Phil. 8. 453.

Indixi

Indixi ipſi inimicitias. ibid.
Ex quo mihi odium in illum commune eſt vobiſcum. Phil.12.501.
Mediocre ſuberat odium. Phil.12.505.
Ad confligendum incendit juſtum odium. Phil.13.509.
Amiſſa eſt culpâ eorum, qui à ſenatu, & ordinem conjunctiſſimum, & hominem clariſſimum abalienaverat. Epiſtol. ad Fam.lib. 1.pag.19.
Multorum odia, atq; inimicitias Reipub. causâ ſuſcepimus. Epiſt. ad Fam. Att.lib.1 pag.23.
Memmij expromſit odium. Ep.ad Att.lib.7. p.61.
Nunc repente tanto in odio eſt omnibus. Epiſtol. Attic. libro 2. pagina 71.
Magnum odium Pompeij ſuſcepiſtis. Ep. Att.l.6.p.177.
Odio improborum rurſus in nos, quæ iam extincta erant, incendamus. Ep.Att.l. 9.p. 266.
Amantes patriæ mare infeſtum habebimus. Epiſt. Attic. libro 9. pag. 302.
Vt in odium acerbiſſimum venerit. Ep.Att.l.10. 315.
Ego Appium (ut ſæpe tecum locutus ſum) valde diligo, meq; ab eo diligi ſtatim ceptum eſſe, ut ſimultatem depoſuimus, ſenſi. Ep. ad fam.l.2. p.49.
Patere obſecro, te videri pro republicâ geſſiſſe ſimultatem cum patre eius. Ep.Att.l.54.p.446.
Honeſtius & libentius deponimus inimicitias. Ep. Att.lib. 14.pagina 447.
Vt ne quas inimicitias reſidere in noſtris familijs arbitretur. Epiſt. Att.lib.14.p.448.
Ex quibus nonnullas ſimultates cum meâ magnâ lætitiâ ſuſceptas habemus. Epiſt. Q. Fratr.lib.1.pag.575.
Legerunt ſummo in odio illum fuiſſe Cæſari. Att. libro 11. pagina 344.
Vt eorum odium ſubeam. Ep.Att.l.11.p.354.
Quintus averſiſſimo à me animo patris fuit. Epiſt.Attic. libro 11. pag. 138.
Ego dubitem, quin ſummo in odio ſim? Ep.Att.lib.1.435.
Extare volebam in crudeliſſimos hoſtes monimenta odij publici ſempiterna. Ep.Brut.p.555.
Odio univerſi populi afflictus eſt. Ep.Qu.Fratr.l.3.p.631.
Vt eius iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Epiſt. Qu.Frat.l.3.p.643.

Iuſto

Iuſto odio digniſſimos eos ducimus. de finib. lib. 1. p. 161.

Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri. De finib. libro 1. pag. 161.

Odium & invidiam facile videbis. De finib. lib. 1. p. 163.

Caij Marij ſitus reliquias apud Anienem diſſipari juſſit Sylla victor, acerbiore odio inflammatus. De legib. l. 2. p. 343.

Odio ſunt tribulibus ſuis. De pet. Conſul. p. 394.

Nec verò criminibus falſis in odium, aut invidiam quemquam vocabit. 1. Off. pag. 55.

Qui in odia hominum incurrunt. 1. off. p. 59.

Iniquitatis. Iniuriæ. Iniuſtitiæ.

Vnbillich/ Vnrecht/ Gewalt.

INjuriam alicui facere. Mil. 2. 6. v. 67.

Paterer fieri apud me vicino meo tam inſignitè iniuriam? Mil. 2. 6. v. 77.

Item ut tu mihi feciſti, ob nullam noxiam. Pœn. 1. 1. v. 15.

Quis eſt, qui noſtris tam protervè foribus facit iniuriam? Rud. 2. 4. verſ. 1.

Quid ijs iniqui ſit? Rud. 3. 2. v. 33.

Tanta importunitas, tantaq; iniuria facta in nos eſt. Rud. 3. 3. v. 6.

Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe à culpâ caſtas. Pœn. 5. 4. verſ. 13.

Ea primum ab illo animadvertenda iniuria eſt. Andr. 1. 1. verſ. 125.

Veritus eſt optimæ adoleſcenti facere iniuriam. And. 1. 2. v. 8.

Adeamne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem? And. 4. 1. verſ. 15.

Remittas me onerare injurijs. And. 1. 1. v. 18.

Æſchinus in hac re nobis aliquã facit iniuriam. Adelph. 1. 7. v. 68.

Iniurias alicuius ferre. Hecyr. 3. 1. v. 21.

Inſcitum offerre iniuriam tibi: immerenti iniquum eſt. Hecyr. 5. 1. verſ. 4.

Vereor hera, ne ob ſuaſum indignè iniuriâ afficiatur. Phor. 5. 1. v. 3.

Cum eo Accius iniuriarum agit. Ad Heren. l. 1. p. 16.

Iniuria-

Digitized by Google

Iniuriarum ſatis feciſti. ad Herenn. lib. 4. p. 103.
Iniuria abs te afficior indignè, pater. ad Herenn. lib. 2. p. 42.
Multis iniuriis agitari jactariq;. Pro Quint. p. 3.
Inſignem accipere iniuriam. pro Quint. p. 9.
Iniuriam alicui ponere. Pro Quint. p. 55.
Iniuriam novo ſcelere conflare. pro Sext. Roſc. p. 37.
A ſe iniuriam propulſare. pro Sext. Roſc. pag. 57 & pro Cn. Plāc. pag. 509.
Talem iniuriam accipere, quam nullâ lege ſatis dignè perſequi poſſis. in Verrem. pag. 109.
Serpit iniuria, conſuetudo. in Verr. pag. 245.
Iniurias perſequi. in Verr. p. 227.
Iniurias ferre. ibid.
Omnes iniurias alicuius reſcindere, & irritas facere. in Verr. pagina 249.
Multis eum factis decretisq; jugulaſti. ibid.
Iniquitates ferre. in Verr. pag. 3 9.
Cumulare aliquem aliis maioribus iniuriis. in Verr. p. 343.
Non eſt mei temporis, iniurias meminiſſe, quas ego, etiamſi ulciſci poſſem, tamen obliviſci mallem. Orat. poſt red. p. 398.
Iniuriâ laceravi omni. in Verr. p. 398.
Iniurias, contumeliasq; alicui imponere. in Verr. pag. 420.
Iniuriam, ignominiamq; nominis invitam, impunitamq; dimittere. in Verr. p. 550.
Levari iniuriâ. pro Cæcinna p. 616.
Acceptam iniuriam perſequi non placet. pro Luc. Mur. p. 219.
Iniuriam alicui facere. in Orat. ante exilium. p. 361. & Ep. fam. l. 5. pag. 73.
Vlciſcendæ iniuriæ facilior ratio eſt, quàm beneficii remunerandi. Orat. poſt reditum. p. 379.
Ille iniuriam in noſtros ſocios intulit. Seſt. 30.
Multæ inferuntur iniuriæ. Seſt. 68.
Nunc quæro, utrum veſtras iniurias an Reipubl. perſequamini. Lig. 203.
Iniuriam viro fecimus. Phil. 9. 46. 1.
Omnes belli iniurias æquo animo patitur. Phil. 12. 498.
Maiorem iniuriam Reipub facere non poteſt. in Salluſt. 554.
Cæteris iniuriis, quæ propoſita ſunt à Catone, facile, ut ſpero, reſiſtemus. Ep. fam. l. 1. p. 12.
Graviſſimas iniurias voluntariâ oblivione contriveram. Ep. fam lib. 3.

Iniuriam

Injuriam mihi fieri putabam, cùm rogabar. Epiſtol. fam. libro 4. pag. 104.

Deſerere aliquem ab injuriâ. Ep. fam. lib. 5. p. 118.

Injuriâ affici. Ep. fam. lib. 5. pag. 118.

Cæſar adhuc mihi injuriam facit. Epiſtol. fam. libro 5. pagina 178.

Fortiter inferre injuriam. Ep. fam. lib. 5. p. 150.

Dolere iniurias. Ep. fam. lib. 8. pag.

Vlciſci iniurias. ibid.

Tu velim animo ſapienti fortiq; ſis, ut tua moderatio, & gravitas aliorum infamet iniuriam. Ep. fam. lib. 9 p. 2 3.

Nos, Antoni, te nullâ laceſſivimus iniuriâ. Epiſt. fam. lib. 17. pagina 351.

Iniurias perpeti, & cum contumeliâ etiam noſtrâ omnia prius experiri malui. Ep. fam. lib. 12. p. 370.

Iniuria, quam accepiſti, dolore me affecit. Epiſtol. Fam. libro 13. pag. 386.

Provinciam ab iniuriâ defendere. Epiſt. fam. lib. 13. p. 386.

Ferre iniuriam. Ep. fam. l. 12. p. 370.

Syllani temporis iniuſtiſſimâ calamitate dolui, & cum iis, qui ſimilem iniuriam acceperant. Ep. fam. lib. 13. p. 391.

Scito nihil tam exercitum eſſe, quàm candidatos omnib. iniquitatibus. Ep. Att. lib. 1. p. 15.

Honorificis verbis omnes iniurias revellimus. Epiſt. Attic. lib. 10. pag. 318.

Vt aliquam accipiamus ab iſtis iniuriam. Epiſt. Attic. libro 10. pag. 326.

Noli pati à neceſſariis tuis neceſſario meo iniuriam fieri. Ep. Brut. pag. 543.

Et gravi commotâ iniuriâ, cuius ſi maiorem aliquam leuationem reperire poſſem, non ad hanc potiſſimam confugiſſem. De nat. l. 1. pag. 6.

In homines adiungere iniuriam. De nat. Deorum. libro 3. pagina 150.

Cum amicis iniuriam adiungere. De finib. l. 1. p. 309.

Qui decrevit tantisper ſe minus iniuriæ ſuo gnato facere. De finib. lib. 5. p 261.

Iniuriæ faciendæ poteſtatem alicui adimere. De legib. libro 2. pagina 357.

Iniuriâ laborare. Qu. Tuſc. l. 4. p. 420.

Lædere

Digitized by Google

Lædere aliquem iniuriâ. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 421.

Nam cùm accipere, quàm facere præſtat iniuriam tum &c. Quæ. Tuſc. l. 5. pag. 472.

Ne cui quis noceat, niſi laceſſitus iniuriâ. 1. Offic. p. 11.

Iniuriæ, quæ nocendi causâ de induſtriâ inferuntur, ſæpè à metu proficiſcuntur. 1. Offic. p. 12.

Fugienda ſemper eſt iniuria. 1. Offic. p. 12.

Adducantur pleriq; ut eos juſtitiæ capiat oblivio. 1. Offic. pagina 12.

Ab ijs, quibus infertur, non propulſant iniuriam. Ibidem.

Iniuſtè impetum in quendam facit. Ibidem.

Permultum intereſt, an conſultò, an cogitata fiat iniuria. 1. Offic. pag. 13.

Leviora ſunt, quæ repentino aliquo modo accidunt, quàm ea, quæ meditata, & præparata inferuntur. Ibidem.

Ac de inferendâ quidem iniuriâ ſatis dictum eſt. Ibidem.

Suum ſe negotium cogere dicunt, ne facere cuiquam videantur iniuriam. 1. Offic. pag. 14.

Dum altero iniuſtitiæ genere vacant, in alterum incurrunt. Ibidem.

Exiſtunt iniuriæ ſæpe calumniâ quadam. 1. Offic. pag. 16.

Sunt quædam officia etiam adverſus eos ſervanda, à quibus iniuriam acceperis. 1. Offic. pag. 16.

Haud ſcio, an ſatis ſit, eum, qui laceſſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere, ut ipſe, ne quid tale poſthac committat, & cæteri ſint, ad iniuriam tardiores. 1. Offic. p. 16.

Duobus modis, aut vi, aut fraude fit iniuria. 1. Offic. p. 19.

In eadem ſunt iniuſtitiâ. Ibid.

Iniurioſi ſunt in proximos. 1. Offic. pag. 20.

Fortes & magnanimi ſunt habendi, non qui faciunt, ſed qui propulſant iniuriam. 1. Offic. p. 27.

Ad res iniuſtas impellitur. Ibid.

Multis afficiuntur iniurijs. Offic. lib. 2. p. 29.

Eamq; iniuriam in deterrendâ liberalitate otium fieri. 2. Offic. pagina 90.

Quam facere cuiquam iniuriam, 3. pag. 109.

Nec ei quicquam fiet iniuria. 3. Offi. p. 135.

Ignara patriæ iniuriam non tulit. de amic. p. 200.

Iactam & immiſſam à te nefariam in me iniuriam ſemper duxi. Paradox. 4. p. 231.

Digitized by Google

Initii. *Vide* Principii.
Innocentiæ. *Vide* Culpæ.

Vnſchuld.

M*Agnum hoc quoq; ſignum eſt, dominam eſſe extra noxiam.* Heaut. 1.3.v.52.

Illi qui audient, ab culpâ abſunt. ad Herenn. lib. 4. pag. 113.

Animus à talibus factis vacuus, & integer eſſe dicitur. de Invent. lib. 2. pag. 206.

Culpâ carere. de Invent. lib. 2. pag. 258.

Inſaniæ. *Vide* Amentiæ.

Inſidiarum. Inſidiandi. *Vide etiam* Doli.

Nachſtellen / Argliſt / Hindergehen.

I*Nſidias facere alicui.* Aul. Arg. v. 10.

Ne mihi ex inſidijs verba det. Aul. 1.1. v. 23.

Inſidias dare alicui. Aul. 4. 5. v. 2.

Metuo Herculè; ne illa mulier mihi inſidias locet. Aul. 2. 5. verſ. 17.

Num tu cuipiam pudicæ inſidias locas? Curc. 1. 1. v. 25.

Huic ex inſidijs, hiſce ego inſidias dabo. Caſ. 2. 7. v. 13. Pſeud. 2. 1. verſ. 19.

Pleraq; hæc ſub veſtimentis ſecum habebant retia. Epid. 2. 2. v. 32.

Is noſtræ navi lembus inſidias dabat. Bach. 2. 3. v. 52.

Poſtquam nos vidimus auro inſidias fieri. Bach. 2. 3. v. 65.

Perij, in inſidias deveni. Men. 1. 7. v. 27.

Cui iam infortunij intenta baliſta eſt probè. Pœn. 1. 1. v. 73.

Ego hic in inſidijs ero. Pſeud. 4 2. v. 4.

Conſul. ò hoc factum eſt mihi, ut inſidiæ fierent. Pœn. 3. 5. v. 13.

Quid

Quid eſt, quod metuas, dum hero inſidias paras? Pœn. 4. 2. verſ. 62.

Dico mihi inſidias fieri. Eunuch. 1. 3 v. 26.

Hiſcine tu non contra inſidiabere? Hecyr. 1. 1. v. 13.

Inſidias facere alicui. Phorm. 2. 1. v. 44.

Simo, ubi advenit Megaram, inſidias fecit Virgini. ad Herenn. lib. 1. pag. 11.

Inſidias facere noluiſti. de Invent. lib. 1. pag. 185. & pro L. Syllâ. pag. 314.

Inſidias parare alicuius vitæ. pro S. Roſc. pag. 45.

Ferro & inſidijs filij vitæ infeſta appetita eſt. pro S. Roſ. pag. 46.

Inſidiæ terrâ mariq; factæ ſunt, quas partim diligentiâ devitavi, partim repuli. in Verr. p. 137.

Infamiâ & invidiâ recenti, ſed vetere & diuturnâ flagrat. Ibidem.

In quot laqueos te induxerit, quorum ex illo ſe nunquam expediet. in Verr. pag. 265.

Ex prædonum inſidijs, ex tempeſtatum periculis profugere. in Verr. pag. 514.

In ijs ipſis intercludere inſidijs, quas mihi opponere conaris. pro Cœl. 619.

Eius vita à me inſidias apud me domi poſitas eſſe dixerunt. Seſt. 21.

Quem fortem, & bonum civem, petulantiſſimè eſt inſectatus. pro Seſt. 55.

Omnes eſt inſidias ſceleratiſſimè machinatus. Seſt. 65.

Inſectaris alterius innocentiam. Cœl. 96.

Oculis videritis inſidias Miloni à Clodio factas eſſe. Mil. 124.

Alter alteri inſidias fecit. Mil. 211.

Ante ſuum fundum Clodius Miloni inſidias collocavit. Mil. 233.

Bello terrâ mariq; Dolobellam perſequi. Phil. 11. 490.

Senatui inſidias fecerat. Salluſt. in Cic. 548.

Cui in civitate inſidias feciſti. Salluſt. in Cic. 549.

Inſidias alicui comparare. pro A Clu. pag. 22.

Facere alicui inſidias. pro A. Cluent. p. 25.

Statim moliri nefario mulier cœpit inſidias filio. pro A. Cluent. pag. 79.

Ab illo tempore nullum locum prætermiſit, in quo non inſtrueret inſidias aliquas. pro A. Cluent. pag. 85.

Quas iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur. Contra

Crudeles inſidias in aliquem facere. pro L. Syll. p. 325.
Parare alicui inſidias. pro Cn. Planc. p. 537.
Inſidias comparare. Ibid.
Partim odio inducti, me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderunt, partim non credunt, & à me inſidias metuunt. Ep. Fam. lib. 5. p. 123.
Incidere in inſidias. Ep. Fam. lib. 7. p. 187.
Liberare aliquem inſidijs. Ep. Fam. lib. 15. p. 464.
Animis omnes tendantur inſidiæ. de Leg. lib. 1. p. 301.
Me ſummâ ſimulatione amoris, ſummaq; aſſiduitate quotidianâ ſceleratiſſimè inſidioſiſſimeq; tractavit. Ep. Quint. frat. lib. 1. pag. 597.
Vitare alicuius inſidias. de petit. Conſul. p. 103.
Paci, quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. 1. Off. p. 16.
Nihil ex occulto, nihil ex inſidijs agendum putant. 1. Off. pagina 44.

Inſtituti. Propoſiti. Conſilii. Decreti. *Vide* Deliberandi. Sententiæ.

Vorhaben/ Vornemen/ Beſchlieſſen.

MAgnam illic homo rem incepit, & magna munit mœnia. Mil. 2. 2. v. 73.
Sed iam ad inſtitutum revertar meum. de Orat. l. 2. p. 376.
Certum eſt obfirmare viam me, quam decrevi perſequi. Hecyr. 3. 5. v. 4.
Legitima opera tractavit, ut egrederetur à propoſito ornandi causâ. Brut. pag. 542.
Ad propoſitum ſe retulit. de partib. pag. 740.
Luceium ſcito conſulatum habere in animo ſtatim petere. Ep. Att. lib. 1. pag. 34.
In meâ priſtinâ ſententiâ permanebo. Ep. Att. lib. 1. p. 43.
Nullâ re à propoſito deterreri poteſt. Ep. Brut. pag. 548.
Sequi inſtitutum. Acad. lib. 2. pag. 10.
Agreſtibus inſtitutis vivere. de finib. lib. 3. pag. 195.

Sed

Digitized by Google

Sed ad propoſitum revertar. de divin.lib.2.p.243.
A propoſito aberrare. de fin.lib.5.pag.287.
Ad propoſitum redire. Qu.Tuſc.lib.1.pag.303.
Sed te, de æternitate dicentē, aberrare propoſito facilè patiebar. Qu. Tuſc. lib. 3. p. 327.
Nos ad propoſitum revertamur. Qu. Tuſc. lib.3.p.380.
Deinde noſtro inſtituto vagabimur. Qu. Tuſc.lib.3. pag. 381.
Redire ad propoſitum. Qu.Tuſc.lib.4.pag.415.

Integritatis. Probitatis. *Vide ſupra*. Improbitatis.

Redlich/ Auffrichtig.

V*Tinam iſtud verbum ex animo ac verè diceres*. Eunuch.1.2. v.100.
Huic tu nihil vitij dicas. Hecyr.1.2.v.79.
Te & pietatis in tuos, & animi in Rempublicam & clariſſimi atq; optimi conſulatus C. Marcello conſule facto fructum cœpiſſe, vehementer gaudeo. Epiſt.ad fam.lib.15 pag.475.
Spero me integritatis laudem conſecutum eſſe. Ep.ad fam.lib.2.pagina 49.
Is homo ſe probatum nobis, veſtrisque ſimilib. ſemper voluit. pro Cæc.p.627.
Habetis hominem ſingulari pudore, virtute cognitâ, & ſpectatâ fide ampliſſimum, in utraq; virtute cognitum multis ſignis, & virtutis & humanitatis. Ibid.

Intelligendi. *Vide quoq; ſup*. Cognoſcendi. pag.307.

Verſtehen/ Vernemen/ Wiſſenſchafft haben.

Q*Vando Æſculapij ſentio ſententiam*. Curc. 2.1.v.2.
Deſiſte: rectè ego meam rem ſapio. Pſeud. 1.5. v.81.

Qui huc advenit uſque, quid ſapit? Pſeud. 1. 4. v. 47.
Experior domi, atq; ipſa de me ſcio. Amph. 2. 2. v.
Quando ego nunc corde conſpicio meo. Pſeud. 3. 1. v. 3.
Narras? non rectè accipis. Du verſteheſt es nicht recht. And. 2. 2. verſ. 30.
Qui hoc felicitatis nequeo decernere. Adelph. 4. 2. v. 5.
Animo rei magnitudinem complecti. de Orat. lib. 1. pag. 274.
Animo percipere, & memoriâ cuſtodire. de Orat. lib. 1. pag. 302.
Vt nihil hominum aut auribus, aut mentibus jucundius percipi poteſt! de Orat. lib. 2. pag. 153.
In bonam partem accipias rogo. pro Sex. Roſc. pag. 51.
Sciri hoc ex literis poteſt. in Verr. pag. 359.
Cuius facinora oculis prius, quàm opinione, manibus ante, quàm ſuſpicione deprehendi. Cœl. 95.
Aliquid ex eius ſermone poterimus ſuſpicari. Att. lib. 2. pag. 67.
Vterque in multis cauſis verſatus erat. Brut. pag. 55.
Omnis publici iuris antiquitatisque noſtræ bene peritus fuit. Brut. 599.
In quibus extremis erat, ſe id certis auctoribus comperiſſe. Ep. At. 14. pag. 459.
Rem integrum ad ſuum adventum iuſſit eſſe. Cic. 1. Off. pag. 98.
Quoniam principiò rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illuſtratus ſapientiâ duce bonum virum, & ob eam ipſam cauſam cernat, ſe beatum fore. de leg lib. 1. p. 317.

Interficiendi. Occidendi. Cædis. Necandi. Homicidii. Parricidii.

Tödten / Todſchlag / Morden / Vmbbringen / Hinrichten.

Suâ obtruncavit manu. Amph. 1. 1. v. 95.
Ego meâ occidi manu. Amph. 1. 3. v. 37.
Hæc me modò ad mortem dedit. Amph. 2. 2. v. 177.
Configę ſagittis fures. Aul. 2. 7. v. 25.
Niſi mihi redditur, ego te faciam ut hic formicæ fruſtillatim differant. Curc. 4. 4. v. 20.

Interimere

Interimere ait velle vitam. Caſ. 3. 5. v. 29.

Invitare aliquem. Einem das gar auß machen. Caſ. 3. 6. v. 21. Vide Lexicon Plaut.

Niſi ego teque tuamque filiam meque hodie obtruncavero. Epiſt. 2. 1. v. 47.

Si ſors autem decollaſſit, gladium faciam culcitram. Caſ. 2. 4. v. 28. h. e. *Gladio mihi pectus transfodiam.* Sic Lucillius: *ſuſpendatne ſe, an in gladium incumbat, ut cœlum videat.* Cicero. l. 2. de Inv. *In gladium incumbere.* Idem. *Eripiamus huic ægritudinem. quomodo? collocemus in culcitâ plumeâ, pſaltriam adducamus.*

Hæc ſunt, quibus cum tu extuliſti noſtram filiam ad necem. Ciſt. 1. 3. v. 18.

Ne ſuam vitam interimeret. Ciſt. 4 2. v. 45.

Vitam tuam ego interimam peſſima. Epid. 4. 2. v. 24.

Ni illum exanimalem faxo. Bacch. 4. 8. v. 7.

Illum cubantem cum illâ opprimere ambo: ut necem. Bacch. 4. 8. verſ. 19.

Iam illorum ego animam amborum exſorbebo, & oppida. Bacch. 4. 8. v. 25.

Exhæredem fecero vitæ tuæ. Bacch 4. 8. v. 8.

Omnes obtruncabo duobus ſolis ictibus. Bacch. 4. 9. v. 51.

Ego illam anum interfecero ſiti fameque atque algu. Moſt. 1. 3. verſ. 16.

Securim capiam ancipitem, atq; tunc ſenem exoſſabo: deinde dedolabo aſſulatim viſcera. Men. 5. 2. v. 106. 107.

Quem ego hominem, ſiquidem vivo, vitâ devolvam ſuâ. Men. 5. 5. verſ. 5.

Animâ privabo virum. Men. 5. 5. v. 7.

Miſerè geſtit fratrem facere ex hoſtibus. Mil. 1. 1. v. 8. Vide Lex. Plaut. litt. F.

Quia æqualem, & ſodalem, civem liberum enecas. Merc. 3. 4. verſ. 27.

Demiſiſti gladium in iugulum, iam cadam. Merc. 3. 4. 28.

Vim mihi afferam. Rud. 3. 3. v. 19.

Venus eradicet caput, atq; ætatem tuam. Rud. 1. 2. v. 59.

Qui me penè interfeciſti vitâ, & lumine. Truc. 2. 6. v. 37.

Illos procul hinc ex occulto caderes. Eunuch. 4. 7. v. 17.

Interfectam eſſe ab Oreſte matrem convenit mihi cum adverſariis. ad Herenn. lib. 1. pag. 12.

Per inſaniam gladio incubuit. ad Her.l.1.p.13.
Cùm dicat ſe patris ulſciſcendi causâ matrem occidiſſe. ad Heren. l.1.p.18.
Aiacem inimicum acerrimum de medio tollere volebat. ad Her.l. 2.p.36.
Nunquam tam crudeliter vitam hominis petiiſſet. ad Heren. lib. 4.p.90.
Vt quoquo modo poſſit, veneficio petat. ad Heren.l.4.p.92.
Quem armis cepiſſent, vitâq́ privarent. ad Herenn. libr. 4. p.93.
Vno iudicio ſimul multos iugulaveritis. ad Herenn. libr. 4.pag. 115.
In ſinu parentum iugulantur. ad Heren.l.4.p.116.
Non vox mea tibi vitam ademit? ad Heren.l.4.p.128.
Vitas hominum labefactare aſſuevit. De Invent. libr. 1. pag. 259.
In gladium in navi incubuit. ibid.
Vitâ ſe ipſe privavit. de Orat.l.3.p.454.
Ferro erepta vita eſt. de Orat.l.2.p.455.
Vi vitam evitare. de Orat.lib.3.p.516.
Neceſſarios à faucibus macelli corrogat. pro Qu.p.8.
Caput alterius petere. pro Qu.p.9.
Ex numero vivorum exturbari. pro Qu.p.17.
Per ſe afflictum atq; everſum non modò honeſtè partis bonis, verùm etiam communi luce privaret. pro Qu.p.26.
De medio tollere hominem. Pro S.R.p.43.
Cervices dare an inſutus in culeum, per ſummum dedecus, vitam amittere. pro S.R.p.47.
Majore ſtudio cùm omni literarum genere, tùm Philoſophiæ deditus fuit. ibid.

Ingenio ſcientiaq; excellere. ibid.

Delectabantur mirificè lectione librorum. ibid.

Sunt multi, qui omninò græcas non ament literas. ibid.

Græcas literas didiciſſe. ibid.

Nec literarum græcarum, nec Philoſophiæ, jam ullum auctorem requiro. ibid.

Sin autem quis requirit, quæ cauſa nos impulerit, ut hæc tamen ſerò literis mandaremus. de nat.deor.l.1.p.6.

Afferre literas. de nat.deor.l.2.p.52.

Teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum, amorisq; noſtri, quo poſſem literarum genere, explicarem. Academic.Quæſt.l. 1.pag.16.

Da quæſo te huic etiam generi literarum. Acad. Qu.l.1.p.81.

Qui me ad alias literas vocent. de fin.l.1.p.96.

Veritus, ne movere hominum ſtudia viderer. de fin.l.1.p.96.

Plures enim tradunt nobis ij, qui interiores ſcrutantur, & literas reconditas. de nat.deor.l.3.p.132.

Quia omnia eius verba exceperint, literisq; mandaverint. l.2.pag. 232.

Omni literarum genere aliquem ſuperare. Quæſt. Tuſcul. lib.1. pag. 295.

Vt ea literis mandaremus. Off.l.2.p.65.

Litis. *Vide* Altercandi.

Loquendi. *Vide* Alloquendi. Dicendi.

Lucri. *Vide* Fœnoris.

Luctûs. *Vide* Ægritudinis.

Digitized by Google

Luſûs, Ludendi, Aleæ. *Vide etiam* Fabulæ. Spectaculorum.

Spielen/ Kurtzweilen/ Würffel.

Amator talos cùm jacit. Capt.1.1.v.5.
Eluſi militem in aleâ. Ich hab jhn außgeſpielt. Curc. 5.2. v.11.31.
Tribus bolis aleæ ludes vel in chalamydem. Du ſolt mir drey würff ſpielen/auff einen rock. Cur.5.2.v.13.
Ludi ſunt: ludus datus eſt argentarijs. Caſin.prol.v.25.
Quos mihi ludos redderet? Andr.3.1.v.21.
Ludos thenſarum vehiculis inire. in Verr.p.567.
Ludos facere. de Aruſp.Reſp.p.474.
Se ludis homo popularis commiſit omninò. Seſt.57.
Exercitatione ludoq; campeſtri tunicati utimur. Cæl.96.
Inſtant nunc poſt hominum memoriam apparatiſſimi magnificentiſſimiq; ludi. Piſ.206.
Ludos intermittere. de divin.p.178.
Ad ludendum dare. de fin.l.5.p.268.
Ludis delectari. Qu.Tuſc.l.5.p.489.
Non ita generati à naturâ ſumus, ut ad ludum & jocum facti eſſe videamur. 1.Off.p.41.
Ludo & joco, ut illis quidem licet, ſed ſicut ſomno, & quietibus cæteris. Ibidem.
Vt pueris non omnem ludendi licentiam demus, ſed eam, &c. 1.Off. pag.91.
Ludendi quidam modus retinendus. 1. Off.p.42.
Suppeditant & campus noſter, & ſtudia venandi & ludendi exercitia. Ibidem.
Inde Auſtro leniſſimo ad Hydruntē ludibūdi pervenimus. Ep.259.b
Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. in Verr. 183.a
Per alios multa ludibundos libidinosè apud Verrem effeciſſe vidit: ad omnes eoſdem patere aditus arbitrabatur, faciliùs vos efficiebatis ludibundi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. Ibid.

Luxu-

Luxuriæ. Luxûs. *Vide* Abliguriendi. Bibendi.

M

Maciei corporis. *Vide ſupr.* Contabeſcendi.

Mager an haut vnd Bein.

Oſſa atq; pellis totus eſt: ita crura macet: ita is pellucet, quaſi laterna Punica. Aul. 3. 6. verſ. 29. Ad quam quidem lectionem à me inibi expreſſam, erubuit Saxonicus conſarcinator Notarum Plautinarum, in noviſſimâ ſuâ Editione. Salva igitur res eſt. O Muſæ ridetis, an erubeſcitis & vos ad hominis inſcitiam? Quaſi verò ἀκυρόν τι hoc eſſet! Nunquid enim macritudo potiſſimùm circa crura? Vnde Poetæ γυιβόρους μελεδῶνας appellant, quòd crura exedant, & & maciem inducant. Nil tamen repugno, quin vulgatum quoque retineatur. *Curâ macet.* Quod ipſum an Francus iſte homo ſatis intellexerit, ego vehementer ambigo, cùm linguæ Græcæ, è quâ formula hæc deſumta eſt, non admodum gnarum fuiſſe memorent amici. Vide locum ſeq.

Oſſa atq; pellis ſum miſer à macritudine. Capt. 1. 2. v. 26. Talem vett. Latini appellarunt *Scutilum*. Feſtus. & *Monogrammum* Lucilius.

Qua mihi miſera amanti ebibit ſanguinem. Curculion. 1. 2. verſ. 65.

Heic qua miſeria te tam miſerè macerant. Pſeud. 1. 1. v. 2.

Maculæ. Commaculandi. Polluendi.

Beflecken/Beſudlen/Außwaſchen.

Digitized by Google

Viden' illi corpus maculari totum maculis luridis? Capt. 3. 4. v. 63.

Curram igitur aliquò ad piſcinam, aut ad lacum limum petam, quid eò opus eſt? ego dicam, ut tibi & illi limem caput. Pœn. 1. 2. v. 20. & 87.

Delenda eſt vobis illa macula bello ſuſcepta, quæ penitus iam inſedit, atq; inveteravit in populi nomine. pro Leg. Man. p. 630.

Aliquem flagitio polluere, dedecorare, maculare, ſcelere obligare. de Aruſp. p. 475.

Quoniam illa in Republicâ macula regni publicati maneret, quam nemo iam eluere poſſet. Seſt. 32.

Hæreret illa in Republicâ nihilo minus turpitudo. Seſt. 32.

Ne ex tuâ ſummâ indignitate labes huic dignitati aſperſa videatur. Vat. 79.

Clariſſimo viro nonnullam tuâ laudatione labeculam aſpergis. Vat. 90.

Stupro polluit ſanctiſſimas religiones. Mil. 257.

Nonne viderer tibi æternas maculas inurere, quas vita tua eluere non poſſit? In Salluſt. p. 555.

Magiſtratûs. *Vide etiam* Conſulis. Honoris. & Muneris. *Item* Regni.

Obrigkeit / Ambt tragen.

Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. Bacch. 1. 2. v. 40. Vbi *Magiſterium* ponitur pro *magiſtratu*. Vide Lex. Plaut.

Magiſtratu ſe abdicare. de Divin. 124. a

Antonius eo die non modò conſulatu, ſed etiam libertate ſe abdicavit. in Anton. 185. b

Abdicare ſe præturâ. in Cat. 119. a

Qui collega magiſtratum per ſeditionem abrogavit. pro Mil. 115. a

Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abrogando. pro Qu. Fr. 308. a

Si tibi magiſtratum abrogaſſet, minore ignominiâ te affeciſſet. in Verr. 136. b

Digitized by Google

Brutus collega ſuo imperium abrogavit. de Cl. 169. a
Eiq; imperium eſt abrogatum. pro Dom. 230. a
Petitionis noſtra huiuſmodi ratio eſt. ad Att. l. 1. p. 5.
Prenſat unus P. Galba *ſine fuco ac fallaciis.* ibid.
Nos initium prenſandi facere cogitaramus. ibid.
Thermus cum Syllano contendere exiſtimatur. ibid.
Non videtur ἀδύνατον, Curium obducere: ſcil. *in petitione Conſulatus.* ibid.
Firmior candidatus fore videtur. ibid.
In uno Domitio maximè ambitio noſtra nititur. ibid.

Magnanimitatis. Fortitudinis. *Vide* Animi.

Dapfferkeit/Gutter Muth.

ANimo virili præſentique, ut ſis, para. Phorm. 5. 8. v. 64.
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. Phorm. 5. 8. v. 71.
Tantum animi in homine fuit, ut &c. in Verr. p. 538.
Quod forſitan non nemo vir fortis, & acris, & magni animi duxerit. Seſt. 23.
Acta eſt res animo virili. Ep. Att. l. 14. p. 461.
Stabili, & firmo, & magno animo aliquid efficere. De Fin. lib. 3. p. 191.
Ignari quantum animi in illo Heroe eſſet, quantum etiam conſilij. Ep. Att. l. 4. p. 114.
Nos animo duntaxat vigemus. ibid.
Vt quisq; magnitudine animi excellit, ita maximè vult princeps omniumq; vel ſolus eſſe. 1. Off. p. 23.

Mali. *Vide* Fortunæ adverſæ. Damni.
Mandati. *Vide* Imperandi.
Matrimonij. *Vide* Coniugij & Nuptiarum.

Medicinæ

Medicinæ. Medendi. Sanandi. Vulneris. Curandi. *Vide etiam* Ægrotandi. Lædendi.

Heylen/Artzen/Artzeneien.

QVid ſi ego illum tractim tangam, ut dormiat? Sos. *Servaveris.* Amph. I. 1. v. 156. Vbi obſervandum, quid ſit *Tractim tangere*, nempe id, quod Græci efferunt χερσὶν μαλακοῖς ἀμφέπειν, quod ſolent Medici, cùm gravioribus vulneribus affectos, quorum tractationem vigilantes tolerare non poſſunt, ad ſoporem impellunt, atque ita per effuſum ſomnum curam ſuam expediunt. Statius lib. 3. Thebaid. v. 153. dicit *vulnus tractare*: die wunden gemächlich vnd lind angreiffen.

Sic idem Statius explicat;

---pars ſpicula dextrâ
Nequicquam parcente trahunt, pars molliter aptant,
Brachia trunca loco, & cervicibus ora reponunt.

Pacatus in Panegyr. Theod. *Altorum vulnerum cicatrices, poſtquam cutem ſanitate duxerunt, manu pendente tractabo.* Claudianus Epiſt. ad Hadri. *Cuius pertulerat vires, & ſenſit in uno Letalem placidamq́; manum.* Quintilianus lib. 2. cap. 4. *Iucundus ergò tùm maximè debet eſſe Praceptor, ut remedia, quæ alioquin ſunt naturâ aſpera, leni & molli manu leniantur.* Idem l. 4. c. 3. *Hic igitur velut fomentis, ſi quid erit aſperum, præmolliemus* Senec. l. 1. Conſol. c. 2. *Hoc erit non molli viâ mederi, ſed urere & ſecare.* Idem Conſol. ad Helviam. *Itaq; utcunq; conabor, manu ſuper plagam meam impoſitâ, ad obliganda vulnera veſtra reptare.* Cæterùm in ſuperiori loco Plauti notandum quoque verbum *Servare*: quod Medicis convenit propriè. Antholog. lib. 1.

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώστρα λαῶν
ἤθεα---

Hinc φαρμακ. σωτήρια apud Pollucem. Indeque Medici σωτῆρες dicti ab Ariſtæneto li. 1. Epiſt. 13. Ovidius lib. 4. de de Ponto, Eleg. 15.

Digitized by Google

Teq; mea cauſam, ſervatoremq; ſalutis,
Meq; tuum librâ novit, & ære minus.

Atque hæc ad illuſtrandum locum Plautinum placuit annotare ex l.2.c.10. Crepundiorum doctiſſimi iuvenis *Iani Gebhardi*, Amici noſtri.

Medicus veniet, qui huic morbo medicinam facere poteſt. Ciſt. 1. 1. v. 76.

Ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio. Men. 5. 3. v. 9.

Quod remedium nunc huic malo inveniam? And. 3. 1. v. 10.

Ægro adhibere medicinam. de Orat. l. 2. p. 307.

Medicinæ faciendæ locus eſt. pro Qu. p. 3.

Cùm capiti mederi debeam, reduviam curo. pro Sext. Roſc. p. 81.

Nulla unquam medicina his tot incommodis reperietur. in Ver. p. 35.

Aliquando medicinam Reipublicæ adhiberetis. Seſt. 67.

Hi medentur Reipublicæ, qui execant peſtem aliquam, ſtrumam civitatis. ibid.

Gravitas morbi facit medicinâ egeamus. Epiſt. ad Fam. lib. 9. p. 244.

Doloris medicinam à Philoſophiâ peto. Acad. Quæſt. lib. 1. p. 81.

Etſi ſine medico medicinam dabit Minerva. de Divinat. libr. 2. p. 26.

Tempeſtivam medicinam admovere. Tuſc. Quæſt. lib. 3. p. 409.

Nam quam quisq; curationem recipere poſſit, videndum eſſe. Qu. Tuſc. l. 3. p. 411.

Toto corpore curando, minimæ etiam parti, ſi condoluit, mederi. ibid.

Nos modò curationem eius recipiamus. Qu. Tuſc. l. 3. p. 412.

Animorum morbis remedia adhibere. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 438.

Remedia ſibi comparare ad tolerandum dolorem. Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 479.

Medici leviter ægrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. 1. Off. p. 33.

Medicandi

Digitized by Google

Meditandi. *Vide* Cogitandi.
Mediocritatis. *Vide* Temperantiæ.
Melancholiæ. *Vide* Ægrotandi.

Memoriæ. Recordandi. Monumenti. *Vide etiam* Cogitandi.

Gedechtnuß/Gedencken/Erinneren.

N*On poſſum me commonere, ubi terrarum ſim*. Amph. 1. 1. v. 180.

Memoriter memorare. Amph. 1.1.v.260. & *Memoriter meminiſſe*. Capt. 2.1.v.53.

Nunc in memoriam redeo. Capt. 5.4.v.25.

Vbi me fugit memoria, ibi tu facito, ut ſubvenias. Bacch. 1. 1. v. 2. Sic Cicero lib. 1. de Finib. *Si memoria defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras*. Propert. l. 1. Eleg. 7. *Nec tibi ſubijciet carmina ſervus Amor*. ὑποβάλλειν eſt *dictare alicui, monere, ſubijcere*. Vnde *Monitores*, qui & *Secundarij* ὑποβολεῖς. Gloſſæ. *Secundarius. Subdica*. ὑποκριτὴς, *qui ſecundò dicit*. At hic propriè non eſt *monitor*.

Ecquid in mentem tibi eſt? Bacch. 1. 2. v. 53.

Ecquid meminit Mneſilochi? Bacch. 2. 2. v. 28.

Aſtutè in mentem venit de ſpeculo. Moſt. 1. 3. v. 113.

Propterea illius nomen memini faciliùs. Men. Prol. v. 45.

Rectè rationem tenes. Mil. 1. 1. v. 47.

Memoriâ es optimâ. Mil. 1. 1. v. 49.

Feſtivum facinus venit in mentem mihi modò Pœn. 5. 2. v. 126.

Eius illi immortalis eſt memoria meminiſſe, & ſempiterna. Mil. 3. 3. v. 15.

Obliviosa extemplò fiunt, meminiſſe nequeunt. ibid. v. 17.

Memini, & ſcio, & calleo, & commemini. Perſ. 1. 1. v. 8.

Memoriâ oblivisci. Trin. 4. 3. v. 11.

Ne ſuarum ſe miſeriarum in memoriam inducat. Perſ. 4. 4. v. 92.

In me-

Digitized by Google

In memoriâ habeo. And.1.1.v.13.

Etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis de Glycerio. And.1.5.v.48.

Hac habui in memoriâ. Eunuch.1.2.v.95.

Memini,tametſi nullus moneas. Eunuch.2.1.v.10.

Vbi in mentem eius adventi venit. Phorm.1.3 v.2.

Redi mecum in memoriam. Phorm.5.3.v.19.

Vt facilè memoriâ comprehendatur. ad Heren.l.2.p.37.

Si memoria mandaverit. ad Heren.l.2.p.48.

Si quomodò poteſt vobis in memoriam redire. ad Herenn. lib.4. p.125.

In memoriam reducere aliquid. de Inv.l.1.p.191.

Simul & in memoriam redibit auditor. ibid.

Ad noſtram memoriam propter fani religionem remanſit. de Inv. l.2.p.197.

Vt in perpetuum belli memoria maneret. de Invent. lib. 2. p. 215.

Memoriam veterem repetere. de Orat.l.1.p.269.

Mihi repetenda eſt veteris cuiusdam memoria non ſanè ſatis explicata recordatio. de Orat.l.1.p.270.

Servium Galbam memoriâ teneo. de Orat.l.1.p.279.

Poſt memoriâ ſepire. de Orat.l.1.p.306.

Ad eum finem, quem memoriâ poſſem comprehendere. de Orat.l. 1.p.309.

Sic memoriâ erat proditum. de Orat.l.1.p.316.

Quãtum ego poſſem, ab oblivione hominum, atq; à ſilentio laudem eorum vindicarem. de Orat.l.2.p.346.

Vt eam etiam nunc vivam illorum memoriam teneremus. ibidem.

In meâ memoriâ penitùs inſedit. de Orat.l.2.p.379.

Quem primum ferunt artem memoria protuliſſe. de Orat. lib. 2. p.446.

Ordinem eſſe maximè, qui memoria lumen affert. de Orat. lib. 2. p.446.

Ea quæ memoriâ tenere vellent. ibid.

Verumtamen neq; tam acri memoriâ ferè quiſquam eſt. de Ora. l.2.p.447.

Ea maximè animis noſtris affigi. ibid.

Facilimè animo teneri poſſe ea, quæ perciperentur auribus. de Orat.l.2.p.449.

Ac po-

cpenè poſtremum memoriæ prodamus. de Orat. libr. 3. pag. A 456.

Omnem rerum memoriam breviter, & quidem diligenter complexus eſt. Brut. p. 524.

Memoriâ aliquid comprehendere. Brut. p. 582.

Incurro in memoriam communium miſeriarum. Brut. pag. 594.

Rem complectebatur memoriter. Brut. p. 611.

Cùm, ſi veneris, ereptam memoriam diceret. Brut. p. 660.

Mandare aliquid memoriæ. pro Quin. p. 7.

In memoriam redeo. pro Qu. p. 20.

Memoriæ tradere literarum vetuſtatem. pro Quint. Roſc. pag. 43.

Hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur. Q. Roſcio. p. 44.

Venit mihi in mentem illius diei. in Verr. p. 125.

Redire ad memoriam. in Verr. p. 206.

Proditum memoriæ literis. in Verr. p. 574.

Tui nominis æterna memoria ſimul cum templo conſecratur. in Verr. p. 445.

In ſermone hominum audaciæ ſuæ monimentum æternum relinquere. in Verr. p. 211.

In Eryco monte tuorum monimentum flagitiorum, crudelitatisq́ poſuiſti. in Verr. p. 270.

Monumentum crudelitatis conſtituere. in Verr. p. 421.

Opus eſt ingens, magnificum totum, eſt ex ſaxo in mirandam altitudinem depreſſo, & multorum operis exciſo, nihil tàm clauſum ad exitus, nihil tàm ſeptum undiq;, nihil tam tutum ad cuſtodias, nec fieri, nec cogitari poteſt. in Verr. p. 515.

Monimentum facere pro Dom. p. 421.

Memoriam rei repetere. in Verr. p. 464.

Imagines ad memoriam poſteritatemq; prodere. in Verr. pag. 502.

Calamitate docti memoriâ retinemus. pro Leg. Man. p. 639.

Memoriæ aliquid prodere. pro Leg. Man. p. 644.

Vos quaſi memoriâ teneatis. pro Aul. Cl. p. 15.

Extat memoria. pro Aul. Cl. p 29.

Memoriâ teneo. cont. Rull. p. 119 & in Catil. p. 200.

Percipite diligenter, quæ dicam, & ea penitùs animis veſtris, mentibusq; mandate. in L. Cat. p. 175.

Proditum

Proditum eſt. pro Flac. p. 289.
Traditum memoria eſt. pro L. Mur. p. 246.
Animum memoria refricare cœperat. pro Luc. Syll. pag. 314.
Omnis memoria funditùs ex oculis hominum ac mentibus tolleretur. pro Dom. p. 446.
Atrocitatem illius temporis recordari ut poſſitis, veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitare. Seſt. 7.
Veſtigia non preſſa leviter ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam illius provinciæ ſempiternam. Seſt. pag. 8.
Facta eorum occurrunt veſtris mentibus. Seſt. 10.
Teneſne memoriâ? Vat. 78.
Audetis excitare tanti flagitij memoriam, non extinctam quidem, ſed repreſſam vetuſtate. pro Cœl. p. 123.
Hoc non ſine causâ fictis tabulis doctiſſimi memoriæ prodiderunt. Mil. 215.
Vos tenetote animis & memoriâ. Corn. 155.
Hæc ad poſteritatis memoriam prodita ſunt. Rab. 770.
Immortalem memoriam concupivit. Rab. 279.
Omnium Marcellorum meum pectus memoriâ effodit. Marc. 285.
Illa vita tua eſt, quæ vigebit memoriâ ſeculorum omnium, quam poſteritas alet, quam ipſa æternitas ſemper intuebitur. Marc. 290.
Tuas laudes nulla unquam oblivio obſcuratura eſt. Marc. pag. 291.
Omnis memoria huius clariſſimum lumen extinguere cupit. Deio. p. 311.
Memoria illud proditum eſt. Phil. 1. 327.
Si quid in bellum memoriæ causâ retulit. Philipp. libr. 31. pag. 330.
Redigere in memoriam noſtram. Phil. 2. 345.
Huius rei ne poſteritatem quidem omnium ſeculorum unquam immemorem fore. Philipp. 2. 359.
Illa memoria non eſt deleta. Phil. 2. 358.
Illud nomen populi Roman. extabit ſempiternum. Philipp. libr. 2. 358.
Illam pulcherrimi facti memoriam refricat. Philipp. lib. 3. pag. 391.

Digitized by Google

An illa non graviſſimis ignominiis & monumentis huius ordinis ad poſteritatis memoriam ſunt notanda? Philipp. lib. 5. pag. 413.

Pro brevi vitâ diuturnam memoriam reddiderunt. Philipp. 9 p. 459.

Reddita eſt ei à maioribus ſtatua pro vitâ, quæ multos annos progeniem eius honeſtatis nunc ad tantam familiæ memoriam ſola reſtat. Phil. 9. 460.

Sulpitij vita multis erit, præclaris q; monumentis ad omnem memoriam commendata. Phil. 9. 461.

In ſingulis verſibus maximo clamore & plauſu Bruti memoriam populus Romanus proſequebatur. Phil. 10. 468.

Hæc gratiſſimâ memoriâ omnium civium incluſa eſt. Philipp. 10. p. 467.

Cæſaris munere Deiotarum longo intervallo per hunc virum renovata eſt. Phil. 13. 520.

Hæc literis & memoriæ mandavit. Phil. 13. 526.

Gratâ eorum virtutem memoriâ proſecutus eſt. Phil. 14 543.

Data eſt vobis memoriæ bene meritæ vita ſempiterna. Philip. 14. p. 544.

Vobis immortale monumentum ſuis penè manibus pop. Romanus exſtruxit. ibid.

Monumentum quàm ampliſſimum locandum & faciendum curent, ut extet ad memoriam poſteritatis ſempiternam. Philip. 14. 546.

Ego quæ pertinere ad te intelligam, ſtudioſiſſimè omnia, diligentiſſimeq; curabo, tuorum triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſervabo. Epiſt. ad Fam. lib. 4. pag. 113.

Velim ſtatutum habeas, me tui memoriam ſummâ cum benevolentiâ tenere. Epiſt. ad Fam. l. 6. p. 54.

Quantum memoriâ repetere præterita poſſum, nemo eſt mihi te amicus antiquior. Ep. ad Fam. l. 12. p. 341.

Notam eſſe in factis gratiſſimæ victoriæ memoriam ſempiternam volebam. Ep. Brut. p. 554.

Habet divinam quandam memoriam rerum. Acad. Qu. l. 2. p. 4.

Artem aliquam memoriæ tradere. ibid.

Hærebant in memoriâ, quæcunq; audiverat, aut viderat. ibidem.

Ille in animo res inſculptas habebat. ibid.

Cum

Cùm eſſet eâ memoriâ, ea ſæpè audiendo facilè cognovit, quæ vel ſemel audita nemini eſſe potuiſſet. Acad. Quæſt. libr. 2. pag. 95.

Memoriam alicuius implorare. Acad. l. 2. p. 98.

Animo comprehendere & tenere. Acad. Qu. l. 2. p. 15.

Animo rem cernere. ibid.

Hæc etiam ſequuntur, nec memoriam ſine conſenſione poſſe conſtare. Acad. Qu. l. 2. p. 23

Quibus notatis, quod cuiq; ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. de Divin. l. 1. p. 65.

Vt multa ex iis memoriâ teneam. de Nat. Deor. l. 2. p. 91.

Mandavi memoriæ non numerum ſolùm, ſed etiam ordinem argumentorum tuorum. de Nat. Deor. l. 2. p. 120.

Si me memoria fortè defecerit, tuum eſt, ut ſuggeras. de Finib. lib. 2. p. 146.

Quoniam recordatione te gaudere dicis. de Fin. l. 2. p. 169.

Vt & ſui Metrodori memoria colatur. de Finib. libr. 2. pag. 171.

Vt non ſine cauſâ memoriæ ex his ducta ſit diſciplina. de Finib lib. 5. p. 248.

Me ad altiorem memoriam commovit. ibid.

Memoriam alicui afferre. ibid.

Qui illa non modò curâ, ſed ne memoriâ quidem digna iudicant. de Divin. l. 2. p. 262.

Quomodo igitur hac infinitate & memoriâ complecti ſemper poſſumus? de Divin. l. 2. p. 270.

Hunc hominem memoriæ tradam ſempiternæ. Philipp. lib. 13. p. 527.

Nihil ſanè niſi ne nimis diligenter inquiras in ea, quæ modo iſto memoriæ ſunt prodita. de leg. l. 1. p. 294.

Ipſe æqualem ætati ſuæ memoriam depoſcit. de legib. lib. 1. pag. 296.

Sunt enim maximæ res in hac memoriâ atq; ætate noſtrâ. ibidem.

Memoriæ aliquid tradere. Quæſt. Tuſculanar. libr. 1. pag. 296.

Quæq; in animis imprimuntur. de leg. l. 1. p. 305.

Reminiſcendo aliquid recognoſcere. Quæſt. Tuſcul. libr. 1. p. 131.

Gratiſſimam memoriam retinet conſulatûs tui. de leg lib. 3. pag. 360.

Publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. de leg. lib. 3. p. 507.

Memoriâ aliquid comprehendere. Quæſt. Tuſcul. libr. 5. pag. 496.

Multa breviter & commodè dicta memoriæ mandabam. de Amic. p. 183.

Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandavi. de Amic. p. 184.

Nunquam ex animo meo diſcedit illius optimi, ac invictiſſimi viri memoria. Somn. Scip. pag. 241.

Mendacij Mentiendi. *Vide etiam* Vanitatis.

Lügen / Die warheit ſparen / Ein lügen erdencken.

M*Endacium dicere* Amph. 1. 1. verſ. 43. Vide Lexic. Plautinum. litt. M.

Quin quæq; edixti, ementitus es: **Es iſt alles erlogen / was du redeſt.** Amph. 1. 1. v. 55.

Tu, qui quæ facta inficiare, quem ego iam convincam hinc palam. Amph. 2. 2. v. 147.

Si quid erga me falſum dixeris. Aſin 1. 1. v. 5.

Dic herclè seriò, quod te rogitem: cave, mendacij quicquam mihi. ibid. v. 15.

Si huius rei me mendacem eſſe inveneris. Aſin. 5. 2. v. 5. *Vide Titulo* Credendi.

Adverſum aliquem mentiri. Aul. 4. 7. v. 9.

Vt citò commentatus eſt. Caſin. 2. 1. v. 25.

Non habeo ullam occaſionem, ut apud te falſa fabuler. Epid. 5. 1. v. 38 ſic Moſt. 2. 1. v. 23. *Quid mihi ſit boni, ſi mentiar?* Et paulò poſt: *Quid meream quamobrem mentiar?* Moſt. 4. 2. v. 71. Imitatus eſt Ovidius. *Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellem) Narravere ſenes.* Et libro 3. Triſtium libr. 10. *Vix equidem credar: ſed quum ſint præmia falſi, Nulla ratam debet teſtis habere fidem.* Tacitus hiſt. 4. *Vtrumq; qui interfuere*

terſuere nunc quoq; memorant, poſtquam nullum mendacio pretium.

Calidum mendacium. θερμὸν ψεῦδος. Moſt.3.1.v.131.

Parenti proloqui mendacium. Merc.1.2.v.96.

Nihil eſt mendaciloquius. Trin.1.2.v.163.

Id certum eſt mentiri ampliter. Mer.ſc. Syra.no.v.12.

Pol haud mentitus eſt. Pſeud.4.6.v.21. Vbi male legitur à Taubmano: *haud mentitum eſt.* Nam & ſic loquitur Plaut.Merc. 5.2.v.95.

Mendacem eſſe adverſum aliquem. Pœn.1.2.v.188.

Mera iam mendacia fundes. Pſeud.4.1.v.33.

Prehendere mẽdacij manifeſto modo. Bacch.4.4.v.45. vide de hac ſyntaxi ſupra Titul. *Criminis.* Sic Truc.1.2.v.29. *Manifeſtum mendacij te teneo.*

Memorare mendacium. Truc.2.6.v.3.

Mendacia verba. Truc.2.2.v.44.

Quid dixit? MN. ſi tu illum ſolem ſibi ſolem eſſe dixeris, ſe illum Lunam credere, & Noctem, qui nunc eſt dies. Bacch.4.4.v.48. De homine mendaciſſimo.

Sobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi. Eun. 4.4.v 36.

Cauſa cur mentiretur, non erat. pro Qu.p.6.

Cauſa abs te tota per ſummam fraudem & malitiam facta eſt. pro Qu.p.20.

Mendacio aliquid tegere. pro Qu.p.30.

Vides quantum diſtet argumentatio ab re ipsâ atq; veritate. pro Sex.Roſc.p.31.

Finge aliquid ſaltem commodè, ut planè id videaris facere, quod apertè facis. pro Sex.Roſc.p.54.

Vnde ductum & conflatum mendacium eſt. pro Quint. Roſc. p.105.

Optimè herclè periurat. Pœn.2.1.v.34. *Periurare* pro *mentiri uſurpat* Plaut. Pœn.5.4.v.70. Merc.3.1.v. 42. *Et periurium* pro *mendacio.* Pœn.5.2.28.

Parùm firmamenti, & parùm virium falſitas habet. pro Aul. Cl. p.4.

Hominis eſt mendacio fallere. pro Luc.Mur p.249.

Averſum eſſe à vero. in Cat.p.201.

Confundere vera cum falſis. Acad.l.2.p.33.

Ad tempus ei mendacium veſtrum accommodaſtis. Cœl.97.

Huius mendicitas aviditate coniuncta in noſtras fortunas imminebat. Phil.5.411.

Digitized by Google

In tanto diſcrimine & periculo refellere & coarguere noſtrum mendacium. Lig. 298.

Te mendaciis hominis leviſſimi onerarunt. Epiſt. ad Famil. lib. 3. p. 81.

Apertè mentitur. Acad. l. 2. p. 13.

Tollendum eſt igitur in rebus contrahendis mendacium. Off. l. 3. p. 123.

Mendicandi. *Vide* Egeſtatis.

Bettlen.

I*Stos reges memorare nolo, hominum mendicabula.* Aulular. 4. 2. verſ. 3.

Mendicare malum. Amph. 4. 2. v. 12.

Mendicitas: **Bettelei.** Men. 1. 3. v. 21. Rud. 2. 6. v. 30.

Mendicum mendicando vincere Bacch. 3. 4. v. 16.

De mendico malè meretur, qui ei dat quod edit, aut quod bibat. Trin. 2. 2. v. 58.

Mentionis. *Vide* Alloquendi. Dicendi.

Mentis. Meditationis. Rationis. *Vide etiam* Animi.

Sinn/Gedancken/Dichten/Erſinnen/Vernunfft/ Verſtandt.

Q*Vid illi credis animi tùm fuiſſe?* Eunuch. 5. 7. v. 14.

In eo mentem orationemq; defigit: **Er richt ſein gemüht da hin.** de Orat. l. 3. p. 460.

Mihi iſtuc non in mentem venerat. Eunuch. 3. 1. v. 61.

Ex hac re venit in mentem. Eunuch. 2. 2. v. 2.

At verò ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione verſabar. Brut. p. 613.

Iudicium

Digitized by Google

Iudicium ad rem aliquam adhibere. Orat. ad Brutum pag. 637.

Anime proſpicere. pro Q. p. 11.

Animo & mente proſpicere. in Verr. p. 125.

Animis perſpicitis, quid futurum ſit. in Ver. p. 406.

Facilè ex aliorum eventis ſuis rationibus poſſunt providere. ad Heren. l. 4. p. 85.

Qui ſuas rationes omnes incaſſum contulerunt. ad Heren. libr. 4. pag. 96.

Qui bonis erit rationibus præditus. ad Herenn. libr. 4. pag. 118.

Mihimet ineunda ratio, & via reperienda. in Verrem p. 353.

Si rationibus meis proviſum à te eſſe intellexero, magnam te ex eo & perpetuam voluptatem eſſe capturum. Epiſt. ad Fam. lib. 3. p. 61.

Conſulere rationibus. ibid.

Facilè patior ea me de Republicâ ſentire, ac dicere, quæ maximè cùm mihi, tùm etiam Reipublicæ putem rationibus conducere. Ep. ad Fam. l. 1. p. 32.

Ex tuis literis didici, te omnibus in rebus habuiſſe rationem, ut mihi conſuleres. Epiſtol. ad Famil. libr. 3. pag. 65.

Illa quæ maximè quaſi irrepit in hominum mentes. de Orat. lib. 3. p. 512.

Rationem adhibere ad rem aliquam. Brut. p. 597.

De civitate maluit, quàm de ſententiâ dimoveri. Mil. pag. pag. 51.

Dij immortales eum in hanc mentem impulerunt. Mil. pag. 258.

Quid autem tibi venit in mentem? Phil. 2. p. 345.

Quid iſthuc tibi in mentem venit? Philipp. libr. 2. pag. 353.

Quid non ſorbet animo, & haurit cogitatione? Philipp. lib. 11. pag. 481.

De honore illorum, utinam mihi plura in mentem venirent! Phil. 14. p. 543.

Vt Q. Fratris animus in eum eſſet is, qui eſſe deberet. Ep. Att. lib. 1. pag. 10.

Quonam animo ſit in me. Ep. Att. l. 2. p. 67.

Digitized by Google

Rogavi, ut diceret, quid haberet in animo. Epiſt. Att. lib. 8. pag. 245.

Tuarum virtutum tibi venit in mentem. de Orat. lib. 2. pag. 417.

Qui mente vacare putat, is ipſe mentis expers habendus eſt. de Natur. Deor. l. 2. p. 71.

Et habeat præſtantiam mentis. de Fin. l. 5. p. 26.

Mentem alicuius imbuere. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 306.

Mente aliquid complecti Qu. Tuſc. l. 1. p. 309.

Magni ingenij eſt, revocare mentem à ſenſibus. ibid.

Ego verò facilè ſum paſſus, ne in mentem quidem mihi aliquid contra veniret. Quæſt. Tuſc. lib. 1. p. 317.

Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Quæſt. Tuſc. lib. 4. p. 414.

Mente vix conſtare. ibid.

Qui ſemper animo ſic excubat. Qu. Tuſc. l. 4. p. 429.

Qui perturbari animos neceſſe eſſe dicunt. ibid.

Inire rationem. Epiſt. Fam. lib. 10. p. 216.

Eâ verò ipsâ nullâ ratione meliùs frui potui. de Nat. Deor. lib. 1. pag. 6.

Ratio omnis tollitur quaſi quædam lux lumenq; vitæ. Acad. lib. 2 pag. 16.

Cùm eſſet ratio confirmata quærenda. Acad. libr. 2. pag. 17.

Ratione uti. de Nat. Deor. l. 7 p. 58.

Rationis eſſe expertem. ibid.

Ita comprehenſus erat, ut convelli ratione non poſſet. Acad. Qu. lib. 1.

At verò alia, quæ natura mentis & rationis expers, hæc efficere potuit, quæ non modò vt fierent ratione, eguerunt. de Nat. D. lib. 7. p. 94.

In eadem arceſſitâ ratione permanſit. Acad. Quæſt. libr. 1. pag. 95.

Exquiſitis rationibus aliquid confirmare. de Finib. lib. 1. pag. 108.

Eam dediſſes hominibus rationem, quæ vitia culpamq; excluderet. de Nat. Deor. l. 3. p. 147.

Lucilius autem vehementiùs inquit, tu quidem Cotta invectus in meram Stoicorum rationem. de Nat. Deorum lib. 3. p. 154.

Patere

Digitized by Google

Rationem igitur rationem meam cum tuâ ratione contendere. de nat. deor. l. 3. p. 120.

Quamobrem ſi mens voluptasq́; divina idcircò conſuluit hominibus, quòd iis largita eſt rationem, iis ſolis conſuluit, quos bonâ ratione donavit. de nat. deor. l. 3. p. 144.

In ratione verſari. de nat. deor. l. 3. p. 145.

Pugnare ratione. ibidem.

Rationem alicuius ſequi. de fin. l. 2. p. 169.

Rationes ſine ſenſibus exquirere. p. 216.

Ad rationis habitum aliquem perducere. de fin. lib. 4. pagina 242.

Cumq́; omnia, quæ rationem habent, præſtent iis, quæ ſint rationis expertia. de leg. l. 2. p. 326.

Ego nunquam ita te in hoc ſermone dimittam, ullâ uti ratione. Qu. Tuſc. l. 1. p. 326.

Credo hercle ita eſſe, iſtique rationi potiſſimùm aſſentior. de leg. l. 2. p. 334.

Ab eodem Ariſtotele doctus Dicæarchus huic rationi ſtudioq́; non defuit. de leg. l. 3. p. 354.

Rationis expers, vel rationem aſpernans, vel rationi non obediens. Tuſc. Qu. 3. p. 386.

Rationi non obtemperare. Qu. Tuſc. l. 4. p. 419.

Omnem rationem repellere. Qu. Tuſc. l. 5. p. 416.

Homo rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit. 1. off. pag. 7.

Ratione uti, atq́; oratione prudenter. l. 1. off. p. 38.

Nec rationi parent, cui ſunt ſubjecti, lege naturæ. 1. officiorum pag. 41.

Mercaturæ. *Vide* Emendi.

Mercedis. Præmij.

Lohn/ Verehrung/ Geſchenck.

NON *conduci poſſum vitâ uxoris annuâ.* Aſin. 5. 2. verſu 37.

Ego dabo manu pretium. Men. 3. 3. v. 20.

Age nunc reſide, duplicem ut mercedem referas. Pœn. Prol. verſ. 15.

Quid mercedis petaſus hodie domino demeret. Pſeud. 47. verſu 90.

Neq; repeto pro illâ abs te quidquam pretij. Eunuch. 4. 6. verſu 11.

His nunc præmium eſt, qui recta prava faciunt. Phorm. 5. 2. verſ. 20.

Vnâ mercede duas res aſſequi. pro Sex. p. 64.

Mercedem accipere ab aliquo. ibid.

Tanto ſibi plus mercedis ex fundo refectum eſt. In Verr. pagina 338.

Hanc ſextulam illa mercedem eſſe voluit aſſiduitatis, & modeſtiæ, ſi quam ſuſceperat. pro Cœl. p. 592.

Grave eſt homini pudenti, petere aliquid magnum ab eo, de quo ſe benè meritum putet, ne id quod petat, exigere magis, quàm rogare, & in mercedis potiùs, quàm beneficij loco annumerare, videatur. Ep. ad fam. l. 2. p. 40.

Non ſum veritus, ne ſuſtinere tua in me vel innumerabilia beneficia non poſſem. Ibidem.

Quaſi mercedem rerum geſtarum deſiderat gloriam. 1. Officiorum pag. 27.

Quem præmio affici negarit oportere. de Inv. libro 2. pagina 243.

Eximium ſceleris præmium exponere. pro Quint. p 26.

Præmium poſtulare. pro Rab. 12. p. 164.

Afficere aliquem præmijs. in L. Catil. p. 201.

Alicui tribuere præmium. pro Arch. poet. p. 355.

Præmijs aliquem oppugnare. In Orat. ante exil. 1. pagina 362.

Nullâ conditione hujus civitatis præmijs affici poteſt. Cornel. 134.

Nam Xerxes refectus omnibus præmijs. Quæſt. Tuſcul. libro 5. pag. 458.

Præmium alicui proponere. ibid.

Nos vellem præmio elicere poſſemus. Ibid.

Merito-

Digitized by Google

Meritorum. *Vide* Beneficiorum.

Metûs. Timoris. Pavoris. Angoris. Horroris. Formidinis. Extimeſcendi.

Forcht/ Forchtſam / Schrecken / Angſten/ Schauder/ Erſchrocken/ Ergeiſtert.

NVllus eſt hoc meticuloſus. Amph.1.1.v.137.
Magis majorem in ſe concipiet metum. Amph.1.1.v.145.
Exſurgite, qui terrore meo occidiſtis præ metu. Amph. 5. 1. verſ. 14.
Iam ea res me horrore afficit, heriles prævertit metus. Amph. 5.1. verſ.16.
Non ſecus eſt, quàm ſi ab Acherunte veniam. Amph. 5. 1. verſu 26.
Totus timeo. Ibidem.
Eadem nobis formido tumidos terrores impulit. Amph. 5. 1. verſ. 27.
Mihi animus etiam nunc abeſt. Amph.5.1.v.29.
Nimis malè timui. Aul.2.2. v.31.
Priùs quàm intrò rediï exanimatus fui. Ibidem.
Mihi horror membra miſera percipit dictis tuis. Amph. 5. 1. verſu 66.
Auro formidat Euclio. Aul.arg. v. 6.
Aula timet. Aul.Arg.v.8.
Nimiúq; ego metuo malè. Aul.1.1.22.
Hæc hunc ciſtellat metum. Capt.3.3.4.
Vix adſto præ formidine. Capt.3.4.104.
Ego pertimeſco, tùm ibi me neſcio quis arripit timidam, atq; pavidam, nec vivam nec mortuam. Curc.5.2.48.
Eò quod corculum aſſultaſſit jam ex metu. Caſ.2.6.9.

Præ me-

Præ metu ubi ſim, neſcio, perij, cor opinor habeo, jam dudum ſalit lienoſum. Caſ.2.6.v.61.&16.

Alicui aliquem in pectus inijcere metum. Caſ.3.3.v.26.

Cor metu mortuum eſt. Caſ.3.5.v.1.

Timor præpedit dicta linguæ. Caſ.3.5.v.26.

Vtrobiq; me metus agitat. Ciſt.4.2.21.

Sanguinis guttam vix habere. Moſt.2.2.v.75.

Abs te metuo de verbis tuis. Men.2.1.v.41.

Nihil paveo niſi unum, palla pallorem incutit. Menæch. 4. 2. verſ. 41.

Iſte metus me macerat. Mil.4.6.v.18.

Metum & fugam perduellibus meis inijciam. Pſeu.2.1.v.15.

Sic ego illum dolis atque mendacijs in timorem dabo. Pſeud. 4. 1. verſ. 19.

Nunc in metu ſum maximo. Pſeud.4.3.8.

Mihi quoq; adepol jamdudum ille Syrus cor perfrigefacit. Pſeud.4.7.v.104.

An eximes ex hoc miſeram metu? Rud.1.4.v.13.

Maximo miſeræ in metu nunc ſumus ambæ. Rud.3.3.v.5.

Membra mihi occupat metus mortis. Rud.3.3.v.24.

Perplexabiliter earum hodiè perparvè faciam pectora. Stich. 1. 2. verſ. 25.

Neque ut hunc adeam, ſcio, timore torpeo. Trin.4.3.v.50.

Perculſit illicò animum. And.1.1.9.4.

Ibi tum exanimatus Pamphilus. And.1.1.v.100.

Tuum eſt officium, ut perterrefacias Davum. And.1.1.v.138.

Hunc perterrebo ſacrilegum. Eunu.5.3.v.13.

Protelare aliquem ſævis ſuis dictis. Phorm.1.4.v.36.

Amovere metum. And.1.2.v.10.

Vt animus in timore uſque ante hac attentus fuit. And. 2. 1. verſ. 3.

Metum, in quo nunc eſt, adimam. And.2.2.2.

Obſecro te quàm primum hoc me libera miſerum metu. Andr.2.2. verſ. 14.

Quod tu ſperas, propulſabo facilè. id eſt, *quod tu times.* Andr. 2. 3.verſ. 21.

Vix ſum apud me: ita animus commotus eſt metu. Andr. 5. 4. verſ 3.5.

Lingua hæret metu. Eun.5.6.v.7.

Mem-

Digitized by Google

Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit, pectore conſiſtere nihil conſilij quit. Adel.4.4.3.
Demſi metum omnem. Adel.4.7.v.18.
Clitiphonem ſpe pendebit animi. Heau.4.4.v.5.
In metu & periculo eſſe. Phor.1.2.v.7.
Mihi paveo. Phor.1.4.v.10.
Ego nunc timeo. Phor.1.4.v.11.
Quantus metus eſt mihi? Phor 3.1.v.18.
Exanimatum eſſe metu. Phorm.5.3.v.33.
Exonerare aliquem metu. Phorm.5.6.v.3.
Abi, tange, ſi non totus friget, eneca me. Phorm 5.9.v.5.
Delirat miſer timore. Phorm.5.9.v.8.
A quo ſibi non iniuriâ ſummum periculum metuebat. Ad Heren. l.2.pag.36.
Vultu adverſarios perterruiſti. Ad Her.l.4.p.95.
Omnes timore oppreſſi, domi continerentur. Ad Herenn. Orat. pagina 301.
Timorem extendere. de Orat.l.1.p.405.
Me fractum ac debilitatum metu vidit. de orat.p.307.
Quantis ex anguſtijs oratorem educere auſus es. de Orat. l.3. pagina 488.
Pavor mihi ſapientiam omnem ex animo expectorat. de orat.l.3. pag. 497.
Siquidem angor animo. Brut. 522.
Hoc enim ſummo timore afficit. pro Quint.p.2.
In metu periculoque verſari. pro Quint.p.21.
Timore in rebus prolabi. pro Quint.p.82.
Huc accedit ſummus timor, quem mihi natura pudorq; meus attribuit. Pro Sext. Roſc p.40.
Non ſolùm gladiatores, ſed equi ipſi gladiatorum repentinis ſibilis extimeſcebant. Seſt.62.
Illud genus alterum nocturnorum teſtium pertimeſco. Cœl.98.
Contudi animum, & fortaſſe vidi. Ep.Att.l.12.p.344.
Continetur metu audacia: pro Sex.Roſc.p.54.
Nunquam inter homines eſt. Sex.Roſc.p.61.
Metum alicui afferre. in Verr.p.229.
Formidinem miſeriæ inijcere. in Verr.p.465.
Servorum animos formidine opprimit. In Verr.p.492.
Metu perterritus. pro Cecin. p.593.
Timorem bonis inieciſtis. Cont.Rul.p.99.

Magno

Magno me metu liberabis, dummodò inter me atque te murus in-terſit. in L. Cat. p. 368.
Hunc mihi timorem eripe. in L. Cat. p. 272.
Liberare Rempublicam metu. in L u. Cat. p. 273.
Aliquem in metum adducere. pro L. Mur. p. 243.
Timor bonis omnibus injectus eſt. pro L. Mur. p. 243.
Convertere ſe ad timorem. pro L Syl. p. 313.
Metum bonis, timorem huic ordini, ſervitutem depulit civitati. in Orat. poſt redit. p. 390.
Non horreret animo. pro Domo. p. 458.
Metu terrere. Ibid.
Ille annus fuerat in Reipublicæ magno metu, multorum timore. Seſt. 9.
Terrore multos, & metu tenebat. Seſt. 18.
Nimium me timidum, nullius animi fuiſſe confiteor. Seſt. 19.
Illi aliquo timore perterriti. Seſt. 21.
Animi hominis fracti erant. Seſt. 45.
Timorem ſi quem habetis, deponite. Mil. 223.
Tantum facultatis timor detrahit. Deiot. p. 37.
Tua præſtans ac ſingularis natura hunc mihi metum minuit. De-iot. 380.
Vacui metu eſſe debemus. Phil. 1. p. 332.
Quantus terror Reipublicæ impendet. Phil. 5. 421.
Solet diutiùs obſidionis metum ſuſtinere. Phil. 11. 489.
Sanè quàm multis incutit, qui facilitatem ejus norant, metum magnum. Ep. ad fam. l. 8. p 218.
Abſtergere metum animi. ad fam. l. 9. p. 262.
Maximo de nobis timore afficiuntur amici noſtri. ad famil. libro 11. 312.
Etiamſi timidi eſſemus, tamen omnem timorem abjiceremus. Epiſt. ad fam. lib. 11. p. 340.
Si timidus eſſem, tamen iſtâ epiſtolâ mihi omnem metum abſter-ſiſſes. Ep. ad fam. l. 11. p. 341.
Neſcio quem iſtum Pharnacem Aſiæ terrorem illaturum putaret. Ep. ad fam. l. 15. p. 482.
In republicâ nunc maximè Gallici belli metus verſatur. Epiſt. ad Att. l. 1. p. 88.
Mihi unum de malis in metu eſt. Ep. ad Attic. l. 3. p. 87.
Vt me paulùm inclinari timore viderant. Epiſt. ad Attic. lib. 3. pa-gina 91.

Animus

Digitized by Google

Animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt. Ep. ad Attic. lib. 5. pag. 158.

Qui me horror perfudit, quàm ſum ſollicitus, quid ſit futurum? Ep. ad Attic. lib. 8. p. 24.

Et metus omnis à vi atq; irâ Deorum pulſus eſſet. de naturâ Deor. l. 1. p. 21.

Quibus remoti nullos à ſuperis impendere metus. Ibidem.

Me timore liberat. Acad. l 2. p. 62.

Perterritos à timore deducere. De natur. Deorum. libro 2. pagina 109.

Doloris futuri, & impendentis torquet timor. de finib. lib. 2. pagina 168.

Timorem alicui afferre. de Divin. l. 2. p. 245.

Metu exalbeſcere. de finib. l. 5. p. 262.

Rex ipſe Priamus ſomnio mentis metu perculſus. de Divin. lib. 1. pag. 273.

Metu perterritum eſſe. de Divin. l. 1. p. 184.

Metu liberari. Qu. Tuſc. l. 2 p. 347. & 375.

Omnem omittere terrorem. Qu. Tuſc. l. 2 p. 375.

Qui Iudicij ac periculi metum maximum competitoribus afferre poſſit. de petit. conſ. p. 403.

Quoſdam nimis jejuno & arguto animo monuit. Phil. 14. 538.

Omninò à dicendi ſtudio deterream. de orat. lib. 1. p. 299.

Hanc loquacitatem noſtram vultu ipſo aſpectuq; conterret. de Orat. lib. 1. 327.

Animo diſſoluto eſſe. pro Sext. Roſc. p. 47.

Terror in auribus animiſq; verſatur. in Verr. p. 365.

Tremunt homines. Ibidem.

Quem concurſum in oppido factum putatis? quem clamorem? qui fletum mulierum? qui viderent: equum Troianum introductum, urbem captam eſſe dicerent, efferri ſine thecis vaſa, extorqueri alia de manibus mulierum, effringi multorum fores, revelli clauſtra. in Verr. p. 436.

Quod unquam hujuſcemodi everriculū ullâ in provinciâ fuit? ibi.

Animo commoveor, & corpore perhorreſco. in Verr. p. 466.

Terrore ac metu concitari. pro lege Manil. p. 636.

Nec armati exercitus terrorem opponet togatis. Seſt. 27.

Terror injectus eſt Cæſari de ejus actis. Provin. 174.

Terrorem nobis inferre voluit. Mil. 250.

Perterriti vultu ac voce confeſſi ſunt. Ep. Att. l. 2. p. 57.

Conſan

Conſanguineis non mediocreis terrores facit. Epiſtol. Attic. l. 2. pagina 77.
His terroribus ab Epicuro ſoluti. De nat. Deorum. libro 1. pagina 24.
Qui tremerent & exalbeſcerent motu mentis aliquo, vel objecta terribili exretrinſecus. Acad. lib. 2. p. 27.
Diſtingueretur timor, & pallor. Ibidem.
Me contremuiſſe, tremore perterritum. De Divinat. libro 2. 1780.
Terrore ſempiterno, ac diurno, ac nocturno metu liberatum eſſe. Qu. Tuſc. l. 1. p. 314.
Terrorem hoſtibus afferre. Quæſt. Tuſc. l. 4. p. 433.
Cui ſemper aliquis terror impendeat. Qu. Tuſc. l. 5. 474.
Metum alicui inijcere. de petit. conſ. p. 404.
Timore frangi. Qu. Tuſc. l. 4. p. 428.
Tum magnâ ex parte liberati ſumus. Qu. Tuſc. l 4. p. 431.
Non ut parvo metu præditus ſit, ſed ut nullo. Qu. Tuſc. libro 5. pagina 466.
A metu aliquem vindicare. Quæſt. Tuſc. l. 5. 467.
Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate. 1. off. p. 28.
Quo cruciatu timoris angi ſolitum. 1. off. p. 73.

Migrandi. *Vide* Abeundi.
Militiæ. *Vide* Belli.

Minandi. Minarum. Comminationum. *Vide etiam* Verberandi.

Trewen/ Trewwort/ Schrecken.

S*Ine, venias modò domum, faxo ut ſcias.* Aſin. 5. 2. v. 48. Particula minãtis eſt apud Comicos: *Sine.* Aul. 3. 2. v. 11. Bacch. 4. 7. v. 23. Truc. 2. 8. v. 6. Caſ. 2. 8. v. 1.
At ſcin' quomodo? STE. Vel herculè eneca, nunquam hic feres à me. Aul.

me. Aul. 5. v. 22. Formula egregia eſt minandi: quæ & alibi occurrit. Amph. 1. 1. v. 199. Rud. 3. 5. v. 13. *Facito iſtuc, quod minitaris*, & v. 18. *Scin' quomodo*? Vide Lex. Plaut.

Quid faciet mihi? Perſ. 2. 3. 16. Vſitatum genus loquendi ijs, qui periculum, aut minas alterius contemnunt. Terent. Eunuch. *Quid faciam? quid meâ autem? quid faciet mihi?* Was wird er mir denn thun?

Meminiſti me eſſe gravidam, & mihi te magnoperè interminatum. Heaut. 4. 1. v. 15.

Clamore maximo mortem minari. ad Herenn. l. 4. p. 126.

Illorum minas negligere. pro Quint. p. 34.

Terrere aliquem minis. pro domo. p. 422.

Mortem fratri eſt minatus. Phil. 6. p. 45.

Minuendi.

Verkleinern.

Authoritatem Senatûs vendebat. Piſ. 102.

Gloriam per tales viros infringendam putavi. Phil. 2. 14.

Nihil tibi ex eâ laude centurio, nihil cohors decerpit. Marc. 283.

Mirandi. *Vide* Admirandi.
Miſeriæ. *Vide* Ægritudinis.

Miſericordiæ.

Barmhertzig/Guttherzig.

Reducunt animum ægrotum ad miſericordiam. Andr. 3. 3. verſ. 27.

Ambos adduces citò ad miſericordiam. Heaut. 3. 2. v. 42.

Hic animus partim uxoris miſericordiâ devictus. Hecyr. 1. 2. v. 93.

Poſtulat, ut ſui miſereantur. ad Her. p. 1. p. 17.

Animum ad miſericordiam allicere. de part. p. 761.

Miſericordiam capere. pro Quint. p. 36.

Veritatis amicus, naturâ non tam propenſus ad miſericordiam quã implicatus ad ſeveritatem videtur, ab innocentiâ clementiſſimus. pro Sext. Roſ. p. 66.

Animos alieno incommodo commovere. in Verr. p. 128.

Leniter hominem, & clementer accipere. in Verr. p. 495.

Vt Regem afflictæ fortunæ facilè multorum opes ad miſericordiam alliciant. pro Leg. Manil. p. 637.

Certâ ratione commoveri. pro Leg. Manil. 645.

Multi ſæpè in judicando peccata liberûm parentum miſericordiæ conceſſerunt. pro Aul. Clu. p. 87.

Adhibere in hominis fortunis miſericordiam. pro C. Rab. pagina 153.

Omnes meâ causâ ad miſericordiam, atq; ad humanitatem me vocant. pro L. Mur. p. 260.

Ad tenuiſſimorum hominum Minturnis miſericordiam confugit. Seſt. 26.

Manibus paſſis gratias agentes & lacrimantes gaudio ſuam erga me benevolentiam miſericordiamque declararunt. Seſt. 58.

Tribueris eam miſericordiam fortiſſimo Viro, quam ipſe implorat. Mil. 259.

Qui noſtram miſericordiam requirunt, atq; illam efflagitant. Mil. 260.

Hæc tua lenitas animi floreſcet quotidiè magis. Marc. 285.

Quàm multi impedirent tuam clementiam, cùm etiam quibus ipſe ignoviſti, noluit te in alios eſſe miſericordem. Lig. 298.

Ad clementiam tuam confugio. Lig. 303.

Non debeo tentare, quonam modo dicendo miſericordiam commovere poſſem. de conſ. 321.

Tuâ miſericordiâ ſimili cur non fruantur? Phil. 2 375.

Tantum de auguratu filii ſui ſcripſit ad me, in quo ego miſericordiâ commotus. Ep. ad fam. l. 2. p. 57.

Frangor ſæpè miſericordiâ puerorum. Epiſt. ad Attic. libro 9. pag. 278.

Vt miſericordiam ejus liberis impertiamus. Epiſtol. ad Brut. pag. 5. 49.

Miſericordiâ moveor. Ep. ad frat. l. 1. p. 591.

Miſericordiâ commoveri. Qu. Tuſc. l. 4. p. 420.

Modi.

Modi. *Vide* Termini. Abſolvendi.

Ziel/ Maß/ End.

Q*VID modi facies amplexandi?* Aſin. 1. 3. verſ. 17. & 5. 2. verſu 33.
Quid modi flendo quæſo facies? Mil. 4. 8. v. 1.
Modum rei conſtituere. in Verr. p. 284.
Sed tamen tranſiſſe modum videtur. Qu. Tuſc. lib. 4. p. 492.

Monumenti. Statuarum. *Vide etiam* Memoriæ.

Gedechtnüß/ Grabſchrifft/ Seule.

S*Tatua ob Rempublicam interfecto in foro ſtatueretur*. Seſt. 42.
Vos hujus animi monimenta retinebitis. Mil. 264.
Nullum monimentum clarius Sulpitius relinquere potuit, quàm effigiem morum ſuorum, virtutis conſtantiâ. Phil. 9. p. 463.
Majores noſtri ſtatuas multis decreverunt, ſepulcra paucis, ſed ſtatua intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: ſepulchrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quæ nullâ vi moveri, neq; deleri poteſt. Phil. 9. pag. 463.
Juſſiſſe eum lictori proximo tradidiſſe, ut te in monumentum tuum deduceret. de Divin. l. 1. p. 181.
Ego de Mario cum faſcibus laureatis me in ſuum deduci monumentum jubente, dico. de divin. l. 2. p. 266.

Morbi. *Vide* Ægrotandi.

Digitized by Google

Moræ. Cunctandi. Cunctationis. Remorandi. *Vide etiam Titulo:* Expectandi.

Weil/ Verweilen/ Verſaumen/ Verhindern/ Auffhalten/ Innhalten.

F*AXO haud quicquam ſit mora.* Amph.3.3.v.17.
Spatium ei dabo exquirendi. Aul.4.10.v.76.
Move abs te moram. Capt.4.2.v.10.
Veniat quando vult, atque ita ne mihi ſit mora. Bacch.2.2.46.
Sed magna pars moram hanc introduxerunt. Moſt.1.2.33.
Præter hæc mihi non facies moram. Moſt.1.1.v.73.
Mille paſſuum commoratus es Cantharum. Men.1.2.64. *Commorari* eſt *moram afferre.* Sic Merc. 5. 2. verſ. 70. *Commoratus chlamydem, ſumam denuo.* Pſeud. 4. 7. v. 31. *Me nunc commoror, cùm has fores non ferio.* Truc.2.3.v.13. *Quæ tibi mille paſſuum peperit moræ mora.*
Nulla tibi mora eſt intùs. Men.2.3.v.14.
Mulier profectò nata eſt ex ipsâ morâ. Mil.4.7.v.9.
Haud amicè facis, qui cum onere offeras moram. Pœnolo. 4.2. v. 30.
Remorandus eſt gradus. Perſ.1.2. 28.
Removere moram. Stich.2.2. v.37.
Remoram facere rei privatæ & publicæ. Trin.1.1.v.16.
Moram obijcere alicui incommodè. Trin.5.1.v.8.
Neq; iſtic, neque alibi unquam erit in me mora. Andr. 2. 5. verſu 9.
I jam nunc intrò, ne in morâ, cùm opus ſit, ſies. Andr.2.5.v.13.
Per hunc nulla eſt mora. And.3.4.v.14.
Huic malo aliquam producam moram. And.3.5.v.9.
Nulla mora eſt, quin eam uxorem ducam. And.5.6.7.
Detineo te fortaſſè. Eunuch 2.2.v. 49.
Qui me hodiè remoratus eſt Eunuch.2.3.v.10.
Sed ceſſo ire, ne mora meis nuptijs egomet ſiem. Adelph. 4.5.v.77.
Illis dicam nullam eſſe in nobis moram. Adelph.4.7.v.1.
Vbi te oblectaſti tam diu? Hecyr.1.2.v.52.

Sancti

Sanctè adjurat non poſſe apud nos Pamphilo abſente ſe perdurare. Hecyr.2.2.v.27.

Tempus ſpatium nullum dabat. Hecyr.3.3.v.14.

Complures ibi dies ſum, propter difficultatem navigandi, commoratus. de orat.l.1.p.290.

Ne diutiùs vos demorer. de orat.l.2.p.423.

Conditionibus aliquem perducere quoad poteſt. pro Quint. pagina 9.

Nunquam plus triduo fuit. pro S.Roſcio p.61.

Nunquam in oppido conſtitit. ibid.

Injicere alicui moram. pro Cæcin.p.587.

Ne quis moram ullam afferat. Sect.63.

Nam quando moram tibi attulerit. Vat.97.

Quid hic eſt mora & tergiverſationis? Mil.2.43.

Iſta legatio moram & tarditatem affert bello. Phil.5.p.410.

Etiam hanc moram afferremus. Phil.5.p.410.

Mora eſt allata bello. Phil.6.p.428.

Nullam moram interponendam conſequendi Antonium putavi. Phil.7.p.479.

Senſim erit pedetentimq; facienda mutatio. 1.off.p.48.

In pleriſq; rebus mora & procraſtinatio odioſa eſt. Phil.6.pagina 412l.

Qui omnes moras interpoſuitis. Phil.8.p.451.

Ne minimam quidem moram interpoſuiſti. Phil.10.456.

Hunc in via caducæ hæreditates retardarunt. Phil.10.p.470.

Affert tarditatem iſta ſententia, Dolabellam perſequendum. Phil.11.p.488.

Si ad Lepidum veniſſem, omnē cunctationem eius diſcuſſiſſem. Ep. ad fam.l.10.p.316.

Suſtinui me in Arcano fratris. Ep.ad Att.l.10.p.305.

Quod cùm audiviſſemus, nullam moram interponendam putavimus. Quæſt.Tuſc.l.1.p.77.

Abjectâ omni cunctatione adipiſcendi magiſtratus ſunt. 1.offic.pagina 30.

Mordendi. *Vide* Lædendi.

Digitized by Google

Moris. Conſuetudinis.

Brauch / Gewohnheit.

Facis ut alias res ſoles. Amph.1.3.v.38.
Solens meo more facio. Amph.1.2. v.43.
More ſuo fecit. Aſin.2.3.v.6.
Ita mos nunc viget. Curc.2.1.v.20.
An mos eſt ita hic? Men. 5.1.24.
Condignè autem hæc meretrix fecit, ut mos eſt meretricius. Men. 5.5. v. 8.
Conſuetudine rurſus te animus huc inducet. Merc.5.4.41.
Fiat, geratur mos tibi. Pſeud.1.5.v.146.
Mos tibi geretur. Pſeud.1.1. v. 20.
Tandem illam obtine antiquam rationem. Adelph.5.3.v.26.
Morem antiquum atq; ingenium obtines. Hecyr.5.4.v.19.
Conſuetudo me tenet. Hecy.3 3.v.44.
Vetere in novâ cœpi uti conſuetudine. Hec. prol.v 37.
In omnibus dicitur uſu evenire. de Invent.l.1. 182.
Res ab uſitatâ conſuetudine recedit. pro Quint. 24.
More majorum ita comparatum eſt. pro Sext.Roſc.72.
Conſuetudo ſerpere ac prodire cœpit. in Verr.143.
Eſt conſuetudo ſic. in Verr.pag.238.
Conſuetudo exiſtimationis introducitur. in Verr.514.
Eſt hoc in more poſitum inſtitutoq; majorum. Contra Rull.101.
Excitavit illam ſuam non ſopitam, ſed ſuſpicione quadam retardatam conſuetudinem. Seſt.34.
Si tuam conſuetudinem in patrociniis tuendis ſervas, Publius Vatinius cliens ad te venit, qui pro ſe cauſam dicier vult. Ep. ad fam.l.5.p.127.
Conſuetudinem ſuam exercitus cunctus in civibus conſervandis communiq; pace factâ ſeditione retinuit. Epiſt.ad fam.lib.10. p.318.
Morum ſtudia putabant eſſe conſuetudinem. Academic. Quint.l. 1. pag.85.

Qui

Digitized by Google

Qui mos à poſterioribus non eſſet retentus. de finib. libro 2. pagina 27.

Parendum fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus. de divin. l. 2. 240.

Eum morem cum brevitate, ſi potero, conſequar. de Legib. l. 2. 327.

Pauci mores civitatis corrumpere vel corrigere poſſunt. de legib. l. 3. p. 184.

Morem aliquem acutiſſimè & copioſiſſimè tenere. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 454.

Conſuetudine recedere. pro Cæcin. 586.

De eâ re geſſit morem morigera mihi. Ciſt. 1. 1. v. 86.
Facta morigera eſt viro. Ciſt. 1. 3. v. 27.
Morem præcipuè ſi illi geras. Moſt. 1. 3. v. 32.
Soli gerendum cenſeo morem. Moſt. 1. 3. v. 69.
Ah gere mihi morem. Quid tibi ego morem vis geram? Moſt. 5. 1. verſ. 45.
Auſculta mihi. Ibid. v. 53. & v. 94.

Cape

Cape hanc tibi, quando una vivis meis morigera moribus. Men. 1. 3. v. 19.

Quoties monſtravi, viro tuo ut morem geras. Mænech. 5. 2. verſu 33.

Dicto me emit audientem imperatorem ſibi. Mænech. 2. 3. v. 89.

Hero ut in omnibus locis ſim præſto. Men. 5. 6. v. 21.

Iovis ducuntur nutu, illi obtemperant. Merc. ſc. Diva. verſu 3.

Bonum factum, edicta ut ſervetis mea. Pœn. Prol. v. 16.

Futura es dicto obediens, annon patri? Perſ. 3. 1. v. 50.

Viden' ut tuis dictis pareo? Perſ. 5. 2. v. 31.

Te mihi dicto audientem eſſe addecet. Perſ. 5. 2. v. 55.

Morem gerere alicui. Stich. 1. 2. v. 14.

Proſequi imperium alicuius. Stich. 1. 2. v. 84.

Omnes relictas habeo, præ quod tu velis. Stich. 2. 3. verſu 37.

Si mea imperia capeſſes, multa bona in pectore meo conſident Trin. 2. 2. v. 19.

Sarta tecta tua præcepta uſq; habui meâ modeſtiâ. Trin. 2. 2. v. 36.

Sed ſi non dicto audiens eſt. Trin. 4. 3. v. 58.

Tibi audiens ſum imperij. Truc. 1. 2. v. 24.

Vtriq; mos geratur amborum ex ſententiâ. Trucul. 5. 1. verſ. 69.

Hæc te ſolum ſemper fecit maximi, tibi morigera fuit in rebus omnibus. And. 1. 5. v. 95.

Mos gerundus eſt Thaidi. Eunuch. 5. 2. v. 113.

Adoleſcenti eſſes morigeratus. Adelph. 2. 2. v. 10.

Qui magis morem gereret. Adelph. 4. 5. v. 74.

Et meo patri minus ſum obſequens. Heaut. 2. 3. v. 18.

Quid agis? mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi morem. Heaut. 5. 1. v. 74.

Sed ut induſtriâ noſtrâ tuæ morem geramus voluntati. ad Heren. l. 1. p. 3.

Vt tuæ voluntati rectiſſimè morem geramus. ad Herenn. lib. 2. pag. 51.

Gere morem parenti, pare cognatis, obſequere amicis, obtempera legibus. ad Heren. l. 4. p. 106.

Digitized by Google

Legibus obtemperare debetis. de invent.l.1.p.177.

Non quò tuo ſtudio rectiſſimo atq; optimo non obſequi vellem. De Orat.l.1. p.195.

Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe. de Orat. lib. 1. pag. 296.

Veſtra potius obſecutus ſum voluntati. de Orat. libro 1. pagina 324.

Morem gerere noluiſti. de Orat.lib.2.pag. 449. & pro Flacc. p. 297.

Dolori ſuo malle, quàm authoritati obtemperare. pro lege Manilia.p.649.

Morem homini geſſi. pro Aul.Clu.p.66.

Quibus morem geram. Phil.8.453.

Mos eſt gerendus. Phil.12.501.

Nec precibus, nec admonitionibus noſtris locum reliquit. Ep.famil. l.1.pag 5.

Dixit nihil intereſſe, utrum Cæſar ſenatui dicto audiens futurus eſſet. Ep.fam.l.8 p.227.

Omnia obſequia alicui polliceri. Ep.fam l.10.p.288.

Vtriq; à me mos geſtus eſſe videatur. Epiſt. Attic. libro ſecundo. pag.65.

Inſuetus contumeliæ, ne omni animi impetu, dolori, & iracundiæ pareat. Ep.Att.l.2.p.74.

Quoad vultis, vobis obtemperabo. Epiſtol. Attic.libro 10.pagina 208.

Ita patri quoq; morem geſſeris. Ep.Attic.l.13.p.427.

Dubitat utrum morem gerat Leptæ. Ep.Attic.l.13.p.486.

Infirmiſſimo tempore ætatis obſequuti amico cuidam. Academic. l.2.pag 7.

Tum Balbus, tibi geram morem, & agam, quàm breviſſimè potero. de nat.Deor.l.2.p.51.

Legibus parere. Qu.Tuſc.l.5.p. 458.

Relinquunt, & abijciunt obœdientiam. 1.offic.p.41.

Neceſſitati eſt parendum. 2. offic.p.95.

Obiter, Dicis causâ.

Oben hin/ Vngefehr/ Für die lange weil.

Poſt

Poſt etiam iuſſi valere, cùm me expenſè è ſuâ villâ, numquid vellem, rogaſſet. ad Att l.5.Ep.2.&3.p.138.139.

Eodem autem expenſè è Pompeiano Philotimo dederam ad te literas. ib. Sic enim utrobique legendum ex Mss.Palat. docuit Franciſcus Iunius in Notis ſuis. Expenſè notat indiligenter, perfunctoriè, obiter, & quaſi dicis causâ. Ei opponitur: ſtudioſè, diligenter, datâ operâ, de induſtriâ.

Sint igitur decemviri, neq; veris comitiis h.e. populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atq; ad uſurpationem vetuſtatis per hos lictores auſpiciorum causâ adumbratis conſtituti. cont. Rull.p.128. Notandum uſurpare idem ferè valere, quod Dicis causâ aliquid facere: ut ſolennitatis, & veteris iuris, aut conſuetudinis retinendæ causâ. Sic Livius: Non tamen ultrà proceſſum eſt, quàm unus ex plebe uſurpandi iuris causâ P. Licinius tribunus militum crearetur. Agellius. libr.3. cap.2. Quintum Mutium I.C. dicere ſolitum legi, non eſſe uſurpatam mulierem, quæ cùm Kall. Ian. apud virum matrimonij causâ eſſe cœpiſſet.

Obligationis. *Vide* Legum. Beneficiorum. Officij.

Verbunden / Schuldig ſein.

Obligare ſe verbis. pro Cæcin.p.588.

Neq; legem putat tenere ſe ullam. Adelph.1.2.v.6.

Pompeius omni cautione, fœdere, exercitatione devinxerat. Sest. pag.9.

Qui lege de vi certè non tenebantur. Cœl.p.123.

Vt mihi ſe debere dicant. Ep.Att.p.5.

Oblivionis. Obliviſcendi. *Vide* Memoriæ.

Vergeſſen.

AN egomet me illic reliquiſſe fortè oblitus fui. Amph. 1. 1. v. 301.

Haccine te eſſe oblitum, qui tamdiu in ludo fuiſti? Aſin. 1. 3. v. 73.

Tam in brevi ſpatio omnem de me deiecerit animum patris. Heau. 5. 2. v. 2.

Vſitata res facilè è memoriâ elabuntur. ad Herenn. lib. 3. pag. 72.

Si crebra collocabuntur, oblitam reddunt orationem. ad Heren. l. 4. p. 87.

Poſtquam extinctis his, omnis eorum memoria, ſenſim obſcurata eſt, & evanuit. de Orat. l. 2. p. 371.

Vt alios fortaſſe multos oblivione obruiſſet. Brut. p. 536.

Nolo eam rem commemorando revocare, cuius rei memoriam omninò omnem tolli funditùs, ac deleri arbitror oportere. pro Qu. pag. 28.

In oblivione non iacuiſſet, ſed in aſſiduâ commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuiſſet. in Verrem pagina 148.

Ex memoriâ aliquid deponere. pro Luc. Syll. p. 324.

Nemo eſt, qui non modò ex memoriâ, ſed etiam ex factis evellendos putet. Seſt. 17.

Illud mihi ex animo excidit. pro Vniv. p. 175.

Memoriam Cnei Pompeij amiſimus. Deiot. 310.

Omnem memoriam diſcordiarum oblivione ſempiternâ delendam eſſe cenſui. Phil. 1. p. 323.

Significarunt ſe novo beneficio memoriam veteris doloris abieciſſe. Phil. 1. p. 334.

Omnem populi Rom. beneficiorum memoriam abiecerunt. Phil. 8. pag. 457.

Hoc verbum tibi non excidit, quod ſæpè ſit fortuitò. Phil. 10. pag. 467.

Meâ memoriâ dilabuntur. Phil. 13. 512.

Venerunt in oblivionem. in Sall. p. 525.

Dabo operam, ut iſthuc veniam, antequam planè ex animo tuo effluam. Ep. Fam. lib. 2. p. 197.

Te intelligere volui, mihi non illud excidiſſe. Epiſt. Att. lib. 6. v. 171.

Oblivione aliquid delere. de Nat. Deor. l. 10. p. 14.

Vt ad-

Digitized by Google

Vt adverſa quaſi perpetuâ oblivione obruamus. de Finib. libr. 1. p. 110.

Ipſius oblivione obruerentur. de Fin. l. 2. p. 172.

Adducuntur plerique, ut eos iuſtitia capiat oblivio. 1. Off. p. 12.

Obſcuritatis. Tenebrarum.

Dunckel/ Finſternuß.

N*Arratio obſcura totam obcæcat orationem.* de Orat. lib. 2. p. 439.

Nam iſti quidem herclè orationi Oedipo opus coniectore eſt, qui Sphingi interpres fuit. Pœn. 1. 3. v. 35. Proverbium de re obſcurâ: quod imitatus quoque eſt Terentius, perpetuus Plauti ſimius Andr. *Davus ſum, non Oedipus.* Vide etiam proverbium. *Vrinator, ſeu natator Delius.* Martialis ſic lib. 10. Epig. 21. *Non lectore tuis opus eſt, ſed Apolline libris.* Antiphanes apud Athenæum. ποιῶν δ' ὅτ' ἐςιν ὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι. *Nec Apollo quid ſibi hac velint, intelligit.*

Ea obſcuritatem & tenebras afferat. de Orat. l. 3. p. 466.

Splendor eius omnis his moribus obſolevit. pro Quint. pagin. 142.

Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. contr. Rull. p. 91.

Adhibuit obſcuritatis latebram. de Div. l. 2. p. 256.

Ab animo, tanquam ab oculis diſcutit. Quæſt. Tuſcul. lib. 1. pag. 52.

Conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere. Acad. libr. 2. p. 33.

Cimmeriis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem ullam alicui ad aſpiciendum relinquere. ibid.

Latent iſta omnia craſſis occultata & circumfuſa tenebris, ut nulla acies humani ingenii tanta ſit, quæ penetrare in cœlum poſſit. Acad. l. 2. p. 62.

Omnia tenebris circumfuſa eſſe dixerunt. Acad. Quæ. l. 1. p. 94.

Obſervan-

Obſervandi. *Vide etiam* Attendendi. A

Aafmercken/Zuhören/Lauren

A *V cupemus ex inſidijs clanculum, quam rem* 2. v. 32.

Qui aucupet me, quid agam, qui veſperi ſuo vi v. 5.

Facilè nuperrimè dictum memoria mandetur. ad pag. 62.

Homines in ſpeculis ſunt, obſervant quemadmodu gerat. in Verr. p. 152.

Vita oculis aliorum obſervatur. in Verr. p. 305.

Tamen à ſciente animadverti ſolet. Off. l. 1. p. 58.

Obſidionis. Expugnandi, Oppugnandi. *etiam Tit.* Belli. Muniendi.

Belägern/Stürmen/Beſatzun

I *D vi, & virtute militum victum, atq; expugn* Amph. *1. 1.* v. 36.

Imperio atq; auſpicio ducis. Amph. *1.* 1. v. 37.

Legiones pugnando cepimus. Amph. 1. 1. v. 258.

Cùm ad faciendam vim quidam armati veniſſent 2. p. 220.

Cùm ab hoſtibus circumſideretur. de Invent. l. 2. p.

Clandeſtinis auxiliis nos oppugnat. Orat. ad Brut. p.

Illud propugnaculum quo contra omnes meos impe putat, ex defenſione deijciam. in Verr. p. 327.

Tum quidem incolumis exercitum obſidione libera l. 1. p. 177.

Digitized by Google

Obviandi. Occurrendi. Procedendi obviam.

Begegne / Entgegen gehen.

E*Amus adverſum uxori.* Amph. ſc. DI voſtram. v. 73.
Ne quis mihi obſtiterit obviam. Capt. 4. 2. v. 1.
Obviam ornatæ occurrebant ſuis quæq; amatoribus. Epid. 2. 2. verſ. 30.
Tu facito ante Solis occaſum, ut venias adverſum mihi. Menæc. 2. 3. v. 83.
Simul autem pleniſſimè eos, qui adverſum eant, ciſpellito. Merc. 1. 2. v. 5.
Quis hic eſt, qui mihi adverſum ſit? Men. 3. 2. v. 22. & 5. 2. v. 25. *Ibo advorſum, appellabo hunc.* & Stich. 1. 2. v. 32. *Ferre adverſum hominem occupemus oſculum.*
Obviam ei ultrò deferam. Pſeud. 4. 5. v. 5.
Qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur. Pſeud. 2. 1. v. 18.
Bonâ ſcævâ ſtrenaq; obviam proceſſit mihi. Stich. 1. 2. v. 24.
Opportunè hic mihi ſit obviam. Andr. 3. 4.
Optimè te mihi offers. Andr. 4. 2. v. 3.
Nihil eſt, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obviam. Adelph. 3. 2. v. 13.
Homini præter opinionem improviſo incidere. in Verrem pag. 299.
Obvius mihi factus eſt. pro Cæcin. p. 616.
Opportunè te obtuliſti mihi. Adelph 2. 2. v. 23.
Cæſari ex Hiſpaniâ redeunti longiſſimè obviam proceſſiſti. Philip. 2. p. 368.
Quintum Leptam præfectum fabrum meum tibi obviam miſi. Ep. Fam. l 3. p. 70.
Obviam alicui prodire. ibid.
An ego tibi obviam non prodirem? ibid.
Venire alicui obviam. Ep. Fam. l. 4. p. 109.
Obviam ei proceſſuram millia paſſuum. Ep. Fam. l. 10. p. 309.
Prodire alicui obviam. Ep. ad Fam. l. 14. p. 4, 1.

Occaſio-

Digitized by Google

Occaſionis. Opportunitatis

Gelegenheit.

Tempus huic occaſioni ſeſe ſubterduxit. Aſin. 2
Occaſionem, quæ obvenit, opprimere. Aſin. 2
Vbi quicquam occaſionis eſt. Aſin. 5. 2. v. 15.
Quando illæc occaſio perit, poſt ſerò cupit. Aul. 2. 2
Nobis detis locum loquendi. Capt. 2. 1. v. 18.
Si occaſionem capſit, qui ſiet malus. Pſeu. 4. 3. v. 6
Occaſionem repperiſti. Pſeud. 4. 4. v. 9.
Eam fore mihi occaſionem, ea nunc quaſi decid
2. 3. v. 6.
Non tu illum vides quærere anſam, infectum ut fa
v. 120. 121.
Opportunè ſe offert. Amph. *ſc.* DI voſtram. v. 43.
Nunc ſatis temporis. Amph. DI voſtram. v. 50.
Non potuiſti magis per tempus advenire, quàm a
2. v. 30.
Nam ipſa opportunitas non potuit opportunius adv
3. v. 3.
In ipſo tempore eccum obviam. Andr. 3. 2. v. 52.
Optatò advenis. Andr. 3. 3. v. 1.
Veni in tempore. And. 4. 4. v. 19.
Per tempus advenis. Andr. 4. 4. v. 44.
Attemperatè hodie venit in ipſis nuptiis, ut venire
quam. Andr. 5. 3. v. 24.
In tempore ipſo mihi advenis. Andr. 5. 4. v. 20.
Per tempus redditur. Hecyr. 1. 3. v. 16.
Opportunè te mihi in ipſo tempore oſtendis. Hecyr. 4
Vobis placida conditio eſt, datur. Hecyr. 2. 1. v. 44.
Locum opportunum capere ad rem. pro S. Roſc. p.
Ad cæteras ſummas utilitates hæc quoque opportunit
pro Leg. Man. p. 647.
Semper ad novos caſus temporum novorum conſili
accommodat. pro Leg Man. p. 651.
Occaſio viſa eſt. in Verr. p. 179.

Digitized by Google

Nulla ratio eſt amittere occaſionem, nuſquam eò meliùs collocari putat poſſe. pro Cæc. p. 591.
Occaſio ad occupandam Aſiam eſt oblata illi. pro Leg. Man. p. 629.
Teneo quam optabam occaſionem, neq; omittam. de Leg. lib. 2. p. 294.

Occultandi. Abſcondendi.

Verbergen / Verdecken / Heimlich halten / Verkriechen.

Occultum id habetur. Aul. 2. 1. v. 12.
Quod celatum eſt, atq; occultatum uſq; adhuc, nunc non poteſt. Aul. 2. 3. v. 10.
Non metuo, ne quiſquam inveniat: ita probè in latebris ſitum eſt. Aul. 4. 2. v. 7.
In latebras abſconditas pectoris munitiſſimi. Ciſt. 1. 1. v. 65.
Quapropter te expertem amoris nati habuerim. Pſeud. 1. 5. v. 83.
Ex conſpectu heri ſe ſui abdiderunt. Pſeud. 4. 7. v. 5.
Quia annos multos filias me celaviſti clam me. Pœn. 5. 4. v. 67.
Edictum eſt magnoperè mihi, ne cuiquam homini excederem, omnes muti, ut loquerentur priùs hoc quàm ego. Perſ. 9. 2. v. 59. 60.
Pracipe aſtu filia. Perſ. 1. 3. v. 68.
Vt agant inter ſe clanculùm. Heaut. 2. 1. v. 63.
Æſchinus ſub duro ac triſti patre celabat Cteſiphontem. Adelph. 4. 2. v. 3.
Latuit omnis pecunia in caligine ac tenebris. in Verr. p. 387.
Me in cellam aliquam iam cum illâ concludam, id tutiſſimum eſt. Adelph. 4. 2. v. 13.
Quod celari opus erat, habebant ſepoſitum ac reconditum. in Ver. p. 421.
Maiores vim armatã nullâ iuris defenſione texere. pro Cæc. 619.
Se non Ponto, neq; Cappadocia latebris occultare velit, ſed emergere è patrio regno, atq; in veſtris vectigalibus, hoc èſt in Aſia luce verſari. pro Leg. Man. p. 630.
Obſcurè aliquid ferre. pro Aul. Cl. p. 65.
Re patefactâ diſſimulari tantũ ſcelus nõ poterat, nec latere. Sest. 7 3.

Hac

Hæc ſunt in gremio ſepulta conſulatûs tui. Piſ.18
Qui inſignem iſthinc nequitiam frontis invo
nondum cernit. Piſ.182.
Triumphi nomine tegunt, & velant ſuam cupi
202.
Cùm ſe ille ſapiens in ſcalarum tenebras abdidiſ
Feræ ſe latibulis tegunt. Rab. 229.
Occultat pecuniam poſthumus, latent regiæ div
Iovis illius quidem numen nunquam celare p
p. 313.
Ille ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ coniecit. Phil.2
Delituit in quâdam cauponulâ. Philipp.2.367.
Se ipſos quaſi liberatores noſtri è conſpectu noſtro
2.pag.382.
Diu teximus, quin ſentiremus. Phil.3. 398.
Audaciam rerum geſtarum magnitudine, atq; l
bus tegere. in Verr.p.500.
Quod inprimis te celatum volebam. Ep.Qu.Fr.
Sed te in latebram mirificam coniecisti. de Div
232.
Quomodo potuit terrâ oppreſſus iuvare ibid.
Lateant eius illæ tenebricoſæ libidines, quas fro
non pudore, & temperantiâ contegebat. Provi
Ille ſe in interiorem partem ædium abdidit. Ep.A
12. 113.
Quod domi te incluſiſti. Ep.Att.l.12.p.394.
Mane me in ſylvam abſtruſi denſam, atq; aſpera
p.371.
Contexit atq; abdidit ſe. Removent ſe ab oculis.

Occupationum. Negotij. *Vide etiam*
Agendi: & Efficiendi. Cura
Muneris.

Geſchefften / Zu ſchaffen haben / Ve
Handlen.

Alias res agis,iſtuc ago quidem. Eunuch.·.3.
Rem ſeriam velle agere mecum, ſcil. *dicit.* Eunuch.3.3.
Quid rerum hic gerat. Eunuch.5.4.
Quid rei geris ſic tenuiter. Phor.1.2.
Quin tu hoc age. And.2.2.
Actum, ajunt, ne agas ibid.
Imò & ibi nunc ſum: id eſt, *hoc ago, & uſq; dudum id egi.* Heaut. 5.2.
Cum hoc id agebam commodùm: Jch handelte oder redete eben jetz mit jhm davon. Phorm.4.3.
Ecquid de illo quod dudum tecum egi, egiſti, Syre? haſtu etwas darjnnen außgericht / davon ich jüngſt mit dir geredt hab? Heaut. 3.2.
Non nunc pecuniâ agitur, ſed illud, quomodo &c. Heaut.3 1.
Poſtremò id mihi da negoti. Andr.3.2.
Davo iſtuc dedam iam negoti. Andr.5 4.
Non poteſt, ſcil: *negotium illud in ſe ſuſcipere: quî? quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius.* ibid.
Quid iſtic tibi negotij eſt? Andr.5.2.
Si tibi res ſit cum Lenone, quocum mihi eſt, tùm ſentias. Phorm. 1 3.
Poſtremò tecum nihil rei nobis, Demipho, eſt. Phor.2.2.
Eia ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine: id eſt, *ſatis negotij tibi faceſſet.* Phorm.4.3.
Clinia ille ſervus tardiuſculus: ideircò huic noſtro tradita eſt provincia. Heaut.3.2.
Ex eo colligere poteris, quantâ occupatione diſtinear. ad Att.37.b
Nam antea diſtinebamur maximis occupationibus. Epiſt.121.a
Nos hic multitudine, & celebritate iudiciorum ita diſtinemur, ut quotidiè vota faciamus, ne intercaletur. Ep.96.b
Sylla tot tantiſq; negotiis diſtentus eſt, ut reſpirare non poſſit. Att. 8. b
Metuendum eſt, ne imperita multitudo per me pacem diſtineri putet. in Ant.245.a
Quid mihi cum iſtâ ſummâ ſanctimoniâ? pro Quint. 10. b
Quid huic cum Habito? nihil. pro Cl.p.24.
Cum Illyrico verò, & cum Vatinij legionibus, quid erat Antonio? in Ant. 226.b
Quid negotij geritur? in quo ille tot & tales viros defatigat. de Fin.138.a

Digitized by Google

Qui ſi ipſe negotium meum gererem: nihil gererem, niſi conſilio tuo. Att.i.204.b
Tuum negotium geſſiſti benè. pro Qu. Roſc.50.b
Sui negotij benè gerens. pro Qu. Roſc.11.b

Odij. *Vide* Invidiæ.

Odoris. Fœtoris.

Geruch/ Stincken.

OLet *homo quidam malo ſuo* Amph.1.1.v.165.
Ex iſto loco ſpurcatur naſum odore inlucido. Men.1.2.v.57.
Odore naſum ſentit. Mil.4.6 v.41.
Arrabius Murrhinuſq́ omnes odor complebat. Pœn. 5. 4. verſu 6.
Dic amabo, an fætet anima uxoris ſua? Aſin.5.2.v.45.
Interea fœtida anima naſum oppugnat. Virg.1. 2. v. 134. *Animas & olentia ora* dixit.
Smyrnam h.e *myrrham olet*. Aſin.5.7.v.79.
Ibi odos dimiſſis pedibus in cœlum volat. Pſeud.3.1.v.51. Vide Tit. *Currendi*. vbi hæc phraſis explicatur.

Officij. *Vide* Gratificandi. Studij. *& infrà* Vovendi.

Dienſthafftig/ Bereitwillig.

SCis *tute, facta velle me aquè, qua tu velis, & iſthac confido à fratre me impetraſſere*. Aul.4.7.v.5.

Ominis.

Ominis. Ominandi. Præſagij. Augurandi. Vaticinandi. Superſtitionis. Oraculorum. Diuinandi. Auſpicij.

Wunſch/ Propheceyen/ Warſagen/ Zeichen geben/ Ahnen/ Aberglauben.

Quod tibi ſempiternum, ſalutare ſit liberis procreandis! Aul. 2. 1. v. 26.

DI bene vertant! Aul. 2. 1. v. 83.

Præſagibat mihi animus, fruſtrà me ire. Aul. 2. 2. v. 1.

Benè ominantes dicebant: *Benedicite.* εὐφημεῖτε. Aſin. 3. 3. v. 56.

Initio rei gerendæ ſolebant præfari hanc formulam. *QVOD BONVM FAVSTVM FELIXQVE SIT!* Aul. 2. 1. v. 26.

DI benè vertant! ita faxint. Aul. 2. 2. v. 19.

DI faciant, vbi ſiet diu plusq́; ſoſpitent, quod nunc habes. Aul. 3. 2. verſ. 10.

Quæ res tibi benè feliciterq́; vertat! Aul. 4. 10. v. 58.

Quâ ego hunc amorem avi datum dicam? Caſ. 3. 4. v. 26.

DI tibi unicum gnatum ſoſpitent! Merc. ſc. Syra non. v. 28.

Quid ſi igitur (unum factum hoc ſi cenſes.) Merc. 3. 3. v. 17. Formula erat benè ominandi. BONVM FACTVM: cui æquipollet hæc: VNVM FACTVM. In edictis uſurpatum hoc Aul. 2. 7. v. 3. Bacch. 1. 2. 2. v. 2. Caſ. 2. 6. v. 27. Men. 4. 2. v. v. 46. Merc. 2. 1. v. 42.

Religionem illic obiecit, recipiam me illuc. Merc. 5. 2. v. 40. Græcè ἐπιθειάσαι h. e. *ex obſervatione ominis* δεισιδαιμονίαν *incuſſere.* Sic Horatius *Religionem obijcit Galatea profectura, ab omine:* ſcil *ab exemplo Europæ.* Sueton. dixit: *Afferre alicui religionem.* Vide Lexic. Plaut. *Religio.*

Bona ſcæva eſt mihi. Pſeud. 4. 7. v. 39. De bono auſpicio datur. Vide Lex. Plau.

Benè mihi, benè vobis, benè amicæ meæ! Perſ. 5. 1. v. 50.

Ex auſpicavi ex vinculis: nunc deniq́; redauſpicandum in catenas. Capt. 3. 5. v. 108. 109. ubi vide Notas noſtras.

Liquido exeo foras auſpicio avi ſiniſtrâ. Epid. 2. 2. v. 1.
Bonam ſcævam affero Pſeud. Prol. v. 1.
Sed neſcio quid profectò mihi animus præſagit mali. Heaut. 2. 1. v 7.
Ego hoc hilarior. Adelph. 2. 1. v. 48.
Introijt in ædes ater alienus canis, anguis per impluvium decidit de tegulis. Phil 4. v. 26 27.
Tum tu igitur die bono Aphrodiſiis addice tuam mihi meretricem. Pœn. 2. 1. v. 49. Vide Briſſ. Formul. l. 1. Vt BONA VERBA, ita BONVM DIEM dicebant veteres.
Dij immortales avertite, atq; deteſtabile hoc omen. Philipp. 4. p. 404.
Hoc deteſtabile omen avertat Iuppiter. Phil. 11. 481.
Suo capiti ſalvis nobis ominatur. Phil. 11. 482.
Ominibus uti. de Divin l. 1 p. 222.
Ego fortaſſis vaticinor, id eſt, *ex incertis coniecturis auguror.* Ep. 2. 5.
Neſcio quâ permotus animi divinatione non deſpero. Epiſtol. 3. 13.
Quem exitum acies habitura ſit, divinare nemo poteſt. Ep. 6. 3.
Caſu, non divinatione meâ factum eſt. Ep. 6. 4.
Nec quidem nos noſtra divinatio fallet. Ep. 6 6.
Non ex alitis volatu, nec ex cantu ſiniſtro Oſcinis, ut in noſtrâ diſciplinâ eſt, nec ex tripudijs ſoliſtimis, aut ſomniis tibi auguror, &c. ibid.
Conſtitui apud te autoritatem augurij, & divinationis meæ. ibidem.
Debet habere fidem noſtra prædictio. ibid.
Quæ acciderunt omnia dixi eſſe futura Ep. 7. 3.
Exiguitas copiarum, receſſum non dimicationem mihi tuam præſagiebat. Ep. 8 11.
Intra fines hos, quæcumq; acciderint, vertentur. Divinatio eſt, aut omnino, ut prædico ſuſcipientur & augentur omnia, aut non multo ſecus. ibid.
Vt tu divinâ tuâ mente proſpexiſti, & prædicaſti. Ep. 12. 14.
His ſuperſtitionibus non dubitaſti omnia adiungere. de Divin. l. 2. p. 245.
Malo tamen alteri, quàm noſtra ominari. Off. l. 2. p. 94.
Quod omen DI avertant! Offic. l. 3. p. 118.
Recitatis literis oblata religio. Cornuto, pullariorum admonitu non

ſatis

Digitized by Google

ſatis diligenter eum auſpicijs operam dediſſe. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 389.

Auſpicio operam dare. de Divin. l. 1. p. 199.

Hinc Remus auſpicio ſe devovet. ibid.

Illi qui in auſpicium adhibetur. de Divin. l. 2. p. 241.

Scientiam auguratûs tentare. de Div. l. 1. p. 169.

Augurio operam dare. de Divin. l. 1 p. 199.

Vt eum in arce augurium augures acturi eſſent. de Offic. lib. 3. pag. 124.

Oracula fundere. de Nat. Deor. l. 1. p. 18. & de Divin. l. 1. p. 202.

Iidem de rebus maioribus ſemper aut Delphis Oraculum, aut ab Hammone, aut à Dodonâ petebant. de Divin. l. 1. p. 195.

Quod caput eſt, cur iſto modo oracula Delphis non eduntur. de Div. l. 2. p. 259.

Conſentaneum eſt huiusmodi oracula, cæteraq; quæ ad divinationem pertinent comprobare. de Fato p. 86.

Omittendi. Intermittendi.

Unterlaſſen/ Bleiben laſſen.

OPeram præterea nunquam ſumam quærere. Men. 2. 1. v. 19.

Illa omnia miſſa habeo, quæ antè accœpi. Pſeud. 2. 2. v. 8.

Oneris. Molis.

Laſt/ Bürde/ Schwer.

VBi onus nequeam ferre pariter, iaceam ego aſinus in luto. Aul. 2. 2. v. 53.

Onerare lætitiâ. Capt. 4. 2. v. 47. Vide quæ notavimus ad Titulum *Gaudij. Lætitiæ.*

Neq; verò ego hoc tantùm oneris imponam noſtris præſertim Oratoribus. de Orat. l. 1. p. 274.

Quoniam mihi levius quoddam onus imponitis. de Orat. lib. 2. p. 304.

Plus oneris ſuſtuli, quàm ferre poſſum. pro Sext. Roſc. pag. 40.

Onus allevare. ibid.

Opprimi onere. ibid.

Cùm mihi te offers meis commodis, officio ſimulato officis, ſuſcipis onus officij, quod te ſuſtinere poſſe putas. pro Sext. Roſc. pag. 40.

Hoc oneris negotiiq; mihi imponit. in Verr. p. 181.

Aliquid oneris imponere. in Verr. p. 280.

Providere debent, quid oneris tollant, quantum negotij in omnem vitam ſuſcipiant: ad rem aliquam deſcendere. in Verr. p. 304.

Plus etiam, quàm pars virilis poſtulat, oneris ſuſcipere. in Verr. p. 305.

A negotio aliquem excludere. in Verr. p. 307.

In hoc imperio maximum nobis onus impoſuit. Philipp. libr. 11. p. 485.

Maius mihi dicendi onus imponitur. Sall. 550.

Totum negotium non eſt dignum noſtris viribus, qui maiora in in Rep. onera ſuſtinere, & poſſimus & ſoleamus. Ep. ad Fam. l. 2. p. 47.

Oneris tibi imponere nec audeo quicquam, nec debeo. Epiſt. ad Fam. lib. 2. p. 88.

Leva me igitur hoc onere. ibid.

Neq; hoc cùm ſcribebam, eram neſcius, quantis oneribus premerer. ibid.

Imponere alicui onus. ibid.

Nimis impudenter tibi onus impono. Ep. ad Fam. l. 6. p. 166.

Onera tanta ſunt, ut ſuſtinere poſſis. Ep. Fam. l. 15. p. 481.

Non audeo omnia onera tibi imponere Epiſt. Attic. libr. 5. pag. 144.

Nos onera quibusdam beſtiis: nos iuga imponimus. de Nat. Deor. l. 2. p. 10.

Abijcere onera. Quæſt. Tuſc. l. 2. p. 362.

Onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt. Qu. Tuſc. l. 2. p. 369.

Onus alicui levare. Qu. Tuſc. 3. p. 400.

Opinionis

Digitized by Google

Opinionis. Arbitrandi. Putandi. Opinandi. Exiſtimandi. *Vide etiam* Animi. Mentis. Sententiæ.

Meinung/ Beduncken/ Darfür halten. Gutt achten.

Dicam meam ſententiam. Curc. 5. 4. v. 24.
Vt meus eſt animus, fieri non poſſe arbitror. Ciſt. 1. 1. v. 5.
Niſi quid tua ſecus eſt ſententia Epid. 2. 2. v. 95.
Inſpicere alicuius ſententiam. Mil. 2. 1. v. 51.
Non extemplò meum oſtendam ſenſum, mittam lineam. Moſt. 5. 1. v. 22.
Diſſident ſententiæ. Merc. ſce. Scyra non v. 8.
Ego de hâc ſententiâ non demovebor. Perſ. 3. 1. v. 45.
Quod ego non magis ſomniabam, neq; opinabar, neq; cenſebam. Perſ. 2. 3 v. 5.
Prorſus opinionem tuam hanc ego eſſe amotam volo. Andr. 3. 2. v. 30.
Quodcunq; inciderit in mentem, volet Hecyr. 3. 1. v. 35.
Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum. Adelph. 1. 1. v. 43.
Iſthæc mihi ſententia eſt. Hecyr. 1. 1. v. 18.
Nemo in hanc incidit opinionem ad Her. l. 4. p. 81.
Meo quidem animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum eſt. de Inv. l. 1. p. 136.
Quemadmodum noſtra quidem fert opinio. de Inv. l. 1. p. 138.
Magna nobis pueris, Quinte frater, ſi memoriâ tenes, opinio fuit. de Orat. l. 2. p. 344.
Oppreſſi iam ſumus opinionibus. de Orat. l. 3. p. 458.
Pecuniam ſi cuiquam fortuna ademit, aut ſi aliqua eripuit iniuria, tamen dum exiſtimatio eſt integra, facilè conſolatur honeſtas egeſtatem. pro Qu. p. 17.
Omnes ſic habent perſuaſum. in Verr. p. 514.
Inveteravit opinio, ſermo percrebuit. in Verr. p. 136.
De aliquo opinionem habere. in Verr. p. 329.

Vetus eſt hæc opinio, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis. in Verr. p. 464.

Se ipſe infert, intrudit, in eam opinionem eum adduxit. pro Cæc. p. 591.

Erat gravis, atq; vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum pervaſerat. pro Leg. Man. p. 636.

Evellam ex animis hominum tantam opinionem tam penitùs inſitam, tam vetuſtam. pro A. Cl. p. 4.

Aliquam opinionem mente ſuâ comprehendere. pro Aul. Cluen. pag. 4.

Vt mea fert opinio. pro A. Cl. p. 21. & pro Cn. Planc p. 5. 13. & de fin. l. 3. p. 182.

Sum in illâ opinione. pro A. Cl. p. 64.

Hæc à me ſuſpicionibus, & coniecturâ coarguuntur. contra Rull. pag. 97.

Coniecturâ facilè aſſequi poteritis. contr. Rull. p. 106.

Eſt etiam in nobis is animus. in Cat. p. 204.

A me omnia ſumma in te ſtudia, officiaq; expecta, non fallam opinionem tuam. Ep. Fam. l. 1. p. 12.

Magna eſt hominum opinio de te. Ep ad Fam. l. 1. p. 16.

Nihil præter opinionem accidere potuit. Ep. Fam. l 3 p. 79.

Genus ſcriptorum tuorum, etſi erat ſemper à me vehementer expectatum, tamen vicit opinionem meam. Epiſt. Fam. lib. 9 p. 250.

Crebrùs expectationes nobis tui commoves Ep. Att. l. 1. p. 8.

Nos publicam propè opinionem ſecuti ſumus. Epiſt. Attic. lib. 1. p. 177.

De iſto Dicæarcho non minùs benè exiſtimabat. Ep. Att. lib. 6. p. 179.

Opinionem à perſpicuitate ſeiungere. Acad. l. 2. p. 26.

Labi ad opinionem. Acad. l. 2. p. 7.

Hanc tu opinionem C. Velleij usq; ad hanc ætatem perduxiſti. de Nat. Deor. l. 1. p. 28.

Nec tam ſtabilis opinio permaneret, nec confirmaretur diuturnitate temporis, nec unà cum ſæculis ætatibusq; hominum inveterare potuiſſet. de Nat. Deor. l. 2 p. 52

Etenim videmus cæteras opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuiſſe. de Nat. Deor. l 2. p. 57.

Errantem aliorum opinionem aucupari. de Finib. libr. 2. pag. 158.

Elicere

Elicere interrogando ſolebat eorum opiniones. De fin. libro 2. pagina 126.
Veras opiniones aſſequi. de fin. l. 5 p 277.
Etſi dedi talem mentem, quæ omnes virtutes accipere jam poſſet. de fin. l. 5. p. 277.
Quæ ita in animis ſunt. Ibidem.
Adumbratâ opinione lætari. de fin. l. 5. p. 582.
Niſi forte Epicureorum voluimus opinionem ſequi. de fato. pagina 289.
In ſententiâ quâdam eſſe. de fato. p. 289.
Opinionem tuam magni errores conſecuti ſunt. Quæſt. Tuſc. l. 1. p. 388.
Opinionem aliquam confirmare. Qu. Tuſc. l. 1. p. 309.
Singularum opiniones animadvertam. Quæſt. Tuſc. l. 1. pagina 340.
Hanc excutere opinionem mihi radicitùs volui. Quæſt. Tuſc, lib. 1. pag. 34.
Plane inficimur opinionum pravitate. Quæſt. Tuſc. libro 3. pagina 376.
Rogandi tamen ſunt, & in hanc opinionem adducendi. de pet. Conſ. pag. 393.
Detrahere alicui opinionem. Quæſt. Tuſc. l. 3. p. 409. & l. 4. pagina 441.
Opinionem falſam tollere. Quæſt. Tuſc. l. 4. p. 439.
Eum ſibi ipſo opinionis errore finxerat principatum. 1. Officiorum pag. 13.
Minuenda eſt hæc opinio. 1. Off. p. 130.
Homines inflati opinionibus, turpiter irridentur, & in maximis verſantur erroribus. 1. Off. p. 37.
Benè loquendi de Catulis opinio non minor. 1. Off. p. 82.
Opinionem afferunt populo. Cic. Off. l. 2. p. 82.

Optandi, *Vide* Vovendi.

Optionis. *Vide ſupra* Eligendi.

Digitized by Google

OPtionem dare alicui miſeram & iniquam. ... gina 10.

Si optio naturæ noſtræ detur. Acad. l.1.p.13.

Opum. *Vide* Bonorum.
Orandi. *Vide* Rogandi.

Orbis. Mundi. *Vide etiam* Co

Welt/ Erdkreyß.

CVM alterum eſſet exteriorem amplexus or p. 377.

Cùm alia luſtrent orbem majorem, alia minorem. gina 379.

Peragrare orbem. ibid.

Orbitatis. Viduitatis. *Vide* Privanc mendi.

Wittwen/ Beraubt ſeyn.

QVASI in orbitatem liberos produxerim. Ca 105.

Ordinandi. Ordinis. *Vide etiam* C tuendi.

Ordnung/ Beſtellen/ Verordne

Digitized by Google

IN *ordinem redigimus.* ad Herenn.l.3.p.60.
Aliquid ſuo loco collocare. De Orat.l.1.p.311.
In majorum ſuorum regno collocare auſus eſt. de Orat.lib.3. pagina 488.
Aptam & ratione diſpoſitam rem habent. pro Roſc.p.83.
In ordinem aliquid conficere. pro S.Roſc.p.93.
Nomina in ordinem referre. pro S.Roſc.p.94.
Referam me ad ordinem. Acad.l.2.p. 31.
Si omnia, quæ certis temporibus ordinem ſuum conſervant. De Nat.Deor.l.3.p.126.
Ordinem in conſilijs factisq́ conſervandum putat. 1.Off.p.8.
Modum adhibere & ordinem. 1.Off.p.10.

Ornatûs. Ornamenti. Venuſtatis. Decoris.

Zier/Schön/Herlich/Gezieret.

MIHI *tibiq́ dediſti magnum decus.* Truc.2.6.v.36.
Quis me eſt fortunatior, venuſtatisq́ adeò plenior? Hec.5.4. verſ. 8.
Tantum ego in excellente oratore, & eodem viro bono pono eſſe ornamenti univerſæ civitati. de Orat.l.2.p.369.
Habet in animo templum ſic ornare, ut ejus dignitas, imperijq́ noſtri nomen deſiderat. in Verr. p.444.
Tabulis interiores templi parietes veſtire. in Verr.p.471.
Hujus oratio omnibus ornamentis abundat. Corn.p. 131.
Maximis ornamentis populum iſtum Cæſar affecit. Corn.145.
Ipſa urbs Britannorum fuit fortiſſima, & ornatiſſima. Prov. 158.
In quem cùm Dij tùm homines omnia ornamenta congeſſerunt. Dejot. p.310.
His ornamentis decorari debet. Phorm.p.464.
Ornamentis redundare. Ep.ad fam.l.3.p.81.
Tuos adverſarios familiares honori noſtro fore. Ep.Att. p.8.
Omnibus à me pictum, politum artis coloribus, ſubitò deformatum vidi. Ep.Att.l.2.p.73.
A formâ removeatur omnis errorum dignus ornatus. 1. Offic.pagina 52.

Ornanda

Ornanda eſt dignitas domo, non domo dignitas quærenda eſt, nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Offic. libro 1. pag. 55.

Italiam ornare quàm ſuam domum maluit. Offic. libro ſecundo pagina 96.

Oſculandi. Amplexandi. Baſiorum. Suavij. *Vide ſupra* Amoris. Conjugii.

Küſſen/ Hertzen/ Umbfangen/ Liebeln/ Schmatzen.

MANVM prehendi, & oſculum detuli. Amph. 2. 2. v. 84.

Fac proſerpentem beſtiam me, duplicem ut habeam linguã. Aſin. 3. 3. v. 105 Vide Lexicon. Plaut.

Vt cuiquam in tuſſiendo linguam proſerat. Aſin. 4. 1. v. 50.

Bilinguij ſe manifeſtò prehendunt. Pſeud. 5. 1. v. 15.

Tu labellum abſtergeas potiùs, quàm cuiquam ſavium faciat palam. Aſin. 4. 1. v. 53.

Quid modi amplexandi facies? Aſin. 5. 2. v. 33.

Da ſavium. Ibidem.

Vt oſculatur ſenex, capuli decus! O Animam ſuaviorem aliquantò, quàm uxoris meæ! Aſin. 5. 2. v. 43. 44.

Da ſuavium priuſquàm abis. Aſin. 5. 2. v. 91.

Bibere malim nautcam, quàm illam oſcularier. Aſin. 5. 2. v. 46.

Quàm lætis aula tibi ſenex complector ulnis, & te dulci capio oſculo! Aul. ſc. Grave eſt. v. 24.

Expleri nequeo mille vel complexibus. ibidem.

Qui vult cubare, pandit ſaltum ſavijs. Curc. 1. 1. v. 54.

Quæ illi occaſio eſt, ſurripere ſe ad me, ubi ſuavium oppegit, fugit. Curc. 1. 1. v. 58.

Quin das ſuavium. Curc. 1. 1. v. 52.

Tene etiam, priuſquàm hinc abeo, ſavium. Curc. 1. 3. v. 54.

Ne ego dem vivus hodie ſavium Silenio. Ciſt. 2. 1. v. 46.

Quis iſtac eſt, quam tu oſculum mihi ferre jubes. Epid. 4. 2. v. 4.

Egone oſculum huic dem? Epid. 4. 2. v. 5.

Facere ſuavium volo. Men. 4. 3. v. 3.

Neuter

Digitized by Google

Neuter ſtupri causâ caput limaret. Merc. 3. 1. v. 40.
Vbi labra ad labella adjungit. Pſeud. 5. 1. v. 14.
Teneris labellis molles morſiunculæ. Pſeud. 1. 1. v. 65 Sic Catullus. *Cui labella mordebis?* Horat. *Sive puer furens impreſſit memorem dente labris notam.* Apul. l. 3. Milet. *Illi purpurea delibantes oſcula, clemente morſu roſea labella vellicant.*
Qui hanc ames: at vide ſis cum illâc nunquam limavi caput. Pœn. 1. 2. v. 79.
Da mihi pro offâ ſavium, pro oſſe linguam. Pœn. 5 4. v. 65.
Salve, ut te complector libens! Rud. 4. 8. v. 13.
Etiamne adveniens complectar ejus patrem? Rud. 4. 8. 13.
Ferre adverſum homini occupemus oſculum. Stich. 1. 2. v. 31.
Salſura animi mei evenit. Stich. 1 2. v. 35.
Proſtibile eſt, ſtantem ſtanti ſuavium dare amicum amicæ, ſic ſuis datur. Stich. 5. 5. v. 23. 25.
Vnus aliquis eorum oſculum amicæ uſque oggerit. Truc. 1. 2. verſ. 8.
Cui non des amicæ ſuavium? Truc. 2. 4. v 5.
Extemplò ſaviis ſagittatis percuſſus eſt. Trin. 2. 1. v. 16. Aliàs dicuntur, cum armis illis, geſtare ſola per legem Corneliam licet, res geritur. Contra *Inermia oſcula,* cùm in unum vota non conjiciuntur, ut loquitur Petronius. Propert. l. 1. Eleg. 3. *Oſculaq; admotâ ſumere inerma manu.*
Vin' te amplectar, & ſavium dem? Truc. 5. 1. v. 52.
Mitto jam oſculari, atq; amplexari. Heaut. 5. 1. v. 27.
Orabant nil aliud, niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi ut liceret. in Verr. p. 536.

Oſtentationis. Gloriandi. Jactandi. Inſolentiæ.
Vide etiam Superbiæ.

Rühmen/ Stoltziren/ Pracht-Hans.

REPERI, *non quod pueri clamitant, in fabâ ſe reperiſſe.* Aul. 5. 5. v. 10.
Hominem inſigniter glorioſum appellare ſolemus *Militem Pyrgopolinicen Plautinum,* & *Thraſonem Terentianum.*
Rem tibi authorem dabo. Trin. 1. 2. v. 70.

Opera

Digitized by Google

Operæ ubi mihi erit, ad te veniam. Truc. 4. 4. v.
Se magnificè jactat atq; oſtentat. Her. l. 4. p. 97.
Nominibus veterum gloriabantur. Orat. ad Br
Putamus eum in hoc crimine cerviculam jactat
ad coronam daturum. Verr. p. 328.
Doctiſſimi hominis nomen, tuis immanis & bar
tendis. Vat. p. 79.
Non mihi videor inſolenter gloriari. Ep. Att. l. 1.
Qui intrà ſolitus eſt jactare ſe magnificentiſſimè,
more populi ſummo cunctis faventibus. Epiſt
pagina 73.
Cæteris præ ſe fert, & oſtentat. Epiſt. Att. l. 2. p.

Otij. Vacandi. *Vide etiam* Feri

Müſſig gehen/ Ohnmüß/ A

V*OS me reddidiſtis otioſum.* Truc. 1. 2. v. 35.
Tranſdere aliquem in otium. Phor. Prol. v.
Otioſum ab animo eſſe. Phor. 2. 2. v. 16.
Vix ſatis otium ſtudio ſuppeditare poſſumus. Ad H
Cum ſe de turbâ & à ſubſellijs in otium contuleri
388.
In diem vivere. de Orat. l. 2. p. 392.
Si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. E
Quare ſi tibi eſt commodum, ede illa, quæ cœpera
Nullum tempus illi unquam vacabat. Brut. p. 6
Si modò tibi eſt otium, & ſi vis. De partit. p. 727
Ne quam ego horam de meis legitimis horis remit
164.
Tempus ſolutum ac liberum habere. in Verr. p. 1
Vacatio data eſt ab iſto, ſumtûs, laboris, rerum d
Verr. p. 427.
Vt aliquando in otio eſſe poſſit. Contra Rull. p. 15
Amplexari otium. pro Mur. p. 258.
Otium te delectat. Pro Flacc. p. 293.
Cui fuerit ne otium quidem unquam otioſum. pr
gina 522.

Digitized by Google

Otium nobis exoptandum eſt. Ep. ad fam. l. 1. p. 19.

Sed hæc pluribus multaq; alia, & de te, & à te cùm primùm ero aliquid otij nactus. Ep. fam. l. 2. p 45.

Gaudebam ſanè, & congelaſſe amicum noſtrum ocio, lætabar. Ep. fam. l. 2. p. 50.

Pluribus verbis ad te ſcribam, cùm plus otij nactus ero. Ep. fam. l. 3. p. 69.

Privari otio. Ep. fam. l. 4. p. 99.

Otio perfrui. Ep. fam. l. 7. p. 214.

Ego nactus in navigatione noſtrâ puſillum laxamenti, concinnavi tibi munuſculum ex inſtituto meo. Ep. fam. l. 11. p. 371.

Eo tempore me conſolabar, quòd in ſummum otium ire arbitrabar. Ep. fam. l. 12. p. 373.

Cùm in otium venerimus. Ep. Att. l. 1. p. 12.

Si mihi tantum eſſet otij, quantum eſt tibi. Ep. Att. l. 1. p. 37.

Cùm Quintus noſter in otio conſederit. Ep. Att. l. 12. p. 398.

Nauſeolam tibi tum cauſam otij dediſſe, facilè patiebar. Ep. Att. l. 14. p. 440.

Valdè me ad otium pacemq; converto. Ep. Qu. Frat l. 1. p. 639.

Non multi imperatori ſub ipſis pellibus otij relinquitur. Academic. Quæſt. l. 2. p. 50.

Quis reprehendet noſtrum otium? Acad. Quæſt. l p. 6.

Qui otium perturbaret. Acad. Quæſt. l. 2. p. 11.

Nam cùm otio delangueremus. de Nat. Deor. p. 6.

Otij delectationem honeſtiſſimam judico. Academic. Quæſt. l. 1. pag. 51.

Si vacas animo, neq; habes aliquid, quod huic ſermoni prævertendū putes. de divin. l. 1. p. 59.

Vacui negotijs, honeſtè, ac liberaliter poſſumus vivere. de fin. l. 4. p. 217.

Ceſſationem quampiam liberam, atq; otioſam poſtulare. de leg. l. 1. p. 296.

Quod ſuſtinere eum vel ſumma ſenectus poſſe videatur, nullam tibi vacationem à cauſis video dari. de leg. l. 1. p. 297.

Vides me abundare otio. Quæſt. Tuſc. l. 2. p. 357.

Ad otium perfugerunt. 1. off. p. 19.

Scribendi otium non erat. Off. l. 2. p. 65.

Otium ſibi ſumebat aliquando. Off. l. 3. p. 110.

Pacis.

Digitized by Google

P

Pacis. Fœderis. Concorc

Fried/Einigkeit/Verbündnuß/Verei
kommen/Ein Bund machen/
brechen.

PACEM facio, fœdus feci. Amph.1.1.v.2
Iam pax eſt inter vos quæſo duos? Amph.3.
Iam vos rediſtis in concordiam? Amph.3.3.v.
Facta pax eſt. Amph.3.3.v.10.
A patre ejus conciliarem pacem Moſt.5.2.v.6.
Pacem componi volo. Merc.5.2.v.112.
Adire ad pactionem cum aliquo. Aul.2.2.v.25.
Vult mecum adire ad pactionem. Aul.2.2.v.15.
Memineris conveniſſe. Aul.2.1.v.80.
Pactum non pactum eſt, non pactum pactum eſt.
Alcumenam Iuppiter rediget antiquam in conc
verſ. 13.
Facere amantes unà inter ſe convenas. Mil.2.
Ego tu ſum, tu es ego, uni animi ſumus. Stich.5.4
Hoc beneficio utrique verò devincimini. Heau
Exeo ego, ut pacem conciliem. Heaut.5.5.v.2.
Pluſculos primùm dies benè conveniebat tunc im
verſ.103.
Concordare cum aliquo. Phor.2.3.v.86.
In hoc templo, quantum in me fuit, jeci fundam
pag. 123.
Ne ſpe præſentis pacis perpetuam pacem amittati
444.
Ergò & illi nunc, & eorum exercitus in pace v
447.
Cum quo feciſtis pacem. Phil.12 p. 498.
Per me pax deſtinetur. Phil.12 p.506.

Digitized by Google

Pacem cum Syllâ fecit. Phil.13.p.508.
Lepidus vult pacem efficere. Phil.13.p.510.
Pacem potiamur. ibid.
Nunquam tecum pacem huic civitati futuram putavi. Phil.13.p. 514.
Primùm cœpi ſuadere pacem. Ep. ad Fam.l.7.p.187.
Petere pacem. Ep.ad Fam.l.10.p.180.
Temperantia pacem animis affert. de Fin.l.1. p.115.
Paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum, ſemper eſt conſulendum. 1. Off.p.16.
Bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud, niſi pax quæſita eſſe videatur. 1.Off.p.17.
Pacem cum hominibus fecerunt. Off.l.3.p.142.
Res convenire nullo modo poterat. pro Quint.p.7.
Concordiâ conjunctiſſimus eſt. pro A.Cluent.p.69.
In ædem Concordiæ ducere aliquem in Catil.p.201.
Tranſigant inter ſe ipſi, ut lubet. Hec.3.5.v.61.
Facere pactionem. pro Sext.Roſc p.101.
Hominem in publico tenuit, in foro cuſtodijs retentum, atq; ſervatum, neq; antè dimiſſum, quàm ad conditiones ejus depactus eſt. in Verr. p.310.
Placet cauſam juris & æquitatis, & non noſtræ profeſſionis conſtituere in verbo. Prov. p. 618.
Rem tranſigere cum aliquo. pro A. Clu.p.19.
Depactus eſt cum ijs, ut arma, & impedimenta relinqueret. de Inv.l.2.p.216.
Frangere fœdus. pro dom.p.427.
Fœdera ferire. pro dom.p.452.
Fœdus fecerunt cum tribuno plebis palàm. pro Seſt.13.
Id autem fœdus meo ſanguine ictum ſanciri poteſt. ibid.
Feciſtine fœdus cum civibus? Vat.p.85.
Tu amorum turpiſſimorum fœdera feriebas. pro Cœl. 104.
An conſtantiâ præditus fœdera ſciens negligere, violare, & rumpere audet? pro Corn.p.150.
Quâ cum civilitate propè ſingulare fœdus Pyrrhi temporibus ictum putabatur. pro Corn.p.148.
Sanctiones ſine ullâ injuriâ factas reſcidit. Prov.160.
Fœdus, quod meo ſanguine in pactione provinciarum jeceras, frangere voluiſti. Pis.189.

Vos fœdere, & pactione obſtricti tenebamini. Piſ.190.
Dolobella ſe tantis obſtrinxit parricidijs. Phil.11.483.
Qui fœdus feriri in Capitolio viderat. Rab.267.
Rectum religioſumq́; fœdus cum his fecimus. Phil.13.308.
Fœdus quoddam inter ſe facere. de fin.l.2.163.
Parùm ſe fœdus violaturum arbitratus. pro Seſt.9.
Pacis, concordia, compoſitionis autor eſſe non deſtiti. Phil.2 347.
Cinna concordiam cum Octavio confirmare voluit. Phil. 13. 508.
Tueor illam à me conglutinatam concordiam. Epiſtol. Attic. lib.1. 249.
Pacem inter ſeſe conciliant, conferunt concordiam. Ad Her.l. 2.43. & de Inv.l.1.188.
Nihil tam populare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. Cont. Rul.99.
Pacem maritimam ſummâ virtute, atq; incredibili celeritate confecit. pro L. Flac.174.
Pax & concordia extraneis gignetur. Orat. ante exil.36.
Ideóne pacem Pyrrhi diremi? pro Cœl.104.
Macedonia vix ſe poteſt diuturnâ pace recreare. Prov. 158.
Omnia alia nobis vacua ſunt ab omni periculo, & ab omni ſuſpicione belli. Prov.168.
Pace utuntur. Prov.187.
Semper dolui non modò pacem, ſed orationem etiam, civium pacem flagitantium repudiari. pro Marc.286.
Mea conſilia ſemper pacis, & togæ ſocia, non belli, atq; armorum fuerunt. Ibidem.

Pacti. *Vide* Conventionis. Syngraphæ. Emendi.

Pariendi. Gignendi. Fœtûs. Imprægnandi. *Vide etiam* Nativitatis.

Geburt.

Geburt.

ENiti geminos. Amph.arg.1.v.9.
Fœtum efficere. Amph.Prol.v.2.
Faciam uno fœtu, & quod gravida eſt viro & me, quod gravida eſt, pariat ſine doloribus. Amph.3.1.v.18.
Vno partu duos peperit ſimul. Amph.5.2.v.8.
Noſtro eſt ſuſceptus ſemine. Amph.5.2.v.9.
Propinqua partitudo ei appetit. Aul.1.1.v.37.
Partitudo propè abeſt, ut fiat palàm. Aul.2.3.v.9.
Quæ meò compreſſu peperit filiam, quam domi nunc habeo. Epid.4.1.v.15.
Vno prognatæ tempore iiſdem parentibus. Bacch.Prol.59.
Si eam prægnantem fortitudo fecerit. Aul.2.1.v.4.
Quam gravidam reliqui meo compreſſu. Truc.2.6.17.
Hac ſe à Pamphilo gravidam dixit eſſe. Andr.3.2.33.
Dij date facultatem obſecro huic pariundi. And.1.4.5.
Neque quod partus propè inſtat. Adel.3.2.9.
Partum ſibi ipſa medicamentis abigere. pro Clu.16.
In terrâ partum edere. De nat.Deor.l.2.101.
Quietum ad pariendum locum requirere. De Nat. Deorum. l.2.102.
Id quod omnibus impendet, unus pro omnibus ſuſcepi, & egi. Seſt.24.
Multiplices procreare fœtus. De nat. Deor.l. 2.101.
Matronarum partus tueri. De Nat. Deorum. libro tertio, 334.
Hoc Herculi Iovis ſatu edito potuit fortaſſè contingere. 1. Officiorum 47.
Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum. 1. Officiorum 51.
Filiolo me auctum ſcito ſalvâ Terentiâ. Ad Attic. lib. 1. pagina 7.
Tullia mea peperit puerum ἑπταμηνιαῖον, quòd ἐυτόκησεν gaudebam, quod quidem eſt natum, perimbecillum eſt. ad Attic. lib. 10. pag. 338.

Parſimoniæ. Frugalitatis. *Vide etiam Titulo* **Avaritiæ.** pag. 201.

Sparſam/ Karg.

SINE *me alliatum fungi fortunas meas*: hoc eſt, *parcè & frugaliter vivere.* Moſt. 1. 1. v. 45. *Alliatum* eſt moretum, cui allium eſt annexum. Vide Terent. Phorm. 2. 2. *Tute hoc intriſti, tibi eſt exedundum.* Vide ibi Donat.

Mihi quidvis ſatis eſt. Mil. 3. 1. v. 154. *Cum modo obſona, nec magno ſumtu.* Turpilius: *Profectò, ut quisq; minimo contentus fuit: ita fortunatam vitam vixit maximè: uti Philoſophi ajunt iſti, quis quidvis ſat eſt.* Lucill. *Cùm tectum eſt, quidvis ſatis eſt.*

Quamvis res noſtræ ſunt paupercula, modicè & modeſtè meliùs eſt vitam vivere. Nam ſi ad paupertatem admigrant infamiæ, gravior paupertas fit, fides ſubleſtior. Perſ. 3. 1. v. 17.

Participandi, Communicandi.

Mittheilen.

P*Articipem pariter ego te, & tu me facias.* Aul. 2. 1. 13. *Fac nos participes tuæ ſapientiæ.* Epid. 2. 2. v. 82.

Ne expers eſſet partis de noſtris bonis. Heaut. 4. 1. 39.

Exorabo te, ut mihi quoq; & Catulo tuæ ſuavitatis aliquid impertias. De Orat. l. 1. 45.

Cui cùm omnia unà communicem. Ep. Att. l. 1. 54.

Cum iјs communices quantopere. Ep. Att. l. 12. 383.

Patien-

Patiendi. Perferendi. *Vide* Ægritudinis. Damni. Indignandi.

Leyden/ Dulden/ Außſtehen/ Gedult.

Nimiò id quod pudet, faciliùs fertur, quàm illud quod piget. Pſeud. 1.3.46.

Facilè omnes perferre ac pati, cum quibus erat, cumq́ unà his ſe dedere, eorum obſequi ſtudijs, adverſus nemini. And. 1. 1. verſu 35.

Tu tuum malum æquo animo feres. And. 5. 4. v. 19.

Syre vix ſuffero. Heaut. 2. 4. v. 20.

Non tute incommodam rem, ut quæq́ eſt, in animum inducas pati? Hecyr. 5. 3 v. 27.

Multa ex quo fuerant commoda, ejus incommoda æquum eſt ferre. Hecyr. 5. 3. v. 27.

Æquo animo aliquid ferre. Phorm. 5. 9. v. 31. & Cic. pro Roſc. pag. 52.

In ijs rebus ſe vinci poſſe, æquo animo pati. De Orat. lib. 2. 3. 57.

Damna nulla tanta ſunt, quæ non viri fortes, magno & libero animo affecti ferenda arbitrentur. In Verr. 330.

Omnes acerbiſſimas impiorum pœnas tulerunt. Contra Rull. 140.

Omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatusq́ perferre. In Cat. 206.

Immanitas quibuſdam patientiæ radicibus nitebatur. pro Cœl. 95.

Humaniter feremus. Ep. Att. 8.

Te moleſtè ferre certò ſcio. Ep. Att. l. 1. 17.

Inter nos noſtra ſive incommoda, ſive vitia, ſive injurias eſſe tolerandas. Ep. Att. l. 1. 32.

Qui illud valdè graviter tulerunt. Ep. Att. l. 1. 33.

Suum cuique incommodum ferendum eſt. 3. Officiorum 111.

Digitized by Google

Quem ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum. De Sen. 182.

Patrocinij. *Vide* Defendendi.
Paupertatis. *Vide* Egeſtatis.
Pecuniæ. *Vide* Bonorum.
Peregrinandi. *Vide* Eundi.

Pereundi. Interitûs. *Vide* Damni.

Vntergang / Verderben.

F*VNDITVS peſſum dare aliquid.* Trinum. 1. 2. 128.
Bis periit amator: ab re, atq; animo ſimul. Truc. 1. 1. 26.
Peſſum it pecunia. Truc. 1. 1. v. 61.
Actum eſt: ilicet: periiſti. Eun. 1. 1. v. 9.
Prudens, ſciens, vivus videnſq; pereo. Eun. 1. 1. v. 27.
Mihi illac ad raſtros res redit. Heaut. 5. 1. v. 58.
Nullus ſum. Phor. 5. 8. v. 49.
Sepultus ſum. Phorm. 5. 8. v. 50.
Non per homines egeſtate & ſcelere perditos. Seſt. 3.
Nos veſtrâ religione, veſtrâ autoritate, veſtris ſententijs ſe oppreſſuros arbitrabantur. Seſt. 3.
Si hic occidiſſet, & hæc civitas & omnes gentes concidiſſent. Phil. 280.
Ne & opera & oleum Philologiæ perierit. Ep. Att. 321.
Cogita ne te tuoſq; funditus evertas. Epiſtol. Attic. libro 10. 321.
Atq; hæc quidem tua laus pariter cum republicâ cecidit. 2. Officiorum 82.

Perſi-

Perfidiæ. *Vide etiam* Credendi. Fidei.

Trewloß/Mißtrawen/Untrew.

M*Vliebri feciſti fide*. Mil. 7. 5. v. 46.
Pœno nullus eſt Punior. Pœn. Prol. v. 113. & 5. 2. v. 3. Inde *perfidia plus quàm Punica*.
Perfidia ejus derogatur. pro Quint. 27.
Saturavi perfidiam & ſcelus proditorum. pro dom. 418.
Si quis eſt, qui neminem bonâ fide in gratiam putet redire poſſe, non noſtram is perfidiam coarguit, ſed indicat ſuam. Epiſtol. ad fam. l. 3, 75.
Non eſt credibile, quæ ſit perfidia in iſtis principibus. Epiſt. Att. l. 4. 316.

Periculi. *Vide* Diſcriminis. Vaſtandi.

Pergendi. Perſeverandi.

Fortfahren/Beharren.

P*Ergitisnè pergere*? Pſeud. 5. 1. v. 4. Sic dicitur quoque: *Pergere ludos, pergere iter, pergere culpam, librum*, pro: *in itinere, in libro perficiendo, in culpâ pergere*. Pœn. 1. 3. v. 24. Vide I. Cæſ. Scal. in de cauſ. L. L. lib 5. cap. 123.

Perſequendi. Perſecutionis. *Vide* Exilii.

Verfolgen.

Digitized by Google

HASTIS *inſectatus eſt domi patrem.* Capt. 3. 4. verſu 17.

Perſonæ. *Vide* Fabularum.

Ein Perſon an ſich nemen.

NON *negat perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum.* Eun. Prol. v. 32.

Perſonam capere, deponere. pro Quint. 15.

Nobis perſonam impoſuit ipſa natura. 1. Off. 39.

Intelligendum eſt duabus quaſi nos à natura indutos eſſe perſonis. 1. Off. 43.

Ipſi quam perſonam gerere velimus, à noſtrâ voluntate proficiſcitur. 1. Off. 46.

Perſuadendi. *Vide* Alliciendi.

Petendi. Poſtulandi.

Begeren/Fordern/Heiſchen.

NON *eſt veriſimile, hominem pauperem pauxillum parvi facere, quin nummum petat.* Aul. 1. 2. v. 38.

Ire petitum gratiam. Aul. 2. 2. v. 69.

Affinitatem hanc obſtinavit gratiâ. Aul. 2. 2. v. 89.

Aut adveniet miles, qui de amittendâ Bacchide aurum hic exigit. Bacch. 2. 2. v. 45.

Poſſum à te exigere argentum. Perſ. 3. 3. v. 18.

Petere aliquid in beneficij loco ac gratia. in Verr. 394.

Summâ cupiditate hæc expetuntur. in Verr. 465.

Rogationem flagitare. pro Cluent 62.

Petitionem graviſſimis ſententijs oppugnare. Ep. ad fam. 29.

In que

In quo uno maximè ambitio noſtra nititur. Ep. Att. 7.
Omnes enim expetimus utilitatem. 3. Off. 139.

Pignoris.

Pfandt/Underpfandt/Treuwſchatz/Verpfenden.

MVtuum acceptum inde dicit pignus emtis ædibus, requirit quæ ſunt. Moſt. Arg. v. 9.
Quas illi arra bons debet. Moſt. 4. 3. v. 21.
Arrabo in has dedit quadringenta minas. Moſt. 3. 1. v. 110.
Num illa oppignerare filiam meam me invito potuit? Heaut. 4. 5. v. 46.
Illud admiror, te nobis in eo genere tribuiſſe tantum, & non huius rei quoq; palmam. de Orat. l. 2 p. 411.
Docto oratori palma danda eſt. de Orat. l. 2. p. 494.
Huic primas dediſſe Demoſthenes dicitur. de Orat. l. 3. p. 615.

Cum

Cùm palmam iam primus acceperit. Brut. 565.

Eos ferro ſtatim vincit. ad Her. l. 4. p. 94.

Cùm Thebani Lacedæmonios bello ſuperaviſſent. de Finib. lib. 4. p. 225.

Ligurum caſtella expugnarunt. Brut. 595.

Partem terrarum ſubegit. pro Sex. Roſc. p. 72.

Magnas copias hoſtium fudit, urbes partim vi, partim obſidione cepit. in L. Mur. p. 217.

Non maximâ manu innumerabiles copias fundere. pro Arch. p. 353.

Qui deprehenſis atq; vi oppreſſis domeſticis hoſtibus ex maximis periculis extraxerunt. Sest. 7.

Omnes urbem nondum exciſam, & everſam, ſed iam captam atq; oppreſſam vidimus. Sest. 18.

Vi armisq; ſuperaſſem. Sest. 20.

Antiochus ille magnus magnâ belli contentione terrâ mariq; ſuperatus eſt. Sest. 20.

Victoria eſt conſtituta, ab armisq; receſſimus. pro Sext. Roſc. pag. 42.

Palmas ſuas cognoſcere. Sext Roſc. p. 65.

Apud eos monumenta victoriæ plurima collocat. in Verr. pag. 224.

Ab imperatoribus ſubacti, modò bello domiti, triumphis ac monumentis notati. pro Font. p. 569.

Qui tot habet triumphos, tot victorias bellicas. Corn. pag. 128.

Hæc urbs iamdiu nullis victoriis & triumphis eſt parata. Provin. p. 157.

Ipſam victoriam viciſſe videres, cùm ea, quæ illa adepta erat, victis remiſiſti. Marc. 185.

Omnes omnium gentium partes tribus triumphis devicit. Piſ. p. 190.

His oppilatis tuum imperium compreſſit. Phil. 2. 346.

Influentes in Italiam Gallorum maximas copias repreſſit. Provinc. 169.

Caſtris locum capere, urbes expugnare, aciem hoſtium profligare. Rab. 279.

Domuiſti gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, & viciſti ea, quæ naturam & conditionem ut vinci poſſent, non habebant. Marc. 184.

Omnes

Omnes vincendi ſtudio tenebamur Ligar.302.

Parthorum nobiliſſimos duces maximasq; copias fudit. Philip. 11. 492.

Sunt vi potius ſuperiores, quàm iuſtitiâ pares. 1.Off. p.27.

Cùm is eſſet, qui omnes ſuperiores ſcientiâ facile viciſſet. Off. lib. 2. p.91.

Brevi tempore, aut vivum, aut mortuum Iugurtham ſe in poteſtatem Pop. Rom. redacturum. Off l.3 p.130.

Quibus illius acerbum cor contundam, & comprimam. de Nat. Deor. l.?. p.143.

Plagam potius accipiam, quàm fato omnia fieri comprobem. de Fato p.281.

Plagas perferre Qu. Tuſc l.2 p.383.

Plagas accipere malunt, quàm turpiter vitare. ibid.

Excipere aliquem graviſſimis plagis: illas ſilentio ferre. Qu. Tuſc. l.2.p.366.

Quid ego nunc dicam petere eum tecum conſulatum, qui hominem chariſſimum pop. Rom. M. Marium inſpectante pop. Rom. virgis per totam civitatem ceciderit. de Pet. Conſ. p.989.

Verberibus aliquem caſtigare. Qu. Tuſc l.1 p.404.

Si plagâ percuſſi, afflictos ſe & ſtratos eſſe fatentur. Qu. Tuſc. l. 3. p. 407.

At ſi magiſtratui manus inferant. Paradox.5.p.219.

Pharſalica pugna ne triumphum quidem egit. Phil. 14. 540.

Illud plane moleſtè tuli, quòd certiſſimum triumphum invidorum conſilio eſſe ereptum videbam. Ep. ad Fam. l.1, p.29.

Lugere victoriam. Ep. ad Fam. l.4.p.100.

Imponere victoribus coronam. Ep. ad Fam. l.5 p.184.

Togati potius potentiam, quàm victoriam ſperarent. Ep. ad Fam. 6.p.151.

Interpoſitis animos aliis induxit, ut victoriam ſperarent. Ep. ad Fam. l.15.p.482.

Et victoria excideret è manibus. Ep. Brut. p.546.

Victoriam populi Vacieno potiùs homini ruſtico, quàm M. Catoni, qui tum erat princeps, nunciaviſſe. de Nat. l.3.p.221.

Senatus cùm triumphum decerneret Africano. de Finib. lib. 4. p.222.

Neq; Craſſum ut nomen potius, quàm iſthinc victoriam petat. de Fat. p. 276.

Partâ victoriâ conſervandi ſunt ij, qui non crudeles in bello nec immanes

Digitized by Google

immanes fuerunt. 1. Offic. pag. 16.

Sine quâ nunquam imperatores ex tranſalpinis bellis triumpharunt. Off. l. 2. p. 75.

Videndi. Oculorum. Cernendi. Inſpiciendi. Circumſpiciendi. Contemplandi.

Sehen/Anſehen/Schawen/Anſchauwen/Mit Augen ſehen/Vmbſich ſehen/Augen außſtecken/Aufſehen/Ein Augengeplerr/Vor augen ſtellen.

INimicos ſemper oſa ſum obtuerier. Amph. 3. 2. v. 19.

Ad eorum, ne quem illa oculos adÿciat ſuos. Aſinar. 4. 2. v. 24.

In oculos invadi eſt optimum. Aſin. 5. 2. v. 59.

Circumſpectatrix cum oculis emiſſitÿs. Aul. 1. 1. v. 2. *Circumſpectare cum oculis emiſſitÿs* de iis dicitur, qui omnia curioſè obſervant. Alles außgaffen. *Circumſpectu emiſſitÿ ocelli, immò luminis puncta vertiginant.* Apul. lib. 2. Aſin. *Cuncta curioſis oculis arbitrabar.* Petronius: *Quartilla per rimam applicuerat oculum curioſum.*

Quæ in occipitio quoq; habet oculos peſſima. Aulular. 1. 1. verſu 25.

Oculos effodere. Aul. 2. 2. v. 12.

Viden' quàm inimico vultu intuetur? Capt. 3. 4. v. 5.

Lucis das tuendæ copiam. Capt. 5. 4. v. 11.

Viden' limulis obſecro, ut intuentur! Bacch. 5. 2. v. 12. & Mil. 4. 6. v. 2. *Limis oculis videre* eſt *obliquis, & tranſverſis videre:* quod eſt Amatorum laſcivorum. Eun. 3. 5. *Limulis adſpicere.* Vide Phil. Plaut. *Amatorum.*

Vt ubi uſus veniat contra conſerta manus oculorum perſtringat aciem in acie hoſtibus. Mil. 1. 2. v. 4.

Nunc facetis doctis dolis glaucomam ob oculos obÿciemus, eumq; ita faciemus, ut quod viderit, non viderit: wir wollen wir jhm ein geplerr für die augen machen. Mil. 2. 1. verſ. 69. 70. & 71.

Nunc

Nunc demùm experior priùs ob oculos mihi caliginem obſtitiſſe. Mil. 2.4.v.51.

Sterilis hinc proſpectus uſq; ad ultimam plateam eſt probè. Mil. 3. 1. v. 14.

Aſpicito limis oculis, ne ille ſenex videre ſentiat. Mil. 4.6.v. 2.

Naſo pol iam hac quidem videt plus, quàm oculis. Mil. 4. 6. verſu 44.

Belluam iſtam pellicem non patiuntur oculi mei. Merc. ſc. Syranon. v.4.

Oculorum perſtringit aciem. Merc ſc. Syra non. v.8.

Hunc oculis ſuis nunquam quicquam vidit. Eun. 4.4.v.10.

Hiſce oculis egomet vidi. Aul.3.2 v.30.

Certè oculis uteris Epid.1.1.v.4.

Emittit oculos, circumfert ſe, obſtipat verticem. Merc.4. 6.v.2.

Cave iam nunc oculos à meis oculis quoquam dimoveas tuos. Adelph.2.1.v.16.

Ad te oculos, animumq; retuli. pro Qu.p.16.

Templum in oculis quotidiano aſpectu populi eſt poſitum. in Verr p. 711.

Oculos de aliquo nunquam deijcere. in Verr.p.427.

Omnium oculos in me coniectos arbitror in Verr.p.501.

Vno aſpectu eos intueri poteſtis. Seſt.p.311.

Quorum in vultu habitant oculi mei. Phil.12.p.496.

Aſpectu aliquid ſentire. 1. Off.p.8.

In hanc oculi omnium conijciuntur. 2. Off p.81.

In nobis animadvertere ſoleo, & in me ipſo ſæpiſſimè experior. de Orat.l.1.p.300.

Hæc ſub oculos non cadunt. Orat. ad Brut.p.625.

Oculos in aliquem conijcere. pro A.Cl.p 25.

Curioſis oculis perſpici non poteſt Seſt.p.12.

Non mihi mors, non exilium, ob oculos verſatur. Seſt.p.24.

Omnia ante oculos veſtros proponite. Corn.p. 155.

Nec abijciebam oculos à Rep. illo die. Phil.p 323.

Oculi picturâ tenentur, & aures cantibus. Acad. libr. 2. pag. 14.

Acrius videre, quàm ulli piſces. Acad. l.2.p.42.

Nec ſeſe dedit in conſpectum corde cupitus. de Divin. libr. 1. pag. 178.

Age, inferte oculos in curiam: introſpicite penitùs in omnes partes. pro Font.p.283.

Quicquid

Digitized by Google

Quicquid erat, quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumſit. de Vniv.p.371.

Homines hoc mundo, & pecudes, & omnia quæ ſub aſpectum cadunt, comprehenduntur. de Vniv.p.312.

Si neq; ſidera, neq; Sol, neq; cœlum ſub aſpectum oculorum cadere potuiſſent. de Vniv.p.386.

Sed eacùm contemplari cuperem de Orat.l.1.p.311.

Omnes oculos in Antonium coniecerunt. de Orat. libr. 2. pag. 352.

Totâ mente Craſſum, atq; omni animo intueretur. de Orat. lib. 2.p. 370.

Oculis ſe privaſſe dicitur de Fin.l.5.p.289.

Maximè perſpicit, quid in re quaq; veriſſimum ſit, & acutiſſimè poteſt & videre, & complicare rationem. 1. Off.p.9.

Vigilandi. Vigiliæ. *Vide etiam* Dormiendi.

Wachen.

Continuas has tres noctes vigilavi. Amph.1.1.v.158.

Rex Creo vigiles nocturnos ſemper locat. Amph.1.1. verſ. 194.

Pervigilat noctes totas. Aul.2.2. v.35.

Agitare vigilias. Truc.4.2.v.47.

Nullam partem noctis quieſcere pro Sex.Roſc.p. 71.

Noctu vigilias agere. in Verr.p.45.

Cupio iam meam, Brute, vigiliam tibi tradere. Ep.ad Fam. lib. 11.p. 341.

Suſcipere vigilias. de Fin.l.5.p.274.

Qui in hoſtium poteſtate vigilijs necatus eſt. de Fin. lib. 5. pag. 287.

Villæ. Prædij. Peculij. Pecudum. *Vide* Agrorum. Agriculturæ. Rei ruſticæ.

Bauwers werck / Ackerfeld.

Erat

Erat ei pecunia, res ampla, & ruſtica ſanè benè culta & fructuoſa. pro Qu. p. 4.

Virtutis. *Vide etiam* Laudis. Honoris. Gloriæ.

Tugent/Tugenthafft ſein.

Tu virtutem præfer divitiis. ad Her. l. 4. p. 90.

Alexander Macedo ſummo cum labore animum ad virtutem à pueritiâ confirmavit. ad Her. l. 4. p. 98.

Per orbem terrarum laude, & gloriâ vulgata ſunt. ad Herenn. l. 4. p. 98.

Oceanum Macedonum gloria transvolavit. ad Herenn. lib. 4. p. 98.

Homo indoctus quamvis ſit, ingenioſus ad virtutem non poteſt pervenire. ad Her. l. 4. p. 123.

Virtute & ſapientiâ maiores noſtri fuerunt. de Invent. lib. 1. pag. 176.

Hic cùm floreret omni genere virtutis. Brut. p. 628.

Habes virtutes, habes eloquentiam. in Verr. p. 376.

Multis virtutibus, ac beneficijs princeps fuit. in Verrem pag. 541.

Se virtute, non genere pop. Romano commendari putat, cùm ipſe ſui generis initium, ac nominis ab ſe gigni, & propagari vellet, maximis laboribus, usq; ad ſummam ſenectutem in gloriâ vixit, honores ampliſſimos adeptus eſt. in Verr. pag. 565.

Tantáne unius hominis incredibilis, ac divina virtus tam brevi tempore lucem adferre Reip. potuit? pro Lege Man. p. 641.

Non ſolùm bellandi virtus in ſummo imperatore quærenda, ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ comitesq; virtutis. pro Leg. Man. p. 642.

In eâ quaſi exempli causâ veſtigia antiqui officij remanent. pro S. Roſc. p. 46.

Memoriam quaſi intermortuam generis ſui virtute renovare. pro L. Mur. p. 225.

Nullum vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſciq; poſſet. in L. Mur. p. 226.

Virtutes literis proditæ ſunt. pro Arch. poet. p. 351.

Præditus virtute patriâ. Seſt p. 25.

Horum virtutem amplecterer. Phil. 10. p. 473.

Nihil eſt virtute amabilius, quàm qui adeptus erit, ubicunq; erit gentium, à nobis diligetur. de Natur. Deorum lib. 2. pag. 48.

Spoliavit enim virtutem ſuo decore, imbecillam reddidit, quòd negavit in eâ ſolâ poſitum eſſe beatè vivere. Acad. libr. 1. pag. 20.

In viris fortibus virtus virtute ſuperatur. Philip. lib. 14 pag. 538.

Zeno igitur nullo modo is erat, qui, ut Theopraſtus, nervos virtutis inciderit. Acad. Qu. l. 1. p. 90.

Cùm illi ea genera virtutum, ſeiungi poſſe arbitrarentur, hic nec id ullo modo fieri poſſe diſſerebat, nec virtutis uſum modò, ut ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, nec tamen virtutem cuiquam adeſſe, quin eâ uteretur. Acad. Qu. lib. 1. pag. 91.

Virtute quâdam eſſe præditum. de Natur. Deorum lib. 3. pag. 131.

Virtutis uſum cum vita perfectâ proſperitate coniungere. de Fin. l. 2 p. 135.

Virtutem rerum ſelectione expoliare. de Fin. l. 2. p. 145.

Virtutem ipſam, quam amplexabantur, ſuſtulerunt. de Fin. l. 2. p. 145.

Honeſtum ipſum quaſi virtutis lumen extinxeris. de Fin. lib. 3. p. 183.

Qui proceſſerit aliquantulùm ad virtutis aditum. de Fin. lib. 3. p. 199.

Omnium virtutum & originem, & progreſſionem perſecuti ſunt. de Fin. l. 4. p. 230.

Ex appetitione rerum virtutis pulchritudinem aſpicere. de Fin. l. 4. p. 228.

Ea virtutibus ijs, quibus à naturâ eſſemus ornati, obteri poſſe. de Fin. l. 4. p. 238.

Multum in virtute procedere. de Fin l. 4. p. 241.

Nihil ergò adiuvat procedere, & progredi in virtute, quo minus miſerrimus

miſerrimus ſit, antequam ad eam pervenerit. de Fin.l.4.pag. 241.

Corporis & animi virtutibus eſſe expletum. de Finib. libr. 5. p. 265.

Virtutis quaſi carmen efficitur. de Fin. l.5.p.269.

Virtutis compotem eſſe. de Fin.l.5.p. 285.

In virtutibus tanquam in Solis radios decurrere. de Fin. libr. 5. p.291.

Virtutis amplitudinem quaſi in alterâ libræ lance ponere. de Fin. l.5.p. 291.

Virtutem in perpetuum abÿcere. de Fin.l.5 p.292.

At in eâ quidem ſpernendâ, & repudiandâ virtus ut maximè cernitur. de Fin.l.1.p.313.

Virtutem cognoſcere & percipere. de Fin.l.1.p. 317.

Qui virtutis perfectæ perfunctô functus eſt munere. Tuſc. Qu. l. 1.p.341.

Ad vitam umbratilem, & delicatam cùm acceſſerunt Poetæ, omnis virtutis nervos elidunt. Tuſcul. Quæſt. libr. 2. pag. 357.

A virtute obruitur. Tuſc. Qu.l.2. p.378.

Virtutis vim continere. Tuſc. Qu.l.4 p.426.

Virtutem traducere. Qu. Tuſc.l.5.p.439.

Omnibus virtutibus inſtructum, & ornatum eſſe. Qu. Tuſc. lib. 5.p 461.

Dignitatem virtutis exaggerare, & ad cœlum efferre. Qu. Tuſc. l.5.p. 488.

Quod largitione interpoſitâ virtutis ac dignitatis oblivifci ſolet. de Pet. Conſ.p.4.

Dummodò plus in virtute teneamus, quàm ille teneat firmitatis, & roboris. ibid.

In hoc aliqua ſignificatio virtutis appareat. 1. Off. p. 20.

Quiſq; maximè his lenioribus virtutibus erit ornatus. ibid.

Illa virtutis bonum virum videntur potiùs attingere. ibid.

Vt quoq; maximè virtute, & ſapientiâ ſit munitus. de Amic. p. 95.

Qui tot præſidio virtutum munitus. Paradox.2. p.226.

Rrr 4 Vir

Vis. Violentiæ. Potentiæ. Roboris.

Gewalt anlegen/ Krafft/ Macht/ Stärcke.

VI venit illam à me ereptum. Eun. 4. 6. v. 14.
Ne vim facias ullam in illam Eun. 4. 7. v. 37.
Ne quam in illam vim fieri ſinat. Eun. 5. 5. v. 21.
Vim adferre alicui. pro S. Roſc. p. 47.
Vim alicui imponere. in Verr. p. 285.
Vim alicui afferre. pro Leg Man. p. 643.
Ne quis vim vi repulſam reprehenderet. Seſt. p 20.
Vim omnium, remediorum à magiſtratibus ſuperioribus proximis Reſpublica deſideravit. Seſt. p. 8
Vi vim præſertim oblatam ſæpius ut frangeret, & refutaret, hortabantur. Seſt. p. 45.
Vim volumus extingui. Seſt. 46.
Num conſuli vim attul rit. Vat. p. 78.
Huius vis in ſuſcipiendis, & ingerendis inimicitijs efferbuiſſe videtur. Cœl. p. 125.
Poſtquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ullâ vi à miſeris extorquere potuit. Prov. p. 158.
Vim huic afferebat. Mil. p. 226.
Nulla vis unquam in liberâ civitate ſuſcepta eſt inter cives. Mil. p. 227.
Africano domi quieſcenti nocturna vis illata eſt. In te potiſſimùm fractam & debilitatam vim contulit. Epiſt. ad Fam. lib. 1. p. 21.
Satis magnam habet vim. Acad lib 2. p. 26.
Qui quidem ipſi ſe nobis non offerunt: vim autem ſuam longè lateq; diffundunt de Nat. Deor. l. 1. p. 89.
Vt eum vis quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis videretur. ibidem.
Nihil à me aſperum in quenquam ſit. Epiſt. ad Att. libr. 1. pag. 40.
Per vim turpitudines alijs intuliſſe videntur. Phil. 14. p 535.
Valentiorem nactus adverſarium. Capt. Prol. v. 36.

Plus

Digitized by Google

Plus poteſt, qui plus valet. Truc 4.9.v.38.

Nihil moror diſcipulos eſſe mihi plenos iam ſanguinis. h. e. *robuſtos*, Bacch.1.1.v.45.

Quantum valet. Phor.5.8.v.94.

Vim verbi in aliud atq; cæteri accipiunt. de Orat. lib. 1 pag. 419.

A Paulo illum adoptaret, ſi corpore valuiſſet. Brut.p 54.

Quid tua vox, cùm ſeſe corroboravit, effectura eſſe videatur. Sext. pag.7.

Experietur conſentientis ſenatus nervos atq; vires. Philipp. 5. p. 419.

Quicquid habet virium, id in eorum libertatem defendendam contulit. Phil.10 p.470.

Tantum contendere in Rep. quantum probare tuis civibus poſſes: vim neq; patria, neq; parenti afferre oportere. Ep. ad Fam. l. 1. p.29.

Cùm autem paulùm firmitatis acceſſerit. de Fin. libr. 5. pag. 268.

Fannij ætati coniunctus Antipater paulò inflavit vehementiùs, habuitq; vires agreſtes ille quidem, atq; horridas. de legib. l. 1. p 295.

Quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quiddam exile, quam iſti omnes. ibid.

Nec vim ullam nanciſcatur, quamprimum impulſa moveatur. Tusc.Qu.p.316.

Nam ex eâ ipsâ copiâ coniectura fieri poterit, quantum ſit in ipſo campo virium ac facultatis habiturus. de petit. Conſ. pag. 397.

Si quidem in illo tantum fuit roboris. Off.l.1.p.495.

Quantum volet habebit ad faciendam fidem virium. 2. Offic. pag.77.

Neſcis quantas vires virtus habet. Parad.2.p.227.

Viſendi. Inviſendi.

Beſehen.

Digitized by Google

I*Ntervisam domum*.Aul.2.2.v.25.
Non eſt, quod viſam domum.ibid.v.26.
Interea tamen huc ad me interviſam domum. Mercat. 3.2.v. 11.
Vide etiam Lex. Plaut.

Vitandi. *Vide* Fugiendi.

Meiden/Entfliehen.

H*Anc maculam nos decet effugere.* Adelph. 5.8.v. 13.
Declinare ea, quæ nocitura videntur 1. Off. p. 26.

Vitæ. Vivendi. Suſtentandi. *Vide etiam ſupra Tit.* Ætatis & Solitudinis.

Leben/Wandell/Vnterhaltung/Alter/Nahrung/ Einſam leben.

S*Atis habes, qui benè vitam colas*. Aul. 2. 2.v. 20.
Neq; malis neq; improbis factis eſt prognatus. Aulular. 2. 2. v.36.
Simul enicato ſuſpiritûs, vix ſuffero herculè anhelitum. Merc. 1. 2. verſ.4.
Certè edepol te civem ſine malitiâ omni ſemper ſum arbitratus. ibi. v. 38.
Meus ſcrupoſam victus commeat viam. Capt. 1.2.v. 76.
Et ſi p rvivo ad ſummam ætatem. Capt. 3.5.v. 85.
Quicum unà à puero ætatem exegeram. Capt. 3.5.v. 61.
Æternum dapinabo tibi victum. Capt. 4.2.v.117.
Mihi rem ſummam credidit cibariam. Capt. 4.3.v.1.
Degere ætatem. Caſ. 2.4.v.12.
Dies, atq; noctes cum rabioſâ fœminâ ætatem exigis. Caſ. 2. 5. verſ.12.
Ego illum unum mihi exoptavi, quicum ætatem degerem. Ciſt. 1. v. 79.

Vitam

Vitam ut vixiſſent olim in adoleſcentiâ. Epid. 3.3.v.5.

Vivere pancraticè, & Athleticè. Bacch. 2.3.v.44.

Muſicè hercule agitis ætatem, ita ut vos decet, vino & victu probo, piſcatu electili, vitam colitis. Moſt. 3.2.v.41. Vide Lex. Plaut. *Proverbia.*

Nunc benè vivo, & beatè, atq; ut volo, atq; animo ut lubet. Mil. 3. 1.v.111.

Huic homini dignum eſt diu vitam dari. Mil. 3.1.v.128.

Vivere vitam. Mil. 3.1.v.131.

Divos diſpertiſſe vitam hominum æquum fuit. Mil. 3. 1. verſ 134.

Vitam longam dare. Mil. 3.1.v.135.

Pulcherrimè egi ætatem. Mil. 4.8.v.2.

Tecum vivere, atq; tecum ætatem agere vult. Mil. 4. 6. verſ. 60.

In munditijs, mollicijs, delicijsq; ætatem agitis. Pſeud. 1.2.v.40.

Qui prorogare poſſit vitam hominibus. Pſeud. 3.2.v 38.

Agere ætatem. Pœn. 4.v.16.

Egomet vix ætatem colo. Rud. 1.5.v.15.

Facite hic lege potiùs liceat, quàm vi vitam vivere, Rud. 3. 2. verſ. 7.

Ætatem exigere cum aliquo. Trin. Prol. v.15 & 4.1.v.111.

Meo modo, & MORIBVS vivo ANTIQVIS. Trin. 2. 2. v. 16.

Vitam colere. Trin 3.2.v.74.

Eo veſtro vivito. Trin. 5.1.v.61.

Eius vita timeo. And. 1. 2.v.5.

Sic vita erat. And. 1.3.v.33.

Sapienter vitam inſtituit. Andr. 1.1.v.38.

Vitam parcè & duriter agebat, lanâ ac telâ victum quæritans. Andr. 1.1.v 45.

Habere vitæ ſuæ modum. And. 1.1.v.66.

Vita auxilium alicui ferre. Andr 1.1.v.111.

Cùm alieno more vivendum eſt mihi, ſine hunc me vivere interea modum. Andr. 1.1.v.121.

Hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat. Andr. 1. 1. verſ. 18.

Mea quidem herculè vita in dubio eſt. Andr. 2.2.v.10.

Penè illuſi vitam filiæ. Andr. 5.1.v.3.

Cibum nonnunquam capiet cum eâ. Eun. 3.2.v.36.

Poſtquam te emi à parvulo: da du noch klein wareſt. Andr. 1. 1.

Poſt quam exceſſit ex ephebis. ibid.

Mulier egregiâ formâ atq; ætate integrâ. ibid.

Dum licitum eſt illi, dumq; ætas tulit. And. 2. 6.

Nam ferè grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Andr. 4. 6.

Homini adoleſcentulo. Andr. 5. 1.

Et iſthæc una parva virgo: die noch klein und jung war. Andr. 5. 4.

Anni ſedecim: *flos ipſe*. Eunuch. 2. 3.

Ea ſi vivit, annos nata eſt ſedecim, non maior: *Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt*: ein älter. Eunuch. 3. 3.

Iſte ephebus: der Jüngling: *frater Phædriæ*. Eunuch. 5. 1.

Ego iſtuc ætatis amori operam dabam. Heaut. 1. 1.

Eduxi à parvulo. Adelph. 1. 1. *Ab adoleſcentiâ*. ibid.

Quæ fert adoleſcentia. das die Jugend mit ſich bringt. ibidem.

Si eſſes homo, ſineres nunc facere, filium tuum, *dum per ætatem licet, potiùs quàm alieniore ætate pòſt faceret tamen*. Adelph. 1. 2.

Sperabam deſeruiſſe adoleſcentiam. ibid.

Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs: *ſolum unum hoc vitium adfert ſenectus*: &c. Adelph. 5. 3.

Ætate exactâ. Adelph. 5. 4.

Homo iam grandior. Phorm. 2. 2.

Tua jam præterierat ducendi ætas. ibid.

Meo labori haud parcens præter æquum & ætatem meam. Hecyr. 2. 1.

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum ſcil. voluptatibus, *hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui mea*. ibid.

Longinquitas ætatis obſtet, mortémve exſpectet meam. Hecyr. 4. 2.

Nam usq; dum ille vitam incolit inopem. Heautontim. 1. 1. verſ. 79.

Vobiſcum unà ſimul ætatem decretum eſt vivere. Heaut. 2. 4. v. 12.

Ego hanc clementem vitam urbanam ſecutus ſum. Adelph. 1. 1. v. 17.

Ille contra ruri agere vitam, ſemper parcè & duriter ſe habere. Adelph. 1. 1. v. 20.

Ille

Illè ſuam vitam ſemper egit in otio, & duriter ſe habere. Ibidem.

Ille ſuam vitam ſemper egit in otio & convivijs. Adelphis 5. 4. verſu 9.

Ita unà inter vos ætatem agere liceat. Hecyr. 2. 1. v. 10.

Vitam exigere. Hecyr. 2. 1. v 19.

Hunc videre ſæpè optabamus diem. Hecyr. 4. 4. v. 20.

In eandem vitam te revolutum video eſſe. Hecyr. 4. 4. verſu 69.

Vt uno cum ætatem degeret. Phorm. 2. 2. v. 10.

Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit. Heaut. 2. 3. verſu 39.

Si Lenones tanquam leones vitaſſet, vitæ ſe tradidiſſet. ad Heren. l. 4. pag. 98.

Aliorum caput oppugnare. ad Her. l. 4. p. 115.

Quare velit in vitâ manere. ibidem.

Spiritum ducere. de Invent. l. 1. p. 185.

Vt ſine his ſtudijs nullam vitam eſſe ducamus. De Orat. lib. 2. pagina 350.

Ducere animam de cœlo non queunt. Orat. ad Brutum. pagina 653.

Eundem ſpiritum ſine ullâ commutatione obtinebis. Orat. ad Bru. pag. 654.

De cœlo animam ducere. S. Roſc. p. 61.

Dies conſumere. Sex. Roſc. p. 67.

Inter vivos numeratur. pro Sex. Roſc. p. 75.

Lucem quâ fruimur, ſpiritum quem ducimus, ab eo nobis dari videmus. pro Sex Roſc. p. 82.

Tam diuturnam lucis uſuram piratis dediſti. In Verr. pagina 58.

Hi ſimul ac juvenes eſſe cœperunt, Magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudijs debent contendere, &c. Prima igitur eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, &c. Off. 42. a

Mihi P. Africanus comitatu nobilium juvenum, fortunatus videbatur. de Sen 82. b

Infirmitas puerorum eſt ferocitas juvenum. de Sen. 83. b

Vellem ſuſcepiſſes juvenem regendum. Att. 159. a

Iuvenes ſtare ad januam duos quoſdam, qui eum magnopere evocarent. de Or. 141. a

Iuvenis & adoleſcens idem. Off. 41. & de Sen. 82. b. Sic Columella etiam de Ove: *Fœmina poſt limatum maritari debet, juveniſq; habetur quinquennis.*

Iam diu Ceſennia viduitate ac ſolitudine uteretur. pro Cæcin. pagina 591.

Cùm veſtros portus, atque eos portus, quibus vitam ac ſpiritum ducitis in prædonum fuiſſe poteſtate ſciatis. pro leg. Man. pag. 640.

Quò minus certa eſt hominum, ac minus diuturna vita, hoc magis Reſpubl. dum per Deos immortales licet, frui debet ſummi hominis vitâ, atque virtute. pro Leg. Manil. pagina 651.

Cui opera vita erat. Phor. 2 3. v. 16.

Illum vitâ frui voluit. pro Aul. Cluent. p. 77.

Honeſtiſſimè vitam agere. pro Aul. Cluent. p. 87.

In vitâ remanere. pro Aul. Cluent. p. 90.

Cum aliquo concordiſſimè vivere. pro Cai. Rabir. pagina 164.

Exiguum vitæ nobis curriculum natura circumſcripſit immenſum gloriæ. pro Cai. Rabir. p. 164.

Vitâ frui. In Luc. Catil. p. 209.

Vixit ad aliorum arbitrium, non ad ſuum. In L. Mur. pagina 227.

Vnis moribus, & nunquam mutatis legibus vivere. pro L. Flacc. pag. 289.

Fœdiſſimam vitam, ac miſerrimam turpiſſimâ morte propoſitâ degere. pro L. Syll. p. 337.

De vitâ dimicare. pro Arch. poët. p. 357.

Tranquillum, atq; otioſum ſpiritum ducere. pro Arch. Poet. pag. 357.

Non obeſt mihi turpis, & nocens, ſed honeſtiſſimè laudatiſſimeq; acta vita. Orat. ante exil. p. 363.

Spiritum ducere. In Orat. ante exil. p. 367.

Dum animâ ſuperabo meâ. In Orat. poſt Red. p. 380.

Atque ille vitam ſuam ad arctiſſimam ſpem reſervavit. Seſt. 26.

Vitam meam deſeruiſſem. Ibidem.

Vitam hanc quietam, & otioſam ſecuti ſumus. Rab. 271.

Cujus omnium ætatum in populi Romani bellis conſumtam eſſe meminiſſet. Dejot. p. 308.

Tanta

Tanta eſt magnitudo tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, niſi perfectâ re de me conquieſti, vitam mihi acerbam putem. Ep. ad fam. l. 1 p. 5.

Agere ætatem. Ep. ad fam. l. 4. p. 98.

Me patria ſolicitat, inprimisq; mi Plance, expectatio conſulatûs tui: quæ ita longa, ut optandum ſit, ut ad id tempus Reipubl. ſpiritum ducere poſſemus. Epiſtol. ad fam. libro 11. pagina 275.

Alterius vitæ quoddam initium ordimur. Epiſtol. Attic. lib. 4. pagina 109.

Vita doloribus maximè referta fugienda. De fin. libro 1. pagina 115.

Cùm ignoratione rerum bonarum, & malarum maximè hominum vita vexetur. de fin. l. 1. p. 114.

Si videmus omnem vitam perturbari errore, & inſcitiâ. de fin. l. 1. p. 115.

Nullo modo ſine amicitiâ firmam, ac perpetuam jucunditatem vita tenere poſſumus. de fin. l. 1. p. 124.

Omnem complecti vitæ conſequentis ſtatum. de fin. lib. 2. pagina 147.

Vita conferta voluptatum omnium varietate. de fin. libro 4. pagina 115.

Luxurioſam vitam reprehendere. de fin. l. 2. p. 157.

Manere in vitâ. de fin. l. 3. p. 205.

In ſolitudine vitam agere. de fin. l. 3. p. 207.

Quo cruciatu animi vitam acturum fuiſſe putabis? de divinat. lib. 2. p. 220.

Deos teſtor, me hac voce à morte eſſe revocatum. Ep. Qu. Fr. l. 1. p. 595.

Duarum vitarum nobis erant inſtituta capienda. de fin. lib. 4. pagina 230.

Beatam vitam cum virtute degere. de fin. l. 4. p. 258.

Vitam fugere. de fin. l. 5. p. 261.

Vita expetitur, quæ nos in quâ nati ſumus continet. de leg. l. 1. pagina 305.

Vita commodis aliquem privare. ibidem.

Vitam finibus terminare. Qu. Tuſc. l. 1. p. 307.

Deterrere aliquem ab injurioſâ, & facineroſâ vitâ. de leg. l. 1. pag. 309.

Ad ſo-

Digitized by Google

Ad ſocietatem vitæ convocare aliquem. Quæſt. Tuſcul. lib. 1. pagina 39.

In corporibus humanis vitam alicujus imitari. Quæſt. Tuſcul. l. 1. p. 324.

Vitam alicujus lugere. Qu. Tuſc. l. 1. p. 329.

Viſum efficere plorando miſeriorem. Ibid.

Vitæ ſanitatem guſtare. Quæſt. Tuſcul. libro 1. p. 334.

In medijs vitæ laboribus obdormiſcere. Quæſt. Tuſcul. l. 1. pagina 345.

Quos & vivos alatis, & conſumtos ſinu recipiatis. de univerſ. pagina 383.

Deinde ut vitam ejus pulcherrimè regeret & gubernaret. de univerſ. p. 384.

Vitam tranquillè placideq; traducere. Quæſt. Tuſc. lib. 3. pagina 386.

Hominibus, quorum maximè interfuiſſet, tam exiguam vitam dediſſet. Qu. Tuſc. l. 3 p. 406.

Totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocare. Qu. Tuſc. lib. 5. p. 450.

Vitæ tranquillitatem alicui largiri. Quæſt. Tuſcul. libro 5. pagina 465.

Omni cultu, & victu humano carebant. Quæſt. Tuſc. lib. 5. pagina 475.

Cùm in diſparibus animantibus vitam tranſire non poſſit Quæſt. Tuſc. l. 5. p. 465.

Præceptis in omnes partes uſus vitæ confirmare poteſt. Off. libro 1. pag. 6.

Ad inſtitutionem vitæ communis ſpectare videntur. off. lib. 1. pagina 6.

Qui ab ineunte ætate incenſus eſſem ſtudio utriusque veſtrum. de Orat. 93. a

Meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ, pro Pomp. 4. a

Ineuntis ætatis inſcitia ſenum conſtituenda & regenda prudentiâ eſt. Off. 45. a

Ineunte ætate de Am. 100. a. & in Verrem. 148. a & in Attic. 201. b

Ex his exercitationibus ineunte ætate fuimus. De Clu. 178. a

Ab ineunte pueritiâ. Ep. 143. b

Ineunte adoleſcentiâ cui ineſt, &c. Off. 23. b

Ab in-

Digitized by Google

Ab ineunte adoleſcentiâ. in V.55.b. *A primâ adoleſcentiâ.* de Cla. 194 b. *Ab ineunte ætate.* Off.42.a

A primâ ætate. pro Plan.270. *A primo tempore ætatis juri ſtudere tenemini.* de Leg.158.a

Tamen adoleſcentulus, quantum illius ætatis mea patiebatur pudor, multa ſæpè ex eo quæſivi de Or.190.a

Quinto anno exeunte) (Quinto anno ineunte. de Div. 91.b *A parvis.* de Leg.171.a

Iſocrates ſe tantum, quantum ætate procedebat, relaxabat à nimiâ neceſſitate numerorum. Or.214.a

An hoc vidit puer: ſi ætate proceſſerit, non videbit? in Academic. 204.a

Livius uſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. De Sen. 87. a

Iſocrates cùm ætate proceſſerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc ſtudet, tantum quantum pueris reliquis præſtet. Orat. 200. b

Vt primùm ex pueris exceſſit Archias. pro Ar.186.a

Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. de Or.138.b

Is ad centeſimum annum vitam perduxit. de Sen.89.b

Neceſſaria vitæ præſidia debentur iis maximè, quos antè dixi. 1. off.pag.24.

Licet magnificè, graviter, animoſéque vivere. 1.Officiorum pagina 38.

Rectam viſa ſecuti ſumus viam. 1.off p.47.

Quem potiſſimum curſum vitæ ſequi volunt. ibidem.

Implicatur aliquo certo vitæ genere, curſuque vivendi. 1.Offic.pagina 47.

Id tempus à naturâ ad deligendum, quamquiſque viam vivendi ſit ingreſſurus, datum eſt. ibidem.

Sic vivendum eſt in vitâ off.l.1.p.58.

Poſſunt ſine ullo periculo juſtitiæ vivere. Offic.l.2.p.19.

In agro vitam agere. off.l.2.p.79.

Qui vitam honeſtam ingredi cogitant. Officiorum.lib.3.pagina 102.

Otiosè vivere cum parentibus, cum uxore, cum filio. Off.l.3 pag. 137.

Vlciſcendi.

Vlciſcendi. Vltionis. Vindictæ.

Rach/ Rachgirig/ Rechen.

NISI *hanc injuriam neque ultus pulchrè fuero.* Menæch. 3. 2. verſ. 7.

Faxo haud inultum prandium comederis. Menæch. 3. 2. verſu 55.

Nunquam hodiè inultus deſignaveris mihi. Moſt. 5. 1. 64.

Inultum id nunquam auferet. Andr. 3. 5. v. 4.

Injurium eſt ulciſci adverſarios, ut quâ viâ captent, eâdem ipſos capi. Hecyr. 1. 1. v. 15.

Morte vindicare. Brut. p. 620.

Eam rem vindicandam putavit. pro Quint. p. 9.

Ejus cruciatu atque ſupplicio paſcere oculos animumque exſaturare. in Verr. p. 514.

Alij ulciſci dolorem aliquem ſuum volunt. Seſt. p. 23.

Acrius & gravius ad ulciſcendas injurias incumbunt. Phil. 6. p. 429.

Vocandi. Evocandi. Accerſendi. Inclamandi. Convocandi. Avocandi. *Vide etiam* Clamoris.

Ruffen / Aufſchreyen / Anruffen / Beſchreyen / Beruffen / Erfodern.

A*Dverſus vim & injuriam clamabat.* Amph. 1. 1. verſ. 220. Inclamaſſe etiam *PORRO QVIRITES* locis *παραλλήλοις* Auctorum oſtendit doctiſſimus *Briſſonius.* Formul. l. 8. p. 718. Edit. VVechel.

Tevo-

Te voco. Vſitata formula vocantium. Aul.2.3.v.1. Sic Curcul. *Heus Curculio te voco.* ibidem. *Heus tu leno, te voco.*

Nam ad matrem accerſita eſt. Ciſt.1.1.v.107.

Repentè expetit, ad ſeſe à me ut irem. Mil.5.2.11.

Quod ſi ego huc ſervos cito. Mil. 5. 2.9.

Tuam qui hinc amicam accerſebat. Pſeud.2.4.v.29.

Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me excivit ſubitò foras? Trin.2.2.verſ.52.

Evocate mihi intus Cylindrum coquum actutum forâs. Men. 1.3. verſ.35.

Quis currit pollinctorem arceſſere? Aſin.5.2.v.61.

Soſia, ades dum, paucis te volo. Andr.1.12.

Cùm accerſeret cupitam Antiphilam. Heaut.Arg.v.6.

Cur non accerſi jubes filiam? Heaut.5.5.3.

Quis nominat me? Phor.5.9.

In clamando eſt benè robuſtus, atque exercitatus. in Verrem.pag. 126.

Senatum frequenter, celeriter, ut vidiſtis, coëgi. In L.Catil.pagina 196.

Ego literis eum Capuâ accerſivi cum illo exercitu. Seſt.7.

Vox plena gravitatis, plena authoritatis, plena ſalutis. Ep. Attic.l.1.pag.22.

Vt ſi literis conſularibus ex Senatusconſulto cuncta ex Italiâ omnes convocarentur. pro Seſt. p.63.

Homines diſſipatos congregare. Qu.Tuſc.l.1.p.319.

Me illius fuga, negligentiaq; deformitas avertit ab amore. Ep. Att. l.9.p.284.

Nulla conditio pecuniæ ab ſummâ integritate continentiaq; deduxerit. Ep.Qu.Fr. l.1.p.571.

Vt in utramque partem diſcendo & audiendo eliciant. Acad.l.2. pag. 7.

Eſt etiam vox omnium magis odio firmata, quàm præſidio. Epiſt Att.l.2.p.70.

Ait eos inani ſonare voce. de fin.l.2.p.178.

Voces inanes fundere. Qu.Tuſc.l.3.p.394.

Clariſſimâ voce quid profiteri. Qu.Tuſc.l.5.p.467.

Voce freti ſunt. 1.off.p.46.

Vola-

Volatûs. Alarum.

Fliegen/ Fliegel außrupffen.

ALas intervellere. Amph. 1. 1. 170.

Dædalijs ſe ferre remigijs. Amph. *Scen.* DI voſtram. verſu 51.

Voluntatis. *Vide* Arbitrij.
Voluptatis. *Vide* Gaudij.

Vovendi. Votorum. Apprecandi. Gratulandi. Gratificandi. Sacrificiorum.

Wünſchen / Gelübd thun/ Glück wünſchen.

Q*VÆ ad Legionem vota vovi, ſi domo rediſſem ſalvus, ea ego exſolvam omnia.* Amph. 3. 2. v. 66.

DI te ament! Amph. 2. 2. v. 6.

Iamdudum tuis votis fores potitus. Amph. *Scen.* Feram velis. verſu 21.

Dij tibi omnes omnia optata adferant! Capt. 2. 2. v. 105.

Quæ res bene vertat mihi, meoq; filio! Capt. 2. 3. v. 1.

Quodcunq; opus tibi contingere velim. Ciſt. 2. 1. 20.

DI tibi dent, quæ velis! Epid. 1. 1. v. 4. Eſt formula bene precantis: quæ & alibi extat apud Plautum. Pœn. 5. 2. v. 95. Trin. 1. 2. verſ. 28. Interdum ſic effertur. *DI dent tibi multa bona.* Pœn 1. 1. v. 80. Aſin. 1. 1. v. Stich. 3. 2. v. Rud. 1. 1. v 6. Vide *Briſſonij* lib. 1. Formularum. Formula deprecandi ſic concipiebatur: *DI melius faciant!* vel ſic: *DI melius!* vel: *DI meliora!*

Volupe eſt, quod agas, ſi id procedit ex ſententiâ. Mil. 4. 11.

Fortunati omnes ſitis. Pœn. 3. 3. 10.

Cùm

Digitized by Google

Cùm iſthac res tibi pulchrè ex ſententiâ evenit, gaudeo. Rudent, 5. 3. 9.

Cui boni atque ſecundi aliquid obtigerat, ei ominis cauſâ gratulabundi dicere ſolebant. *Feliciter:* aut, *Feliciter, quod agis:* cùm ſignificarunt ſe perpetuò eadem felicitate uti: Iuven. Sat. 2. verſ. 119. *Signatum tabulæ dictum Feliciter.* Contra: cui malè & adverſus animi ſententiam erat, eum alloquentes dicebant, *Vellem quæ velles.* Amph. Prol. verſ. 39. Moſt. 3. 2. v. 54. *Velim quæ velis, Tranio;* cùm ſcilicet indicarent dolere ſibi, quod illi male eſſet, ac ſi dicerent: *Vellem tibi ita eſſet, ut tu quoq; velles mihi; ægreq; eſt, quod tibi quicquam præter voluntatem tuam evenerit.* Hor. l. 1. Satyr. 9. v. 15. Apul. Mileſ. 11. *Quàm vellem præſtare tibi, ô Luci, quod cupis.* Cicero l. 3. ad Att. Ep. 42. *Faciã quod volunt: FELICITER VELIM, inquam.* Suet. Claud. c. 7. Domitian. cap. 13. Sic itidem cùm quid diſſuaderent, utebantur hac formula. *NOLLEM quæ VELLES.* Sen. Ep. 67. *Aſpice M. Catonem ſacro illi pectori puriſſimas manus admoventem, & vulnera demiſſa laxantem. Vtrum illi tandem dicturus es? NOLLEM quæ VELLES, & moleſtè FERO, an FELICITER quod agis.* Vide Mut. Var. l. 9. c. 8. Et Lipſ. l. 3. Antiq. Lect. Nec non Grut. ad Senec. Ep. 67.

Dij tibi dent quæcunq; optes! Aſin. 1. 1. v. 32.

Opta id, quod ut contingat, vis Aſin. 3. 3. v. 129.

Exoptas, ut quod vis maximè tibi evenire. ibid.

Facile exoptata obtingent. ibid.

Deos volo bene vertere rem iſtam vobis. Curc. 5. 2. v. 58.

Vera cantas: vana vellem. Moſt. 4. 7. v. 64.

Tantum tibi DI immortales dant. Pſeud. 4. 1. v. 25.

Tantum tibi DI immortales duint, quantum tibi optes. Pſeud. 4. 1. v. 25. Elegans formula proverbialis. Pœn. 5. 2. v. 95. *DI dent tibi multa bona.* Pœn. 1. 1. v. 80.

Eveniant volo tibi, quæ optas Perſ. 2. 4. v. 23.

Quæ res bene vortat mihi, & tibi, & ventri! Perſ. 3. 1. v. 1.

Bene vos! bene nos! bene te! bene me! bene noſtram etiam Stephanium. Stich. 5. 4. verſ. 26. Formula eſt bene vovendi. Vide Turn. l. 16. c. 11. & Briſſon Formulas.

Dij Deæq; vobis multa bona dent! Pœn. 3. 3. v. 57.

Digitized by Google

Præmium à me optato, id optatum feres. Eun. 5.9.27.

Dî tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata ferant. Adelphis 5.9. verſ.21.

Spero hanc rem eſſe eventuram nobis ex animi ſententiâ. Hecyr. 5.4.31.

Quæ cupiunt ſuffragia populi. Ad Her.l.2.30.

Suis operibus ſuffragium ferre. Seſt.30.

Qui ſuffragium ſe iniſſe confiteatur. Seſt.54.

Quæſtor factus eſt cunctis ſuffragijs. Ver.78.

Si rem ex ſententiâ geſſeris. Ep.ad fam.l.1.15.

In omnibus tuis rebus, meis optatis reſpondeas. Epiſt. ad. fam. lib. 2. 43.

Feliciter, & ex ſententiâ meâ Rempublicam geſſi. Epiſt.ad fam.l. 2. 43.

Quid cauſa eſt, cur mihi non ſit in optatis complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis? Ep.ad fam.lib. 2. 49.

Ex ſententiâ aliquid conficere. Epiſtol. ad fam. libro 12. 358.

Cùm de illo ægroto, vota faciebant. Epiſtol. ad Attic.libro 8. 464.

Vt reliqua ex ſententiâ ſuccedant. Ep. Brut.5 45.

Si contigerit noſtris conſilijs exitus, quem optamus. Epiſtol. Brut. 548.

Si ex ſententiâ ſucceſſerit. Ep.Qu.fr.l.2. 617.

Tu autem Deciorum devotionibus placatos Deos eſſe cenſes. De Nat.Deor.l.3.p.78.

Tibi patrimonium Dij fortunent. Ep.2.2.

Quod actum eſt, Dij approbent. Ep.2.14.

Dicebas te velle, quæ egiſſem, bene & feliciter evenire. Epiſtol. 4. 14.

Provinciam tibi tributam eſſe, à Cæſare cognovi, tandem rem tibi volo benè & feliciter evenire. Ep.12.19.

Eum honorem tibi Deos fortunare volo. Ep.15. 8. & 12.

Emiſſe te prædium vehementer gaudeo, feliciterq; tibi rem iſtam evenire cupio. Ep. 16. 21.

Quod mihi de noſtro ſtatu gratularis. Ep. 1.7.

Sera gratulatio reprehendi non ſolet. Ep.2.6.

Primum tibi, ut debeo gratulor. Ep.2.8.

Gaudere ſe dicebant mihi. Ep.1.9.

Vt poſſimus

Vt poſſimus ſalvum te veniſſe gaudere. Epiſt.1.11.

Gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amiſſis. Epiſtol. 7. 34.

Gratulor tibi affinitatem viri optimi, &c. Ep.8.14.

Gratulationem tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus. Ep.11.8.

Cùm ego ei gratulatus eſſem, idq́; me gaudere dixiſſem. Epiſtol. 15. 2.

Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatio me commovet. Ep.ad Attic.p.24.

Eæ res haud ſcio an mihi plus profuerit, quàm ſi mihi eſſent omnes congratulati. pro Planc.p.426.

Vrbis. Agri. *Vide etiam* Civitatis.

Statt/ Land.

A*Thenienſium juſſu urbe atq; agro eſt exterminatus.* de nat. Deorum.l.1.27.

Diligentius urbem religione, quàm ipſis mœnibus cingitis. De nat. Deorum.l.3.154.

Qui ut augerent pietatem in Deos, eaſdem illos, quas nos, urbes incolere voluerunt. de leg.l.2.330.

Si ad decem millia annorum gentem aliquam urbem noſtram profuturam putem. Qu.Tuſc.l.1.333.

Qui illâ urbe pulſi, carere ingratâ civitate, quàm manere in improbâ maluerunt. de leg.3.359.

Florere potentiſſimis, & maximis urbibus. Quæſt. Tuſcul. lib.4. 414.

Quâ pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam ſervitute oppreſſam tenuit civitatem. Quæſt. Tuſcul. libro 7. 423.

Vrgendi.

Treiben/Zwingen/Anhalten.

Calcaria alicui adhibere. Brut. 578.
Reſpirare eum liberè non ſinis. pro Quint. 13.
Nihilo remiſſius, atq; etiam multò vehementius inſtat quotidie. In Verr. 448.

Vſuræ. *Vide* Fœnoris.

Vſûs. Experientiæ. Vtilitatis. Commodi. Fructûs.

Nutzen/ Frucht.

Mihi uſui veniet hoc, ſcio. Phorm. 1. 2. v. 23.
Ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias. Phorm. 2. 4. v. 9.
Non herclè ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho. Phorm. 5. 8. 76.
Nulli bono fuit. pro S. Roſc. 41.
Communi quodam in uſu atq; in hominum more & ſermone verſatur. De Orat. l. 1. 272.
In hac civitate ipsâ, profectò nulla unquam vehementius, quàm eloquentia ſtudia viguerunt. de Orat. l. 1. 272.
Vſum autem per nos percipere voluiſti. de Orat. l. 2. 346.
Quæ ad rem referant. Perſa. 4. 4. 44.
Nullum fructum laboris expecto. Ep. ad fam. l. 7. 184.
Peto à te, ut ita eum tractes, ut intelligat meam commendationẽ ſibi magno adjumento fuiſſe. Ep. ad fam. l. 13. 416.
Gratiſſimum mihi feceris, ſi intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuiſſe. Epiſtol. ad fam. lib. 13. 418.
Magnopere à te peto, cures, ut intelligat meam commendationem magno apud te, & ornamento, adjumentoque fuiſſe. Ibidem.

Vſus

Vſus adhibendus eſt. Acad.l.2.p.31.

Ita æquum eſt, quod in rem utriq; eſſe arbitremur, conſulere, & admonere. Aul.2.1.v.10.

Tuâ è refeceris. Capt.2.2.v.46.

Quod in rem conducat tuam. Capt.2.3.v.26.

In rem utriq; maxime. Capt.2.3.v.38.

Vt illam, quod tuam in rem conducat, conſulam. Stich. 3.1. verſu 4.

Satin' ego oculis utilitatem obtineo ſincerè an parùm? Epid. 5.1. verſ. 28.

Si magis uſus venerit. Bacch.2.3.120.

Nequior jam factus eſt uſus ædium. Moſt.1.2.32.

Eccum video, qui mihi eſt uſui, & plurimum prodeſt. Menæch.2.3. verſ.1.

Atq; id mihi prodeſt, ſi alÿ ſeſe ita ut in rem eſſe ducant. Menęch. 5.6.19.

Quæ in rem ſint ſuam, ut poſſet eloqui. Truc.prol.v.36.

An pœnitet te, quando hoc fuerit uſu? Pſeud. 1. 3.v.70.

Ex tuâ re non eſt, ut ego emoriar. Pſeud.1.3.v.101.

Improbi alunt, augent rem meam mali. Pſeud.4.7.27.

Ob iſtam rem tibi multa inſtant à me. Perſ. 4. 3. verſu 21. & 22.

Ex tuo uſu eſt, eme hanc. Perſ.4.4.v.14.

Quid mihi melius, quid magis in rem eſt? Rud. 1. 4.1.

In rem utriq; eſt. And.3.3.14.

Ex eâ re plus mali eſt, quàm commodi. And.3.3.15.

Nolo tibi ullum commodum claudier in me. Andr. 3.3.v.41.

Ex incommodis alterius, ſua comparare commoda. Andr. 4. 1. verſ. 4.

Manebo, ne quod veſtrum remorer commodum. And.4.3.34.

Nunc me pietas matris potius commodum ſuadet ſequi. Hecyr.3.5. verſ.31.

Poſtputare omnes res præ parente, intelligo. Hecyr.3.5.v.33.

Ex meo rure hoc capio commodi. Eunuch.5.6.1.

Ex illius commodo meum compararem commodum. Heaut. 2. 4. 17.

Servire commodis alicujus maximè. Hecyr.prol.51.

Magis in rem, & noſtram, & veſtram id eſſet. Hecyr.2.2.3.

Ex uſu noſtro hoc eſt. Hecyr. 4.1.55.

Digitized by Google

Vnumquodq; trahimus ad noſtram utilitatem. Ad Herenn. lib. 6 pag. 8.

Non induſtria fructus ex tuâ ſcientiâ capiemus. ad Herenn. libro 2. 31.

Nam quæ diximus, ad vocem ſervandam proſunt. Ad Herenn. lib. 3. 64.

Non mihi ſoli, ſed etiam atq; adeò multò magis natus ſum patriæ. ad Her. l. 4. p. 119.

Ad corporis utilitatem ſpectat. de Invent. l. 1. 177.

Vt & vobis honori, & amicis utilitati, & Reipublicæ emolumento eſſe poſſimus. de Orat. l. 1. 278.

Cæterarum rerum, quarum utilitate fructum metimur. de Orat. l. 2. p. 441.

Omnes civitatibus ſuis profuerunt. de Orat. l. 3. 492.

Operæ pretium eſt. pro S. Roſc. p. 567.

Mihi bono fuit agere. S. Roſc. p. 65.

Fructus tibi labore parere. S. Roſc. p. 67.

Hoc commodi eſt. pro S. Roſc. 68.

Fructum alicui, quem meruit, retribuere. pro Sext. Roſcio 107.

Commodis ſuis ſervire. in Verr. pag. 132.

Hoc percommodum cadit. in Verr. 137.

Pertinet hoc ad commodum ſenatorum, ad utilitatem eorum. In Verr. 408.

Sibi, ſuis commodis, operâ, ſumtu, labore deſervire. in Verr. pagina 411.

Ad meam rationem uſumq; æſtimo. in Verr. 417.

Meus labor in privatorum periculis caſtè integreq; verſatur: ex veſtro judicio fructum eſt ampliſſimum ſecutus. pro L. Manil. pag. 626.

Rei fructum tribuere. ibid. p. 628.

Illorum magnæ res agentur, in veſtris vectigalibus exercendis occupatæ. ibidem.

Agitur ſalus ejus. pro leg. Manil. 621.

Vtriusque temporis fructum tuli maximum. pro demo. 440.

Capere fructum maximum. De Aruſp. Reſponſ. pagina 462.

Vſum dicendi, & fructum aliquem ferre poſſumus. Cœl. pagina 115.

Ordinimus

Omnium hujus nervorum, & laborum vos potiſſimum diuturnos & uberes fructus capietis. Cœl.127.
Magno uſui Reipub. noſtræ fuerunt. Corn.135.
Quo tempore fructum immortalem veſtri in me amoris cœpi. Piſ.p. 191.
Laudem adoleſcentis propinqui jam ad meum aliquem fructum redundare exiſtimo. Lig.269.
Ille fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cœpit. Marc.p.182.
Maximum vitæ fructum cœpiſſe putant. Phil.2.357.
In hoc tam commodum tribuitur. Phil.5.427.
Ea res magno uſui Reipublicæ fuit. Phil.10.426.
Qui tibi ex me fructus debentur, hos uberiores, & præſtantiores præſens capere potuiſſes. Epiſtol. ad fam. libro 1. pagina 21.
Cum unâ mehercule ambulatiunculâ, atque uno ſermone noſtro omnes fructus provinciæ non confero. Epiſtol. ad fam. lib. 2. pagina 49.
Onus tibi imponere, nec audeo quicquam, nec debeo; ſed quod tuo commodo ferri poſſit. Ep. ad fam. l.3.69.
Itaq; mihi propono fructum amicitiæ noſtræ. Epiſtol. ad fam. libro 3. 89.
Exiſtimabam id quod erat, omnes & induſtriæ meæ, & fortunæ perdidiſſe. Ep. ad fam. l.9. 101.
Fructum ex tuis literis cepi maximum. Epiſtol. ad fam. lib.5. pag. 135.
Mei conſilij majorem in dies ſingulos fructum voluptatemq; capio. Ep. ad fam. l.5.117.
His proximis literis maximum cepi fructum, & judicij & officij tui. Ep. ad fam. l.5.143.
Vt ipſe aliquid commodi conſequatur. Officiorum ſecundo, 109.
Sed quid ejus fructus omnis in ipſo amore ineſt? de Amic. libro 2. 196.
Vtilitates ex amicitiâ maximæ capientur. De Amic. pagina 196.

Ex quibus ſperant, ſe maximum fructum eſſe capturos. De amic. p. 212.

Non modò nullum tibi afferet utilitatem. de fin. l. 2. 161.

Corporis commodis compleri. de fin. l. 3. p. 197.

Fructum capere ex re aliquâ. de div. p. 4.

Vtilitatis deſiderio moveri. de fin. l. 5. p. 274.

Vtilitate omnia metienda ſunt: negliget, teget, ſi poterit is, qui ſibi eam rem fructuoſam putat fore. de leg. p. 300.

Ea, quæ propter utilitatem conſtituitur; utilitate illâ convellitur. ibidem.

Vt quiſquis maximè ad ſuum commodum refert, quæcunq; agit, de leg. l. 1. p. 312.

Fructus alicui ferre. Qu. Tuſc. l. 2. p. 347.

Fructus rei alicujus uberrimos proferre. Quæſt. Tuſcul. lib. 2. pag. 351.

Cui ſi non ceſſiſſem, non diuturnum beneficij mei patria fructum tuliſſet. de leg. l 3. p. 359.

Id ſuis commodis, non honeſtate metitur, 1. Officiorum pagina 5.

Debemus communes utilitates in medium afferre. 1. Officiorum pag. 11.

Vt communi utilitati ſerviatur. 1. off. p. 14.

In ſuam rem aliena convertunt. 1. off. p. 19.

Quicquid ſine detrimento poſſit commoveri, id tribuatur cuivis vel ignoto. 1. off. p. 22.

Sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non moleſta. 1. officiorum pagina 23.

Semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Ibidem.

Ad Reipublicæ dignitatem aliquid referre. 1. Officiorum pagina 26.

Vtilitatem civium ſic tueantur; ut quicquid agunt, ad eam referant; obliti commodorum ſuorum. 1. Officiorum pagina 34.

Quod prodeſſe vult plurimis. 2. Officiorum pagina 79.

Qui multam utilitatem Reipublicæ, atq; hominum ſocietati afferre poſſit. 3. Off. p. 111.

Tem-

Tempeſtivos fructus ex his capere poſſemus. 2. Off. 69.
Cùm ex ipſo fructus eſt, tum etiam ex cæteris. 2. Off. p. 88.
Vt ipſe aliquid commodi conſequatur. 3. Off. p. 109.
Ducere rationem commodi. Ep. ad Fam. l. 3. p. 199.
Te, mi Cornifici, rogo, cures, ut intelligas, hanc meam commendationem maximo ſibi uſui fuiſſe. Ep. ad Fam. l. 12. p. 388.
Maiorem fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate naturæ. Ep. ad Fam. l. 10. p. 306.
Quarum rerum fructum ſatis magnum Republicâ ſalvâ tuliſſe me putabo. Ep. ad Fam. l. 10. p. 315.
Quod cùm facies ex magnâ parte communi commodo inſervieris. Ep. ad Fam l. 11. p. 324.
A te peto, ut des operam, ut intelligat meam commendationem ſibi uſui fuiſſe. Ep. ad Fam. l. 13. p. 106.
Fructum magnum humanitatis tuæ capiebam ex ſilentio literarum mearum. Ep. ad Fam. l. 16. p. 105.
Fuit mihi magno uſui in noſtris petitionibus. Ep. Att. p. 6.
Noſtris rationibus maximè conducere videtur. ibid.
Multò maiorem fructum ex populi exiſtimatione cepimus. Ep. Att. l. 1. p. 9.
Quod commodo tuo fieri poſſit. ibid.
Niſi prætermiſſos fructus ſuavitatis tuæ præteriti temporis omnes exegero. Ep. Att. l. 4. p. 106.
Mirabiles utilitates mihi præbet. Ep. Att. l. 7 p. 206.
Spero nos communi ſaluti prodeſſe poſſe. Ep. Att. l. 8. p 256.
Si arbitrare utile foro æquè Reipublicæ. Ep. Brut p. 541.
Quo die magnorum laborum meorum fructum cepi maximum. Ep Brut. p. 527.
